§ 3.—Y si presa uno de amor á su propia esclava, y no teniendo mujer legítima, se la uniera como concubina, y persistiera en la misma voluntad hasta la muerte, pero hubiere callado respecto á su fortuna, no solamente se hace ella libre con los hijos que de su señor hubiere dado á luz, sino que son también arrancados para la ingenuidad y se lucran con su peculio; y por lo tanto, los herederos del señor, ya sean hijos, ya extraños, no tienen sobre ellos ningún derecho de patronato.

§ 4.—Y si alguno defendiendo por otro una causa de libertad hubiere sucumbido ante el señor, y él mismo hubiere pagado el precio por el esclavo valorado, se hace libre el esclavo por el cual se le dió al señor el precio, y el señor no tiene sobre él el derecho de patronato, como tampoco sobre el que conforme á las antiguas leyes fué comprado con su propio dinero; porque sobre éste también los antiguos le negaban al manumisor los derechos pretorios de patronato.

§ 5.—Y si el patrono estipula de un liberto ó de una liberta dinero en lugar de servicios, ó los constriñe con juramento á que no quieran contraer matrimonio ni procrear hijos, también de este modo decae de todo derecho de patronato, porque asimismo decaía antiguamente de los derechos de patronato que existen en virtud de la ley de las Doce Tablas y por virtud del derecho pretorio.

§ 6.—Y si proclamándose ingénuo un liberto, el patrono hubiere permitido por colusión que fuera declarado ingénuo, descubierta la colusión con el liberto, también este patrono decae de todos los derechos de patronato.

§ 7.—Y si el honrado con la libertad dejada por fideicomiso, puesto injustamente en peligro por el que debe imponerle la libertad, hubiere acudido al presidente y probado su ausencia, ó que se ocultaba, es arrancado para la libertad en virtud de los senadoconsultos, y no queda sujeto á ningún derecho de patronato.

§ 8.—Y si el hijo del patrono hubiere formalizado acusación capital contra un liberto del padre, ó hubiere intentado reducirlo á esclavitud, también este liberto se libra de todo derecho de patronato, porque asimismo se libraba antiguamente de los derechos del patrono, que existían en virtud del derecho pretorio.

§ 9.—Teniendo, pues, todos estos exención del derecho de patronato, sanciona después, luego que estos fueron exceptuados, cuáles quería que fuesen los derechos de los patronos contra los demás libertos. Y si verdaderamente el liberto ó la liberta tuviera una fortuna menor de cien áureos, la constitución no hace caso de esta cantidad, sino que les permite testar del modo que quisieren. Mas si fallecen intestados y sin hijos los que tienen una fortuna menor de cien áureos, les da á los patronos la sucesión abintestato.

§ 10.—Pero si de estos que dejan una fortuna mayor de cien áureos quedaran hijos, ó nietos, ó

Digitized by Google

vel pronepotes, vel abnepotes, masculi aut feminae, per masculini aut feminini sexus personas descendentes, quotcunque sint, sive manumissi ante parentes, sive cum iis manumissi, sive etiam post eos manumissi vel post manumissionem nati, eos vocat ad libertorum successionem, quoniam et natura aequum est, liberos in bona parentum succedere. Ipsa enim lex XII. tabularum, liberti liberos inveniens in eius potestate, nihil praestabat patronis, profecto autem praetor, sive in potestate sive sui iuris exstarent liberto liberi, non vocabat patronum ad bonorum possessionem contra tabulas. Hos igitur secuta et praesens constitutio, si liberos invenerit liberti aut libertae, ne ullum quidem ius patronis aut liberis eorum ex iuribus intestati successionis largitur, sed vocat libertorum liberos ad eorum successionem, etiam si in servitute nati cum iis manumissi sunt.

biznietos, ó tataranietos, varones ó hembras, descendientes por personas del sexo masculino ó del femenino, cuantos quiera que sean, ora manumitidos antes que los padres, ora manumitidos con ellos, ora también manumitidos después que ellos ó nacidos después de la manumisión, los llama á la sucesión de los libertos, porque también por naturaleza es justo que los hijos sucedan en los bienes de sus padres. Pues la misma ley de las Doce Tablas, hallando hijos del liberto bajo la potestad de éste, no les concedia nada á los patronos, y el pretor, ora le quedasen al liberto hijos bajo potestad, ora de propio derecho, no llamaba al patrono á la posesión de los bienes contra el testamento. Habiéndoles, pues, seguido también la presente constitución, si hallare hijos de un liberto ó de una liberta, no les concede ciertamente ningún derecho á los patronos ó á los hijos de éstos por razón de la sucesión del intestado, sino que llama á los hijos de los libertos á la sucesión de éstos, aun si nacidos en la esclavitud fueron manumitidos con ellos.

§ 11.—Et quod magis est, non modo tunc eos vocat, quando soli supersunt in servitute nati et una cum patre vel matre manumissi; verum etiam, si alios habeat liberos libertus vel liberta post manumissionem natos, sive ex iisdem nuptiis sive ex aliis, communiter omnes vocat. Et quod mirabilius est, ipsos etiam liberos ad mutuam successionem vocari vult constitutio, indulget autem et liberto et libertae, ut liberis suis succedant, sicuti in ingenuis patres et matres vocantur ad liberorum hereditatem, atque in his casibus iubet cessare ius patronatus, ita ut libertis et libertabus liberi succedant, et ipsi liberi invicem sibi, et liberis parentes, nec usquam patronorum successioni locus sit, eiusmodi personis exsistentibus.

§ 11.—Y lo que es más, no solamente los llama cuando sobreviven únicamente los nacidos en la esclavitud y los manumitidos juntamente con el padre ó la madre, sino que también, si el liberto ó la liberta tuviera otros hijos nacidos después de la manumisión, ya de las mismas nupcias, ya de otras, á todos los llama en común. Y lo que es más admirable, la constitución quiere que también los mismos hijos sean llamados á la mútua sucesión, y concede al liberto y á la liberta que les sucedan á sus hijos, así como tratándose de ingénuos los padres y las madres son llamados á la herencia de los hijos, y manda que en estos casos no haya derecho de patronato, de suerte que los hijos sucedan á los libertos y á las libertas, y los mismos hijos se sucedan recíprocamente, y los padres á los hijos, y que nunca haya lugar á la sucesión de los patronos, existiendo tales personas.

§ 12.—Postquam haec de iis, qui intestati decedunt, sanxit, transit etiam ad testatos libertos, iubetque, si suos liberos scripserint heredes liberti vel libertae, penitus cessare patronorum successionem.

§ 12.—Después que sancionó estas disposiciones respecto á los que fallecen intestados, pasa á tratar también de los libertos que testaron, y manda, que si los libertos ó las libertas hubieren instituído herederos á sus propios hijos, no tenga lugar en absoluto la sucesión de los patronos.

§ 13.—Quodsi liberos exheredaverint, si quidem iniuste, ita ut testamentum rescindatur per querelam (concedit enim et hanc qualibuscunque libertorum liberis constitutio), rursus cessare iubet patronorum successionem, tamquam si intestatus obierit libertus, et liberi ab intestato ei succedant.

§ 13.—Mas si hubieren desheredado á sus hijos, si verdaderamente con injusticia, de suerte que el testamento sea rescindido por querella (pues la constitución también se la concede á cualesquiera hijos de los libertos), manda á su vez que no tenga lugar la sucesión de los patronos, como si el liberto hubiere fallecido intestado, y los hijos le sucedieran abintestato.

§ 14.—Si vero iure meritoque liberti liberos suos exheredaverint, vocentur patroni, tamquam si liberos illi non habuerint. Quoniam autem libertorum cognati videntur esse manumissores eorum, ideo etiam vocantur ex legitima bonorum possessione. Sicut in ingenuis gradu proximiores vocantur, ita etiam in libertis; unde si liberos habent liberti, qui heredes iis exsistunt, excludunt patronum; si vero liberis non exstantibus vel exheredibus factis, patroni veniant, secundum gradum vocentur in rem libertorum, quantitate centum aureorum maiorem, ut primi ipsi patroni et patronae vocentur, deinde post eos liberi eorum, et, si non extent liberi, nepotes eorum ex maribus vel feminis descendentes. Hoc enim et de ingenuis dictum est, secundum gradum omnes cognatos ad hereditatem vocari, et primis deficientibus, reliquos venire et heredes fieri. Sin vero nullos descendentes habet patronus vel patrona, tunc et collate-

§ 14.—Pero si los libertos hubieren desheredado con derecho y con razón á sus hijos, sean llamados los patronos, como si aquellos no hubieren tenido hijos. Mas como se considera que son cognados de los libertos sus manumisores, por eso son llamados también en virtud de la legítima posesión de los bienes. Y así como tratándose de ingénuos son llamados los más próximos en grado, así también tratándose de libertos; por lo cual, si los libertos tienen hijos, que quedan herederos de ellos, excluyen al patrono; mas si no quedando hijos, ó habiendo sido desheredados, vinieran los patronos, sean llamados según el grado á la herencia de los libertos, de mayor cuantía que cien áureos, de suerte que sean llamados los primeros los mismos patronos y patronas, y luego después de ellos sus hijos, y, si no les quedasen hijos, sus nietos, descendientes de varones ó de hembras. Porque también respecto á los ingénuos se dijo, que según su grado fueran lla-

Digitized by Google

rales eorum vocamus secundum gradum, ut propiores cognati praeferantur iis, qui in ulteriore gradu sunt. Usque ad quintum autem gradum collaterales patroni et descendentes eius succedant liberto.

§ 15.—Haec quidem omnia dicta sunt, si liberti habeant liberos. Si autem liberos omnino non habeant, verum testamentum condiderint et scripserint extraneos heredes, neque secundum legem XII. tabularum dicimus, quia factum sit testamentum, omnimodo excludi patronos, neque secundum legem Papiam eos admittimus, ut filio uno herede scripto dimidiam capiant, vel duobus filiis heredibus scriptis tertiam partem accipiant, sed vocamus eos, ut solum tertiam partem hereditatis liberti capere possint, nec tamen omnes ad patroni ius hereditarium vocati, sed patronus et patrona, et liberi eorum, et nepotes, et abnepotes, id est patronorum descendentes ad quintum usque gradum, et hi quidem soli. Ulteriores itaque eorum descendentes et collaterales non habent bonorum possessionem contra tabulas extraneis heredibus scriptis, ut tertiam bonorum partem consequantur.

§ 16.—Nam sicuti in ingenuis quadrans tempore huius Codicis definitus erat iis, qui inofficiosi testamenti querelam movere poterant, ita, si libertus decesserit et trientem purum et liberum a legatis et fideicommissis patrono reliquerit, excluditur patronus. Etiamsi enim libertus liberis suis a patrono legatum reliquerit, tertiam partem puram non habet; sicut enim in querela inofficiosi requirimus, ut purus sit quadrans ab omni legato, ita et hic postulamus, ut purus ab omni legato sit triens patroni. Libertatibus autem subiicitur etiam patroni triens; olim enim liberi quidem de inofficioso querelam instituentes, praestabant libertates, patroni autem in semissem petentes bonorum possessionem contra tabulas liberti, non agnoscebant libertates. Omnia autem legata, quibus patronus liberatus est, praestent heredes liberti, antea scilicet ex bonis sibi retinentes Falcidiam bessis sibi relicti, ut non amplius quadrantem, sed sextantem tantum retineant.

§ 17.—Sive igitur patronus nihil omnino habeat, accipit trientem, sive scriptus sit heres in quantitatem triente minorem, repletur ei purus triens ab omni conditione et dilatione liber, id est ut, etiamsi libertus eum heredem scripserit sub conditione, mentionem conditionis tollamus. Verum etiam si conditio sit ex illis, quae omnino sunt eventurae, sed dilationem habeat, veluti «si venerit Kalendarum tempus», hanc quoque conditionem tollimus, servantes iis trientem, sive unus sit, sive plures.

§ 18.—Quodsi heredes scripti sint ultra trientem et legatis onerati, si ipsi soli heredes fuerint, praestent legata et fideicommissa, scilicet salvo eorum triente; nam Falcidia in ipso triente inest. Si vero non in assem quidem, attamen in plus quam trien-

mados á la herencia todos los cognados, y que faltando los primeros, vinieran los demás y se hicieran herederos. Pero si el patrono ó la patrona no tienen ningunos descendientes, entonces llamamos también á sus colaterales según el grado, de suerte que los más proximos cognados sean preferidos á los que son de grado más remoto. Mas los colaterales del patrono y los descendientes de éste sucedan al liberto hasta el quinto grado.

§ 15.—Todo esto se dijo, á la verdad, si los libertos tuvieran hijos. Mas si absolutamente no tuvieran hijos, pero hubieren hecho testamento y hubieren instituido herederos extraños, ni decimos que según la ley de las Doce Tablas son excluídos en absoluto los patronos, porque se hizo testamento, ni los admitimos conforme á la ley Papia, de suerte que instituído heredero un solo hijo tengan la mitad, ó instituídos herederos dos hijos reciban la tercera parte, sino que los llamamos, de modo que puedan adquirir solamente la tercera parte de la herencia del liberto, sin que, no obstante, sean llamados todos al derecho de herencia del patrono, sino el patrono y la patrona, y los hijos de éstos, y los nietos, y los tataranietos, esto es, los descendientes de los patronos hasta el quinto grado, y ciertamente éstos solos. Y así, sus ulteriores descendientes y colaterales no tienen la posesión de bienes contra el testamento, habiendo sido instituídos herederos extraños, de suerte que consigan la tercera parte de los bienes.

§ 16.—Porque así como tratándose de los ingénuos se había fijado al tiempo de este Código la cuarta parte para los que podían promover la querella de testamento inoficioso, así también, si hubiere fallecido un liberto y dejado á su patrono la tercera parte, pura y libre de legados y fideicomisos, es excluído el patrono. Porque aunque el liberto hubiere dejado á sus hijos un legado á cargo del patrono, no tiene pura la tercera parte; pues así como en la querella de inoficioso requerimos, que la cuarta parte esté libre de todo legado, así también exigimos aquí que esté exenta de todo legado la tercera parte correspondiente al patrono. Pero también la tercera parte correspondiente al patrono se subordina á las manumisiones; porque antiguamente los hijos que deducían querella de inoficiosidad daban las libertades, pero los patronos que pedían la posesión de los bienes de la mitad de la herencia contra el testamento del liberto, no reconocían las libertades. Mas paguen los herederos del liberto todos los legados de que se libró el patrono, reteniendo, por supuesto, antes para sí de los bienes la Falcidia de los dos tercios dejados para ellos, de suerte que no retengan ya la cuarta parte, sino solamente la sexta.

§ 17.—Así, pues, si el patrono no tuviera absolutamente nada, recibe un tercio, y si hubiera sido instituído heredero en cantidad menor de un tercio, se le completa el tercio puro y libre de toda condición y dilación, esto es, de suerte que, aunque el liberto lo hubiere instituído heredero bajo condición, precindamos de la mención de la condición. Y aun si la condición fuera de las que indefectiblemente han de llegar, pero que contenga una dilación, por ejemplo, «si llegare la fecha de las Calendas», suprimimos también esta condición, conservándoles el tercio, ora sea uno, ora sean muchos.

§ 18.—Mas si hubieran sido instituídos herederos en más del tercio, y gravados con legados, si ellos mismos solos fueren los herederos, paguen los legados y los fideicomisos, quedándoles, por supuesto, salvo su tercio; porque la Falcidia está con-

Digitized by Google

tem, forte in sex vel octo uncias, scripti fuerint heredes et onerati legatis, tunc quod trientem excedit praestent legatariis et fideicommissariis, reliquum autem solvant heredes, servantes sibi ex sua institutione Falcidiam.

§ 19.—Quotcunque autem fuerint patroni, etsi ex inaequalibus partibus domini fuerunt servi, postquam patroni facti sunt, ex aequis partibus succedunt. Quodsi patroni obierint, et alius quidem liberos habeat, alius nepotes, gradu propiores, id est liberi unius patroni, excludent nepotes alterius patroni. Atque procedat vocatio non in stirpes, sed in capita, hoc est ut pro numero liberorum patroni portio dividatur. Et si forte duo patroni decesserint liberis relictis, alter quidem duobus, alter vero quaternis, in sex partes dividitur hereditas, non in duas, quod duorum patronorum liberi sint. Si vero unus ex duobus patronis suam partem repudiaverit, tunc partem eius reliqui patroni capiant.

§ 20.—Sed et si praecedens gradus repudiaverit, tunc sequens gradus vocetur; amplectimur enim successiones cognatorum in libertinis, id est ut primo repudiante sequens gradus succedat. Hoc enim et in ingenuis obtinet, postquam et antiquitus, quum in hereditate non esset successio posteriorum, in tutela tamen hoc observatum erat, et eo, qui primus forte vocatus erat, se excusante, sequens vocabatur.

§ 21.—Vocentur autem non solum descendentes patronorum iam nati, sed et postumi eorum, et in adoptionem ab ipsis dati. Antiqua igitur simulatio et observatio, qua fingebamus, patroni filiam esse filium patroni, sublata sit; hodie enim et ipsa ad hereditatem vocatur. Et vocentur non solum bonorum possessionem petentes, sed etiam ut legitimi heredes, et, quum heredes scripti sunt, habeant profecto bonorum possessionem secundum tabulas; caeterae autem bonorum possessiones, quae patronis dabantur, conquiescant.

§ 22.—Quodsi adoptivos liberos habeant manumissi aut patroni, hos, licet filiifamiliás sint, non filiorum loco habemus, sed extraneorum. Sed et si patroni decesserint extraneis heredibus relictis, hi non vocantur ad liberti hereditatem; cognationis enim iure succeditur libertis.

§ 23.—Quoniam vero vetus bonorum possessio competebat, et quum filius liberti post manumissionem natus sine testamento et cognatione decessisset, vocabatque patris manumissorem et cognatos eius per virilem sexum, sive mansissent cognati, sive status mutationem passi essent, statuebat autem, ut, si huius liberti patronus ipse libertus esset alius cuiusquam, patroni quoque patronus eiusque cognatio vocaretur, sancit constitutio, ut, si liberti liberi post manumissionem nati moriantur intestati et nullum penitus habentes cognatum, soli vocentur patronus et patrona. Competit igitur hoc ius in solis filiis et filiabus liberti patrono vel patronae superstitibus, ut non amplius videantur succedere liberto (quomodo enim liber-

tenida en el mismo tercio. Mas si ciertamente no hubieren sido instituidos herederos de la totalidad, pero en más del tercio, por ejemplo, en seis ó en ocho dozavos, y hubieren sido gravados con legados, en este caso den á los legatarios y á los fideicomisarios lo que excede del tercio, pero paguen los herederos el resto, reservándose para sí en virtud de su propia institución la Falcidia.

§ 19.—Mas cuantos quiera que fueren los patronos, aunque en partes desiguales hayan sido señores del esclavo, después que se hicieron patronos suceden por partes iguales. Mas si hubieren fallecido los patronos, y uno de ellos tuviera hijos, y otro nietos, los más próximos en grado, esto es, los hijos de un patrono, excluyen á los nietos del otro patrono. Y proceda el llamamiento no por estirpes, sino por cabezas, esto es, de suerte que la porción se divida con arreglo al número de hijos del patrono. Y si acaso hubieren fallecido dos patronos habiendo dejado hijos, el uno dos, y el otro cuatro, la herencia se divide en seis partes, no en dos, porque los hijos sean de dos patronos. Mas si uno de los dos patronos hubiere repudiado su parte, en este caso adquieran la parte de éste los demás patronos.

§ 20.—Pero si el precedente grado hubiere hecho el repudio, sea entonces llamado el siguiente grado; porque adoptamos para los libertinos las sucesiones de los cognados, esto es, de suerte que haciendo repudio el primero suceda el siguiente grado. Porque esto se observa también respecto á los ingénuos, después que en la antigüedad, cuando en la herencia no había sucesión de los posteriores, se había, sin embargo, observado esto respecto á la tutela, y excusándose el que había sido llamado primero, se llamaba al segundo.

§ 21.—Mas sean llamados no sólo los descendientes de los patronos, ya nacidos, sino también sus póstumos, y los dados por ellos mismos en adopción. Así, pues, quede suprimida la antigua ficción y observancia por la que fingíamos que la hija del patrono era hijo del patrono; porque hoy también ella es llamada á la herencia. Y sean llamados no sólo los que pidan la posesión de bienes, sino también como legítimos herederos, y, habiendo sido instituidos herederos, tengan ciertamente la posesión de los bienes conforme al testamento; pero desaparezcan las otras posesiones de bienes que se daban á los patronos.

§ 22.—Pero si los manumitidos ó los patronos tuvieran hijos adoptivos, á éstos, aunque sean hijos de familia, no los consideramos en el lugar de los mismos, sino en el de extraños. Mas aunque los patronos hubieren fallecido dejando herederos extraños, estos no son llamados á la herencia del liberto; porque se sucede á los libertos por derecho de cognación.

§ 23.—Mas como competía la antigua posesión de bienes, también cuando el hijo del liberto nacido después de la manumisión hubiese fallecido sin testamento y sin cognación, y llamaba al manumisor del padre y á sus cognados por línea de varón, ora hubiesen permanecido siendo cognados, ora hubiesen sufrido mutación de estado, pero determinaba, que, si el mismo patrono de este liberto fuese liberto de otro cualquiera, fueran llamados también el patrono del patrono y sus cognados, sanciona la constitución, que, si los hijos del liberto nacidos después de la manumisión muriesen intestados y no teniendo absolutamente ningún cognado, sean llamados solos el patrono y la patrona. Compete, pues, este derecho respecto á solos los

Digitized by Google

tus est natus post manumissionem?), sed lucrum habere ex hac ipsa lege.

§ 24.—Si vero patronus iuste liberos suos exheredavit, neque ius habeant liberi eorum in libertos, si testati decesserint; sin vero intestati, tunc iis succedunt.

§ 25.—Servetur autem ius patronatus etiam ei, qui filium aut filiam emancipavit, ut etiam contra testamentum eius patri ratio trientis competat; et si intestatus obierit, pater vocatur, quandoquidem emancipatio nunc videtur contracta fiducia facta esse, id est ut pater secundum veteres leges videatur convenisse cum imaginario emtore filii, ut rursus ipse pater eum emat atque manumittat.

§ 26.—Omnis autem, qui revera patronus non est, videtur autem secundum veteres leges patronus esse, velut qui forte iuravit se patronum esse, nec tamen revera est, vel qui collusionem liberti et patroni detexit (saepe enim patronus visus est agere contra libertum de ingenuitate et cum eo colludens victus est, postea autem exstitit qui hanc collusionem detegeret), hi honorem tantum habeant, lucrum autem non faciant ex bonis eorum tamquam libertorum.

§ 27.—Quaecunque autem iura liberis patroni competunt, eadem praestamus et liberis eorum, qui in testamentis servos manumiserunt, adversus libertos orcinos; omnes enim in testamento manumissi orcini liberti vocantur.

hijos é hijas del liberto que sobreviven al patrono ó á la patrona, de suerte que ya no se considere que suceden al liberto (porque ¿cómo nació liberto después de la manumisión?), sino que tienen un lucro en virtud de esta misma ley.

§ 24.—Pero si el patrono desheredó con justicia á sus propios hijos, no tengan derecho sus hijos sobre los libertos, si hubieren fallecido testados; mas si intestados, en este caso les suceden.

§ 25.—Mas consérvesele el derecho de patronato también al que emancipó á un hijo ó á una hija, de suerte que también contra su testamento le competa al padre la porción del tercio; y si hubiere fallecido intestado, es llamado el padre, puesto que hoy se considera que la emancipación se hizo con cláusula de fiducia, esto es, que se considera que el padre se convino según las antiguas leyes con un imaginario comprador del hijo, para que de nuevo lo compre el mismo padre y lo manumita.

§ 26.—Mas todo el que en realidad no es patrono, se considera, sin embargo, según las antiguas leyes, que es patrono, por ejemplo, el que acaso juró que él era patrono, y, no obstante, no lo es en realidad, ó el que descubrió la colusión del liberto y del patrono, (porque muchas veces se vió que el patrono litigaba contra el liberto sobre la ingenuidad, y que poniéndose en connivencia con él fué vencido, pero que luego hubo quien descubriera esta colusión), éstos tengan únicamente la consideración honorífica, pero no realicen lucro con los bienes de aquellos, como de libertos.

§ 27.—Pero los mismos derechos que competen á los hijos del patrono, se los concedemos también á los hijos de los que en testamentos manumitieron á los esclavos, contra los libertos orcinos; porque todos los manumitidos en testamento se llaman libertos orcinos.

B. Genuinae const. particula a media § 23. usque ad finem ex palimpsesto Veronensi.

.....sine ulla cognatione mortuis, patronum et patronam eorumque filios et filias vocari, et hucusque finiri hanc successionem, non in liberti hereditatem, sed ex praesente nostra lege iis data vocatione.

§ 24.—Verum illud etiam constitutioni adiicere pulchrum et necessarium censuimus, ut, si apparuerit, manumissores fecisse exheredes liberos suos et nihil iis ex sua substantia reliquisse, probatum autem non fuerit temere eos exheredes constitutos esse, tunc neque hisce competant iura patronatus contra libertorum testamenta. Sin vero intestati et sine liberis liberti decesserint, etiam illos, certe quidem haud dignos, propter humanitatem tamen vocamus, et praesertim quia in omnibus legem nostram ad naturam accommodavimus.

§ 25.—Servari autem etiam ei, qui filium vel filiam in potestate habebat et illum vel hanc manumisit, ius patronatus, quod iam dudum constitutum habuit, ut, si intestatus et sine liberis manumissus decesserit vel institutis extraneis heredibus, manumissor aut ex asse ab intestato, aut in trientem adversus testamentum vocetur, tamquam si contracta fiducia emancipatio facta fuisse videretur.

§ 26.—Haec autem valere iubemus in iis, qui

B. Parte de la genuina constitución, desde la mitad del § 23. hasta el final, tomada del palimpsesto de Verona.

.....fallecidos sin ningún cognado, *(los hijos del liberto nacidos después de la manumisión)*, sean llamados el patrono y la patrona y los hijos y las hijas de éstos, y aquí termine esta sucesión, no sobre la herencia del liberto, sino por habérseles concedido este llamamiento en virtud de nuestra presente ley.

§ 24.—Mas también consideramos conveniente y necesario añadir esto á la constitución, que, si apareciere que los manumisores desheredaron á sus hijos y que de sus propios bienes no les dejaron nada, pero no se hubiere probado que fueron desheredados sin fundamento, tampoco en este caso les competan los derechos de patronato contra los testamentos de los libertos. Pero si los libertos hubieren fallecido intestados y sin hijos, aunque aquellos ciertamente no sean dignos, los llamamos, sin embargo, por razón de humanidad, y principalmente porque en todo hemos acomodado á la naturaleza nuestra ley.

§ 25.—Mas consérvesele el derecho de patronato, que ya de mucho tiempo tuvo concedido, al que tenía bajo su potestad un hijo ó una hija y manumitió á aquél ó á ésta, de suerte que, si el manumitido hubiere fallecido intestado y sin hijos, ó habiendo instituído herederos extraños, sea llamado el manumisor ó á la totalidad en el caso de abintestato, ó á la tercera parte contra el testamento, como si se considerase que la emancipación se hizo con cláusula de fiducia.

§ 26.—Pero mandamos que tengan valor estas

Digitized by Google

libertatem imposuerunt, quos et solos patroni subesse concedimus nominationi. Qui enim ex machinatione quadam in veteribus libris censebantur patroni esse, verumtamen neutiquam manumiserunt, cuiusmodi est qui detexit liberti collusionem, qui quum revera patronus non esset, ex iis tamen, quae mendaciter iuravit, conatus est sibi adsciscere patronatus iura, et si quis omnino alius eiusmodi in veteribus libris invenitur, cum penitus ab omni lucro ex patronatus iure arcemus, solam ei reverentiam servari a talibus tamquam libertis permittentes, illos tantum revera patronos esse censentes, qui revera libertatem imponunt.

§ 27.—Eadem vero iura praestamus et descendentibus et reliquae familiae eorum, qui in testamentis vel ultimis omnino voluntatibus aliquos manumiserunt, adversus orcinos, qui dicuntur, libertos, tamquam si hi ab ipsis manumissi essent.

PP. Kal. Decemb. Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestis (1) VV. CC. [531.]

disposiciones respecto á los que impusieron la libertad, á solos los que permitimos que les quede la denominación de patrono. Porque á los que por cierto ardid se consideraba en los libros antiguos que eran patronos, pero que de ningún modo habian manumitido, entre los cuales está el que descubrió la colusion del liberto, el que no siendo en realidad patrono, intentó, sin embargo, adquirir para sí, con lo que falsamente juró, los derechos de patronato, y en general otro cualquiera de esta clase que se halle en los antiguos libros, los rechazamos en absoluto de todo lucro por derecho de patronato, permitiendo que por tales individuos se les guarde, como si fueran libertos, la sola reverencia, y considerando que únicamente son en realidad patronos los que verdaderamente imponen la libertad.

§ 27.—Los mismos derechos concedemos á los descendientes y á la restante familia de los que en testamentos, ó en general en últimas voluntades, manumitieron a otros, contra los libertos que se dicen orcinos, como si éstos hubiesen sido manumitidos por aquellos.

Publicada en Constantinopla las Calendas de Diciembre, después del consulado de Lampadio y de Oreste, varones esclarecidos. [531.]

C. Argumentum § 3. ex Photii Nomoc.

Quae [serva] domini, legitimam uxorem non habentis, usque ad mortem eius concubina fuerit, rapitur cum liberis suis in ingenuitatem, et accipit peculium, quod, quum dominus moriebatur, habebat, usque ad legitimum modum, neque habent adversus eam ius patronatus defuncti liberi vel heredes vel cognati.

C. Argumento del § 3., según el Nomocanon de Focio.

La esclava de señor que no tiene mujer legítima, que hubiere sido concubina suya hasta la muerte de aquel, es arrancada con sus hijos para la ingenuidad, y recibe el peculio que tenía al morir su señor, hasta la cuantía legal, y no tienen contra ella el derecho de patronato los hijos, ó los herederos, ó los cognados, del difunto.

D. Argumentum §§ 9—19. ex § 3. I. de success. libert.

Nostra constitutio .... ita .. definivit, ut, si quidem libertus vel liberta minores centenariis sint, id est minus centum aureis habeant substantiam (sic enim legis Papiae summam interpretati sumus, ut pro mille sestertiis unus aureus computetur), nullum locum habeat patronus in eorum successionem, si tamen testamentum fecerint; sin autem intestati decesserint, nullo liberorum relicto, tunc patronatus ius, quod erat ex lege duodecim tabularum, integrum reservavit. Quum vero maiores centenariis sint, si heredes vel bonorum possessores liberos habeant, sive unum sive plures, cuiuscunque sexus vel gradus, ad eos successionem parentum deduximus, omnibus patronis una cum sua progenie semotis. Sin autem sine liberis decesserint, si quidem intestati, ad omnem hereditatem patronos patronasque vocavimus; si vero testamentum quidem fecerint, patronos autem vel Patronas praeterierint, quum nullos liberos haberent, vel habentes eos exheredaverint, vel mater sive avus maternus eos praeterierit, ita ut non possint argui inofficiosa eorum testamenta, tunc ex nostra constitutione per bonorum possessionem contra tabulas non dimidiam, ut ante, sed tertiam partem bonorum liberti consequantur, vel quod deest eis ex constitutione nostra repleatur, si quando minus tertia parte bonorum suorum libertus vel liberta eis reliquerint, ita sine onere, ut nec liberis liberti libertaeve ex ea parte legata vel fideicom-

D. Argumento de los § 9—19., tomado del § 3. I. de la sucesión de los libertos.

Nuestra constitución..... decidió de este modo..... que, si verdaderamente el liberto ó la liberta fueran menos que centenarios, esto es, tuvieran menos de cien aureos de bienes, (porque así hemos interpretado la suma de la ley Papia, de suerte que se compute un solo áureo por mil sextercios), no tenga cabida alguna el patrono en la sucesión de los mismos, si, no obstante, hubieren hecho testamento; mas si hubieren fallecido intestados, sin haber dejado ningún hijo, en este caso reservó íntegro el derecho de patronato, que existia desde la ley de las Doce Tablas. Pero cuando sean más que centenarios, si tuvieran descendientes herederos ó poseedores de los bienes, ya uno solo, ya muchos, de cualquier sexo ó grado, les deferimos á ellos la sucesión de los ascendientes, siendo rechazados todos los patronos juntamente con su progenie. Mas si hubieren fallecido sin hijos, si intestados, llamamos á toda la herencia á los patronos y á las patronas; pero si hubieren hecho testamento, mas hubieren preterido á los patronos ó á las patronas, no teniendo ningunos hijos, ó habiéndolos desheredado teniéndolos, ó si la madre ó el abuelo materno los hubiere preterido, de suerte que no puedan ser acusados de inoficiosos sus testamentos, en este caso consigan, en virtud de nuestra constitucion, por la posesión de bienes contra el testamento, no la mitad, como antes, sino la tercera parte de los bienes del liberto, ó compléteseles en

(1) css lamp. et o, *el ms. Veron.*

Digitized by Google

missa praestentur, sed ad coheredes hoc onus redundaret; multis aliis casibus a nobis in praefata constitutione congregatis, quos necessarios esse ad huiusmodi iuris dispositionem perspeximus, ut tam patroni patronaeque, quam liberi eorum, nec non qui ex transverso latere veniunt, usque ad quintum gradum ad successionem libertorum vocentur, sicut ex ea constitutione intelligendum est, ut, si eiusdem patroni vel patronae vel duorum duarum pluriumve sint liberi, qui proximior est, ad liberti seu libertae vocetur successionem, et in capita non in stirpes dividatur successio, eodem modo et in his, qui ex transverso latere veniunt, servando.

virtud de nuestra constitución lo que les falte, si es que el liberto ó la liberta les hubieren dejado menos de la tercera parte de sus propios bienes, y esto así sin gravamen, de suerte que ni á los hijos del liberto ó de la liberta se les paguen de esta parte legados ó fideicomisos, sino que esta carga pese sobre los coherederos; habiéndose reunido por nosotros en la susodicha constitución otros muchos casos, que consideramos que eran necesarios para la regulación de tal derecho, á fin de que tanto los patronos y las patronas, como los hijos de éstos, y los que provienen de línea transversal, hasta el quinto grado, sean llamados á la sucesión de los libertos, según se ha de entender por esta constitución, de suerte que, si del mismo patrono ó patrona ó de dos ó más hubiera hijos, sea llamado á la sucesión del liberto ó de la liberta el que está más próximo, y la sucesión se divida por cabezas, no por estirpes, debiéndose guardar la misma disposición también respecto á los que provienen de línea transversal.

E. Supplementum § 20. ex § 7. I. de legit. agnat. success.

Nostra constitutione sanximus...., successionem in agnatorum hereditatibus non esse eis denegandam, quum satis absurdum erat, quod cognatis a praetore apertum est, hoc agnatis esse reclusum, maxime quum in onere quidem tutelarum et primo gradu deficiente sequens succedit, et quod in onere obtinebat, non erat in lucro permissum.

E. Suplemento al § 20. tomado del § 7. I. de la sucesión legítima de los agnados.

Sancionamos por nuestra constitución....., que no se les haya de denegar la sucesión en las herencias de los agnados, porque era bastante absurdo que lo que por el pretor se les concedió á los cognados les estuviese prohibido á los agnados, mayormente cuando tratándose de la carga de las tutelas, y faltando el primer grado, sucede el siguiente, y lo que obtenía como carga no le era permitido como lucro.

F. Constitutio, argumentum §§ 9. sqq. exhibens. ab ipso verosimiliter Iustiniano profecta, a Codice autem repet. prael. aliena, si libris mssis. credere par est.

Imp. IUSTINIANUS *A.* IULIANO *P. P.*—Veteris iuris altercationes, quas super successionibus libertorum antiquitas introduxit, nec non et inextricabiles circuitus legis Papiae, et numerosam summam centum millium sestertiorum, quam praedicta lex in bonis libertorum requirebat, a nostra republica penitus amputantes, hac edictali lege in perpetuum valitura sancimus, ut, si libertus vel liberta minus centum aureis in bonis habuit (sic enim praefatae legis summam interpretamur, pro mille sesteriis unum aureum computantes), et intestatus nec liberos habens decesserit, in solidum ad eius successionem patronus vocetur. Si vero plus centum aureis habens intestatus decesserit, relictis liberis cuiuscunque sexus vel gradus, ad eos integram successionem deducimus, patrono scilicet similiter repellendo, sive liberos habens testamentum fecerit, in quo ipsos scripserit heredes, sive iniuste eos exheredaverit; tunc enim et ipsi tantum ad hereditatem vocabuntur. Sane si iuste fuerint exheredati, patronum ad liberti successionem admittimus et eius parentelam usque ad quintum gradum. Si autem filium non habens extraneum scripserit heredem, tertiam partem bonorum patronus liberti consequatur, vel quod deest ei repleatur, si quando minus tertia parte bonorum suorum libertus vel liberta ei reliquerit, sine onere penitus legatorum et fideicommissorum, quod onus ad heredes redundabit. Sed si patronus plus quam in tertiam vel in assem fuerit heres institutus, quatenus heres scriptus est, respondebit legatariis et fideicommissariis. Hoc quoque decernimus observandum, ut,

F. Constitución que expone el argumento de los 9. § siguientes, dimanada verosímilmente del mismo Justiniano, pero ajena á la segunda edición del Código, si es lícito dar crédito á los libros manuscritos.

El Emperador JUSTINIANO, *Augusto, á* JULIÁN, *Prefecto del Pretorio.*—Suprimiendo por completo en nuestra república los altercados que en el viejo derecho introdujo sobre las sucesiones de los libertos la antigüedad, y los inextricables rodeos de la ley Papia, y la cuantiosa suma de cien mil sextercios que la susodicha ley requería en los bienes de los libertos, sancionamos por esta ley en forma de edicto, que habrá de estar en vigor perpetuamente, que, si el liberto ó la liberta tuvo en sus bienes menos de cien áureos, (porque así interpretamos la suma de la susodicha ley, computando un solo áureo por cada mil sextercios), y hubiere fallecido intestado no teniendo hijos, sea llamado el patrono á la íntegra sucesión del mismo. Mas si hubiere fallecido intestado teniendo más de cien áureos, habiendo dejado descendientes de cualquier sexo ó grado, les deferimos á éstos íntegra la sucesión, debiendo ser repelido ciertamente del mismo modo el patrono, ora si teniendo hijos hubiere hecho testamento en el cual los hubiere instituído herederos, ora si injustamente los hubiere desheredado; porque en este caso también serán llamados solamente ellos á la herencia. Mas si hubieren sido desheredados justamente, admitimos á la sucesión del liberto al patrono y á su parentela hasta el quinto grado. Pero si no teniendo hijo hubiere instituído heredero á un extraño, obtenga el patrono del liberto la tercera parte de los bienes, ó completesele lo que le falte, si es que el liberto ó la liberta le hubiere dejado menos de la tercera parte de sus propios bienes, absolutamente sin gráva-

Digitized by Google

si eiusdem patroni vel patronae, duorum seu duarum pluriumve sint liberi, proximior gradus ad successionem admittatur, hereditate in capita non in stirpes dividenda, ita ut, si quispiam patronorum ab hereditate liberti vel libertae fuerit exclusus, eius portio ad ulteriores transmittatur, eodem observando et si gradus aliqua de causa excludatur, ut sequens vocetur ad successionem: adoptivis filiis sive patronorum sive libertorum a nostra constitutione penitus excludendis; hos enim, etsi filiifamilias sint, extraneos reputamus, extraneos vero heredes patronorum a libertorum successione prorsus removemus. Hoc autem nostrae serenitatis beneficium ob honorem patronalis reverentiae patronis et eorum liberis indulgemus, ut non solum ad bona libertorum admittantur, sed etiam filiorum ipsorum, si fuerint in libertate nati, et intestati sine cognatione decesserint. Si vero filius patroni a parente suo iuste fuerit exheredatus, nullam habet impugnandi testamentum liberti potestatem. Plane decedente liberto ab intestato sine liberis, tam ipse exheredatus quam emancipatus succedunt cum his, qui sunt in potestate. Sed et is, qui filium emancipavit, liberto ab intestato sine liberis decedente, vel extraneo herede instituto, in assem vel in trientem vocetur. Et hoc de his, qui vere patroni sunt. Ceterum si iureiurando praestito vel ex alia simili causa patronus habeatur, hunc quidem, etsi ei reverentia patronalis a liberto debeatur, ad eius successionem minime revocamus.

men de legados y de fideicomisos, cuya carga pesará sobre los herederos. Mas si el patrono hubiere sido instituído heredero en más de la tercera parte ó en la totalidad, responderá á los legatarios y á los fideicomisarios hasta la cantidad en que fué instituído heredero. También mandamos que se ha de observar esto, que, si de un mismo patrono ó patrona, ó de dos ó más hubiere descendientes, sea admitido á la sucesión el grado más próximo, habiendo de dividirse la herencia por cabezas y no por estirpes, de suerte que, si cualquiera de los patronos hubiere sido excluído de la herencia del liberto ó de la liberta, su porción se transmita á los ulteriores, observándose lo mismo también si por alguna causa fuese excluído un grado, de modo que sea llamado á la sucesión el siguiente: debiendo ser excluídos en absoluto por nuestra constitución los hijos adoptivos, ya de los patronos, ya de los libertos; porque á éstos, aunque sean hijos de familia, los reputamos extraños, y á los herederos extraños de los patronos los rechazamos en absoluto de la sucesión de los libertos. Mas por honor á la reverencia debida al patrono, concedemos á los patronos y á sus hijos este beneficio de nuestra serenidad, que no solamente sean admitidos á los bienes de los libertos, sino también á los de los hijos de los mismos, si hubieren nacido en la libertad, y hubieren fallecido intestados sin cognados. Pero si el hijo del patrono hubiere sido justamente desheredado por su ascendiente, no tiene facultad alguna para impugnar el testamento del liberto. Mas, falleciendo el liberto intestado sin hijos, suceden así el mismo desheredado como el emancipado juntamente con los que están bajo potestad. Pero también el que emancipó á un hijo, falleciendo intestado el liberto sin hijos, ó habiendo instituído heredero á un extraño, será llamado á la totalidad ó á la tercera parte de la herencia. Y esto en cuanto á los que verdaderamente son patronos. Mas si por haber prestado juramento ó por otra causa semejante fuera tenido como patrono, á éste ciertamente, aunque por el liberto se le deba la reverencia correspondiente al patrono, no le llamamos en manera alguna á su sucesión.

TIT. V

SI IN FRAUDEM PATRONI A LIBERTIS (1) ALIENATIO FACTA EST (2)

1. *Impp.* DIOCLETIANUS *et* MAXIMIANUS *AA. et CC.* CLAUDIO.— Si in fraudem (3) patroni libertus alienaverit, quatenus legitima pars deminuta est, revocandi tributam convenit esse potestatem.

Dat. (4) Kal. Novemb. Sirmii (5), Caess. Conss. [294—305.]

2. *Iidem AA. et CC.* IULIAE.— Defuncto quidem liberto patronus intestato succedens per actionem Calvisianam in eius fraudem alienata revocare potest. Verum quum patronum post liberti sui mortem ab eo fundi collatam donationem habuisse ratam asseveras, manumissoris factum infirmare successores eius minime possunt.

(1) A LIBERTIS, *omitenlas los mms. Bq. Gt.*
(2) *Los mms. Pist. Cas. Vat. Pl. I. 2. Bq.:* SIT, *las ed.*
(3) fraude, *el ms. Bq., insertandola algunos codices tambien en la rubrica*

TÍTULO V

DE SI POR LOS LIBERTOS SE HIZO ENAJENACIÓN EN FRAUDE DEL PATRONO

1. *Los Emperadores* DIOCLECIANO *y* MAXIMIANO, *Augustos y Césares, á* CLAUDIO.—Si el liberto hubiere enajenado alguna cosa en fraude de su patrono, es conveniente que haya concedida la facultad de revocar la enajenación en tanto cuanto fué disminuída la porción legítima.

Dada en Sirmio las Calendas de Noviembre, bajo el consulado de los Césares. [294–305.]

2. *Los mismos Augustos y Césares á* JULIA.— Ciertamente que el patrono que sucede al liberto fallecido intestado puede revocar por la acción Calvisiana las enajenaciones hechas en fraude suyo. Pero como afirmas que el patrono ratificó después de la muerte de su liberto la donación de un fundo hecha por éste, sus sucesores no pueden en manera alguna invalidar lo hecho por el manumisor.

(4) XV, *inserta el ms. Pist*; S. XC., *el palimpsesto de Verona.*
(5) SIR VI., *el ms. Pist.*

Digitized by Google

Dat. VIII. (1) Kal. Ianuar. Sirmii (2), Caess. Conss. [294–305.]

TIT. VI

DE OBSEQUIIS PATRONO (3) PRAESTANDIS

1. *Imp.* ALEXANDER *A.* ZOTICO. — Contra patronum tuum famosam actionem instituere non potes.

PP. prid. Id. (4) Mai. MAXIMO II. et AELIANO Conss. [223.]

2. *Idem A.* LEONTOGONO (5). — Libertae, quae voluntate patroni aut (6) iure nuptae sunt, non coguntur (7) officium patronis suis praestare.

PP. (8) XIV. Kal. August. MAXIMO II. et AELIANO Conss. [223.]

3. *Idem A.* XANTHO (9). — Etiam qui pactione (10) data a (11) dominis manumittuntur, mero iure (12) omne obsequium patronis (13) debent.

PP. Kal. Novemb. MAXIMO II. et AELIANO Conss. (14) [223.]

4. *Idem A.* VICTORINO. — Si manumissori tuo vim et audaciam obiecisti, ei (15), qui, te beneficio suo ex servitute liberando, ut adversarium (16) haberet, fecit, praeses provinciae, quatenus coërcere eiusmodi temerariam licentiam debeat, aestimabit. Nam si qua tibi pecunia debebatur, sive de rebus adversus patronum disceptatio fuerat, non protinus ad litigandum currere debueras; maxime autem si (17) hoc facere auderes, sine atrocitate certe (18) verborum aequitatem petitionis tuae commendare iudici potuisti, omni honore patrono debito reservato (19).

PP. prid. (20) Kal. Octob. IULIANO II. (21) et CRISPINO Conss. [224.]

5. *Imp.* GORDIANUS *A.* SULPICIAE.—Etiam liberis damnatorum consuetum obsequium libertos paternos praestare debere, in dubium non venit. Proinde si non agnoscunt reverentiae debitae munus, non immerito videntur ipsi adversus se provocare severitatem.

PP. (22) Non. Septemb. SABINO II. et VENUSTO Conss. [240.]

6. *Idem A.* CORNELIO. — Libertos sive libertas, maxime quibus impositae operae non sunt, consue-

Dada en Sirmio á 8 de las Calendas de Enero, bajo el consulado de los Césares. [294–305.]

TÍTULO VI

DE LAS ATENCIONES QUE SE HAN DE GUARDAR AL PATRONO

1. *El Emperador* ALEJANDRO, *Augusto, á* ZOTICO. —No puedes entablar contra tu patrono acción infamatoria.

Publicada á 1 de los Idus de Mayo, bajo el segundo consulado de MÁXIMO y el de ELIANO. [223.]

2. *El mismo Augusto á* LEONTOGONO.—Las libertas, que se casaron con la voluntad del patrono, ó legalmente, no son obligadas á prestar servicio á sus patronos.

Publicada á 14 de las Calendas de Agosto, bajo el segundo consulado de MÁXIMO y el de ELIANO. [223.]

3. *El mismo Augusto á* XANTO. — También los que por pacto hecho son manumitidos por sus señores, les deben á sus patronos todas las atenciones de mero derecho.

Publicada las Calendas de Noviembre, bajo el segundo consulado de MÁXIMO y el de ELIANO. [223.]

4. *El mismo Augusto á* VICTORINO. — Si acusaste de violencia y audacia á tu manumisor, á quien, librándote de la esclavitud por beneficio suyo, hizo que te tuviera por adversario, el presidente de la provincia estimará hasta qué punto deba reprimir semejante temeraria licencia. Porque si se te debía algún dinero, ó si sobre cosas había habido alguna controversia con tu patrono, no habrías debido recurrir desde luego á litigar; pero aun si te hubieras atrevido á hacer esto, ciertamente que pudiste recomendar al juez la justicia de tu petición sin dureza en las palabras, habiéndole guardado al patrono toda la consideración debida.

Publicada á 1 de las Calendas de Octubre, bajo el segundo consulado de JULIÁN y el de CRISPÍN. [224.]

5. *El Emperador* GORDIANO, *Augusto, á* SULPICIA.—No se pone en duda, que aun á los hijos de los condenados deben guardarles los libertos de los padres las atenciones acostumbradas. Por lo cual, si no cumplen la obligación de la reverencia debida, parece que no sin razón provocan ellos contra sí mismos la severidad.

Publicada las Nonas de Septiembre, bajo el segundo consulado de SABINO y el de VENUSTO. [240.]

6. *El mismo Augusto á* CORNELIO.—No es de incierta creencia, que los libertos ó las libertas, prin-

(1) **VII.**, *el ms. Pist.*; **S. VIII.**, *el palimpsesto de Veron.*
(2) **Sir. vc.**, *el ms. Pist.*; **Sirmi**, *el palimpsesto de Veron.*
(3) **patronis**, *los mms. Pl. 2. Bg.. y el palimpsesto de Veron.*
(4) *Los mms. Veron. Pist.*: **II. Id.**, *Hal. y los demás.*
(5) **Leontonio**, *el ms. Pl. I.*: **pp.**, *añade el ms. Cus.*
(6) **aut**, *omitenla las Bas.*: **ac**, *enmienda Köhler Interpretat. II. 10.*
(7) **cogantur**, *los mms. Pl. I. Bg.. y la ed. Nbg.*
(8) *Los mms. Veron. Pist.*: **Dat.**, *Hal. y los demás. El número que sigue es* **VII.** *en el ms. Pist.*
(9) **Acato, Acanto**, *algunos mms.*
15. *Imp.* CONSTANTIUS (21) *A. ad populum.*—Quoniam indignum est, ob inanem observationem irritas fieri tabulas et iudicia mortuorum, placuit ademtis his, quorum imaginarius usus est, institutioni heredis verborum non esse necessariam observantiam, utrum imperativis et directis verbis fiat, an (22) inflexis (23). Nec enim interest, si dicatur: «heredem facio», vel «instituo», vel «volo», vel «mando», vel «cupio», vel «esto», vel «erit», sed quibuslibet confecta sententiis vel (24) quolibet

15. *El Emperador* CONSTANCIO, *Augusto, al pueblo.* — Porque es indigno que por causa de una vana observancia se invaliden los testamentos y las últimas voluntades de los difuntos, plugo, que, quedando suprimidas aquellas formalidades, cuyo uso es imaginario, no sea necesario para la institución de heredero el empleo de ciertas palabras, ora se haga con palabras imperativas y directas, ora con indirectas. Porque no importa que se diga: «hago heredero», ó «instituyo», ó «quiero», ó «man-

(1) X., *falta en el ms. Veron.*
(2) *Los más de nuestros mms.:* Menophelimo, *Hal. y los demás.*
(3) S., *el ms. Veron., el cual también omite* AA.
(4) Zepho, Zeto, Zecho, Zetho, *nuestros mms.*
(5) iuris, *Hal., quien después de* testamentum *pone* et.
(6) *El ms. Veron.:* Dat., *añaden Hal. y los demás.*
(7) prid. Non. Iul., *el mms. Veron.*
(8) Matroniae, *muchos mms*
(9) deficiat, *los mms. Veron. Pl. 2. Gt.:* defecit, *el ms. Pl. I.*
(10) subscripta, *la ed. Nbg.*
(11) pertinet, *el ms. Pl. I.*
(12) meruerunt, *y después* sunt, *los mms. Veron. Pl. I. 2. Bg.*
(13) *El ms. Veron.:* Dat., *añaden Hal. y los demas.*
(14) Euripidi, Euripidae, Euruphi, *los mms.*
(15) *Los mms. Veron. Pl. I. 2. Bg. Gt.:* est, *añaden las ed. Nbg. Hal.:* est permissa, *añaden las ed. Schf. Russ. y las demás.*
(16) *Los mms. Veron. Pl. I. 2. Bg. Gt., todos los mms. de Russ., y las ed. Nbg. Schf.:* autem, *insertan Hal. y los demás.*
(17) imitare, *la ed. Schf.*
(18) *El ms Veron.; la indicación de la fecha falta en Hal. y en los demas.*
(19) Achillae, *los más de los mms.*
(20) S., *el ms. Veron.*
(21) *Hal. Russ. Cont. 62.:* Constantinus, *erradamente Cont. 66. 71. 76. Char. Pac. Sp.:* Imppp. Constantinus, Constantius et Constans, *según la inscripcion de la ley 21. C. VI. 37.*
(22) *Los mms. Veron. Pl. I. 2. Bg., y la ed. Schf.:* aut, *las ed. Nbg. Hal. y las demas.*
(23) inflexa, *el ms. Veron.*
(24) vel, *omitenla los mms. Pl. I. 2. Gt., y las ed. Nbg. Schf Hal.: con el texto los mms. Pl. I. 2. Bg. Gt., y todos los mms. de Russ.;* in, *insertan las ed.*

Digitized by Google

loquendi genere formata institutio valeat, si modo per eam liquebit voluntatis intentio, nec necessaria sint (1) momenta verborum, quae forte seminecis et balbutiens lingua profudit. Et in postremis ergo iudiciis ordinandis amota erit solemnium sermonum (2) necessitas, ut, qui facultates proprias cupiunt ordinare, in quacunque instrumenti materia conscribere, (3) quibuscunque verbis uti, liberam habeant facultatem.

S. Dat. Kal. Februar. Laodiceae (4), CONSTANTIO A. II. (5) et CONSTANTE A. (6) Conss. [339.]

16. *Imppp.* GRATIANUS, VALENTINIANUS *et* THEODOSIUS *AAA.* EUTROPIO *P. P.* — Non dubium nec incertum est, sicut Imperatoribus, ita qualibet dignitate vel potestate decoratis viris tam hereditatem quam legatum seu fideicommissum relinqui posse.

§ 1.— Illud etiam adiiciendum est, ut, qui ex testamento vel ab intestato heres exstiterit, etsi voluntas defuncti circa legata seu fideicommissa seu libertates legibus non sit subnixa, tamen, si sua sponte agnoverit, implendi eam necessitatem habeat.

S. Dat. XV. (7) Kal. Iul. Thessalon. GRATIANO V. et THEODOSIO AA. Conss. [380.]

17. *Impp.* ARCADIUS *et* HONORIUS *AA.* AETERNALI, *Proconsuli Asiae.* — Testamentum non ideo infirmari debebit, quod diversis hoc deficiens nominibus appellavit, quum superflua non noceant. Namque necessaria praetermissa imminuunt contractus et testatoris officiunt voluntati, non abundans cautela (8).

Dat. XII. Kal. April. ARCADIO IV. et HONORIO III. AA. Conss. [396.]

18. *Iidem AA.* AFRICANO *P. U.* — Testamenta omnia (9) ceteraque, quae apud officium censuale publicari solent, in eodem (10) reserentur (11), nec usquam permittatur fieri ulla translatio. Mos namque retinendus est fidelissimae vetustatis, quem si quis in hac urbe voluerit immutare (12), irritam mortuorum videri faciet voluntatem.

Dat. XII. (13) Kal. Octob. Constantinop. CAESARIO et ATTICO Conss. [397.]

19. *Impp.* HONORIUS *et* THEODOSIUS *AA.* IOANNI

(1) *Los mms. Pl. I. 2. Bq., y las ed. Schf. Hal. Bk.:* sunt, *las demás ed.*
(2) *Los mms. Pl. I. 2. Bq. Gt., y las ed. Nbg. Schf. Hal.:* verborum, *Russ. y los demás.*
(3) *Los mms. Pl. I. 2. Bq. Gt., y las ed. Nbg. Hal.;* et, *insertan las ed. Schf. Russ. y las demás.*
(4) *Jac. Gothofr. en Chron. Th. C. p. XL. XLI, leg. 9. C. VI. 9.:* Serdicae, *Hal. y los demás.*
(5) II., *omiteula Hal. Russ.*
(6) CC., *insertan Hal. y los demás excepto Bk.*
(7) XV., *es dudosa, y fue omitida por Hal. Russ. Cont. Char. Pac.*
(8) Praeterm. namque necessaria, non abund. caut. vel contr. imminuit, vel testatoris officit volunt., *el C. Theod.*

do», ó «deseo», ó «sea», ó «será», sino que valga la institución hecha con cualesquiera frases, ó expresada con cualquier manera de hablar, con tal que por ella fuere evidente la intención de la voluntad, y no sean necesarios momentos para las palabras, que pronunció una lengua acaso medio muerta y balbuciente. Así, pues, también en la disposición de las últimas voluntades estará suprimida la necesidad del empleo de palabras solemnes, de suerte que tengan libre facultad, los que desean disponer de sus propios bienes, para escribirla en cualquier materia destinada á instrumento, y para usar de cualesquiera palabras.

Sancionada y dada en Laodicea las Calendas de Febrero, bajo el segundo consulado de CONSTANCIO y el de CONSTANTE, Augustos. [339.]

16. *Los Emperadores* GRACIANO, VALENTINIANO *y* TEODOSIO, *Augustos, á* EUTROPIO, *Prefecto del Pretorio.*—No es dudoso ni incierto, que, así como á los Emperadores, se les puede dejar tanto una herencia, como un legado ó un fideicomiso, á las personas revestidas de cualquier dignidad ó autoridad.

§ 1.—También se ha de añadir esto, que, aunque la voluntad del difunto respecto á legados ó fideicomisos ó manumisiones no esté apoyada en las leyes, tenga, sin embargo, necesidad de cumplirla el que quedare heredero en virtud de testamento ó abintestato, si por su propia voluntad la hubiere aceptado.

Sancionada y dada en Tesalónica á 15 de las Calendas de Julio, bajo el quinto consulado de GRACIANO y el de TEODOSIO, Augustos. [380.]

17. *Los Emperadores* ARCADIO *y* HONORIO, *Augustos, á* ETERNAL, *Proconsul de Asia.*—No deberá invalidarse un testamento por la sola razón de que al fallecer el testador lo llamó con diversos nombres, pues las cosas supérfluas no perjudican. Porque los requisitos necesarios que se omiten, no la excesiva cautela, menoscaban los contratos y perjudican á la voluntad del testador.

Dada á 12 de las Calendas de Abril, bajo el cuarto consulado de ARCADIO y el tercero de HONORIO, Augustos. [396.]

18. *Los mismos Augustos á* AFRICANO, *Prefecto de la Ciudad.*—Todos los testamentos, y lo demás que suele publicarse en las oficinas del censo, consérvense en este mismo local, y no se permita nunca que se haga traslación alguna. Porque se ha de conservar la costumbre de la fidelísima antigüedad, y si alguno hubiere querido alterarla en esta ciudad, hará que parezca irrita la voluntad de los fallecidos.

Dada en Constantinopla á 12 de las Calendas de Octubre, bajo el consulado de CESARIO y de ATTICO. [397.]

19. *Los Emperadores* HONORIO *y* TEODOSIO, *Au-*

(9) omnium, *el C. Theod.*
(10) *Los mms. Pl. I. 2. Bq. Gt., todos los mms. de Russ., las ed. Nbg. Hal. Bk., y el C. Theod.;* loco, *añaden las ed. Schf. Russ. y las demás.*
(11) *Los mms. Pl. I. 2. Bq. Gt., las ed. Schf. Bk., Russ. y Cont. al margen, y el C. Theod., ed. Gothofr.;* reserventur, *algunos mms. de Cont., las ed. Nbg. Hal. y las demás, y el C. Theod., ed. Haenel.*
(12) *Los mms. Pl. I. 2. Bq. Gt., la ed. Schf., y el C. Theod.:* mutare, *las ed. Nbg. Hal. y las demás.*
(13) VI., *el C. Theod.*

Digitized by Google

P. P.— Omnium testamentorum solemnitatem superare videatur (1), quod insertum mera fide precibus inter tot nobiles probatasque personas etiam conscientiam principis tenet. Sicut igitur (2) securus erit, qui actis cuiuscunque iudicis aut municipum aut auribus privatorum mentis suae postremum publicavit iudicium, ita nec de eius unquam successione tractabitur, qui nobis mediis, et toto iure, quod (3) nostris est scriniis constitutum, teste succedit. Nec sane illud heredibus nocere permittimus, si rescripta nostra nihil de eadem voluntate responderint. Voluntates etenim hominum audire volumus, non iubere, ne post sententiam nostram inhibitum videatur commutationis arbitrium, quum hoc ipsum, quod per supplicationem nostris auribus intimatur, ita demum firmum sit, si ultimum comprobatur (4), nec contra iudicium suum defunctus postea venisse detegitur (5). Ne quid sane praetermisisse credamur huiusmodi institutionis successoribus designatis, omnia, quae scriptis heredibus competunt, iubemus eos habere, nec super bonorum possessionis petitione ullam controversiam nasci, quum pro herede agere cuncta sufficiat, et ius omne ipsa complere aditio videatur. Omnibus etenim praestandum esse censemus, ut libero arbitrio, cui testandi facultas suppetit, successorem suum oblatis precibus possit declarare, et stabile sciat esse, quod fecerit, nec institutus heres pertimescat, quum oblatas preces secundum voluntatem defuncti idoneis testibus possit approbare, si ei alia nocere non possunt.

Dat. XII. (6) Kal. Mart. Ravennae, post consulatum Honorii IX. (7) et Theodosii V. AA. Conss. [413.]

20. *Eorundem AA.* (8) *Edictum ad populum urbis Constantinopolitanae* (9) *et omnes provinciales.* — Nolumus convelli deficientium scriptas iure ac solemniter voluntates, dum quoddam morientis supremum et non adscriptum (10) processisse confirmatur arbitrium, tanquam patrimonium suum ad nos deficiens maluerit pertinere. Omnibus enim privatis et militantibus interdicimus, ut (11) huiusmodi perhibeant testimonia, et falsi criminis reos teneri praecipimus, si, quum scriptae iure ac solemniter deficientium exstiterint voluntates, non scriptum aliquid sub nostrorum nominum mentione falso adstruere moliantur. Nemo itaque relictus heres vel legibus ad successionem vocatus nostrum vel potentium nomen horrescat; nemo ferre testimonia in hunc modum, vel suscipere (12) gestis huiusmodi voces audeat nostro (13) vel etiam privatorum potentium nomine.

(1) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Hal.;* videtur, *las ed. Schf. Russ. y las demás.*
(2) ergo, *las ed. Schf. Russ. y después las demás.*
(3) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Hal.;* in, *insertan las ed Schf. Russ. y las demás.*
(4) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf. Hal.;* comprobetur, *Russ. y los demás.*
(5) *Los mms. Bg. Gt.;* detegetur, *el ms. Pl. 1., y la ed. Schf.;* detegatur, *el ms. Pl. 2., y las ed. Nbg. Hal. y las demás.*
(6) XVI., *el C. Theod.*
(7) *El C. Theod.:* VIII., *Hal. y los demás.*
(8) Id. AA., *los mms. Vat. Cas Pl. 1. Bg.:* Impp. Hon. et Theo. AA., *el mms. Pist.*

gustos, á Juan, *Prefecto del Pretorio.*—Considérese que supera en solemnidad á todos los testamentos el que, habiendo sido inserto con entera fidelidad en las súplicas, obtiene además, entre tantas nobles y respetables personas, el conocimiento del príncipe. Pues así como estará seguro el que en las actuaciones de cualquier juez ó de magistrados municipales, ó al oido de particulares, publicó la última disposición de su voluntad, así tampoco se discutirá nunca respecto á la sucesión del que sucede mediando nosotros, y siendo testigo toda la autoridad que ha sido atribuída á nuestras oficinas. Y ciertamente no permitimos que esto les perjudique á los herederos, si nada hubieren respondido rescriptos nuestros respecto á la misma voluntad. Porque queremos oir la voluntad de los hombres, no disponerla, á fin de que después de nuestra contestación no parezca invalidado el arbitrio para un cambio, siendo así que este mismo testamento, que mediante súplica se hace llegar á nuestros oidos, solamente será firme, si se comprueba que es el último, y no se descubre que después el difunto fué contra la manifestación de su voluntad. Y para que no se crea que hemos omitido cosa alguna respecto á los sucesores designados en semejante institución, mandamos que ellos tengan todo lo que compete á los herederos instituídos, y que no nazca controversia alguna sobre la peticion de la posesión de los bienes, bastando hacerlo todo como heredero, y considerándose que la misma adición llena todas las formalidades del derecho. Porque entendemos que á todos se les ha de conceder, que aquel á quien compete la facultad de testar pueda por su libre arbitrio declarar su sucesor elevándonos sus súplicas, y sepa que es estable lo que hubiere hecho, sin que el heredero instituído tema nada, cuando con testigos idóneos pueda probar que las súplicas se elevaron conforme á la voluntad del difunto, si á él no pueden perjudicarle otras cosas.

Dada en Rávena á 12 de las Calendas de Marzo, después del noveno consulado de Honorio y del quinto de Teodosio, Augustos. [413.]

20. *Edicto de los mismos Augustos al pueblo de la ciudad de Constantinopla y á todos los de las provincias.*—No queremos que se invaliden las voluntades de los que fallecen, escritas con arreglo á derecho y solemnemente, porque se pruebe que les siguió cierta última y no escrita disposición del moribundo, como si hubiere preferido el que fallece que nos pertenezca su patrimonio. Prohibimos, pues, á todos los particulares y á los militares, que presten semejantes testimonios, y mandamos que sean tenidos como reos de delito de falsedad, si, cuando existieren escritas conforme á derecho y solemnemente las voluntades de los que fallecen, intentasen apoyar con falsedad en la mención de nuestro nombre algún testamento no escrito. Así, pues, ninguno que haya sido dejado heredero, ó llamado por las leyes á una sucesión, tema á nuestro nombre ó al de los poderosos; nadie se atreva á prestar testimonios de este modo, ó á aceptar en actuaciones manifestaciones de tal naturaleza con nuestro nombre ó aun con el de particulares poderosos.

(9) urb. Constant., *omítenlas los mms. Pist. Cas. Vat. Pl. 1. Bg., y la ed. Nbg.*
(10) *Los mms. Pl. 1. 2. Gt., todos los mms. de Russ., la ed. Schf., y el C. Theod.;* scriptum, *el ms. Bg., dos mms. de Cont., y las ed. Nbg. Hal. y las demás.*
(11) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y la ed. Schf.;* ne, *con el mismo sentido, las ed. Nbg. Hal. y las demás.*
(12) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., Hal., y el C. Theod.;* in, *insertan las demás ed.*
(13) nostrorum, *el C. Theod.*

Digitized by Google

Dat. VII. (1) Id. Mart. Constantinop. Theodosio A. VII. et Palladio Conss. [416.]

21. *Impp.* Theodosius *et* Valentinianus *AA.* Florentio (2) *P. P.*—Hac consultissima lege sancimus, licere per scripturam conficientibus testamentum, si nullum scire volunt (3) quae (4) in eo scripta (5) sunt, signatam (6) vel ligatam, vel tantum clausam (7) involutamque (8) proferre scripturam, vel ipsius testatoris vel cuiuslibet alterius manu conscriptam, eamque rogatis testibus, septem numero, civibus romanis puberibus, omnibus simul offerre signandam et subscribendam, dum tamen testibus praesentibus testator suum esse testamentum dixerit, quod offertur, eique (9) ipse coram testibus sua manu in reliqua parte testamenti subscripserit; quo facto, et testibus uno eodemque die ac tempore subscribentibus et consignantibus (10), testamentum valere, nec ideo infirmari, quod testes nesciant, quae in eo scripta sunt testamento.

§ 1.—Quodsi literas testator ignoret vel subscribere nequeat, octavo subscriptore pro eo adhibito eadem servari decernimus.

§ 2.—In omnibus autem testamentis, quae praesentibus vel absentibus testibus dictantur, superfluum est, uno eodemque tempore exigere testatorem et testes adhibere, et dictare suum arbitrium, et finire testamentum. Sed licet alio (11) tempore dictatum scriptumve proferatur testamentum, sufficiet, uno (12) eodemque die (13), nullo actu (14) interveniente, testes omnes, videlicet simul nec diversis temporibus, subscribere signareque (15) testamentum. Finem autem testamenti subscriptiones et signacula testium esse decernimus. Non subscriptum namque (16) a testibus ac (17) signatum testamentum pro imperfecto (18) haberi convenit.

§ 3.—Ex imperfecto autem testamento voluntatem tenere (19) defuncti, nisi inter solos liberos a parentibus utriusque sexus (20) habeatur, non volumus. Si vero (21) in huiusmodi voluntate liberis alia sit extranea mixta persona, certum est, eam voluntatem (22), quantum ad illam duntaxat permixtam personam, pro nullo haberi, sed liberis accrescere.

Authent. *de testamentis imperfectis.* § *Nos igitur omnia.* (*Nov. 107. c. 1.*)—Quod sine subscriptione ita procedit, si parens, literas edoctus, manu propria, non signis, sed literarum consequentia declaret et tempus, et liberorum nomina, item et unciarum numerum seu signa rerum specia-

Dada en Constantinopla á 7 de los Idus de Marzo, bajo el séptimo consulado de Teodosio, Augusto, y el de Paladio. [416.]

21. *Los Emperadores* Teodosio *y* Valentiniano, *Augustos, á* Florencio, *Prefecto del Pretorio.*—Mandamos por esta muy meditada ley, que sea lícito á los que por escrito hacen testamento, si no quieren que nadie sepa lo que en él se halla escrito, presentar la escritura, sellada ó atada, ó simplemente cerrada y envuelta, escrita ó de puño del mismo testador, ó del de otro cualquiera, y habiendo rogado á testigos, en número de siete, ciudadanos romanos púberos, ofrecérsela juntamente á todos para que la sellen y la subscriban, pero mientras que presentes los testigos el testador dijere que es su testamento el que se les presenta, y él mismo subscribiere en presencia de los testigos con su mano en la restante parte del testamento; hecho lo cual, y subscribiéndolo y sellándolo los testigos en un mismo día y tiempo, sea válido el testamento, y no se invalide porque los testigos ignoren qué es lo que se halla escrito en este testamento.

§ 1.—Pero si el testador no supiera de letras ó no pudiera firmar, mandamos, que, presentado un octavo testigo que firme por él, se observen las mismas formalidades.

§ 2.—Mas en todos los testamentos, que se dictan estando presentes ó ausentes los testigos, es supérfluo exigir que á un mismo tiempo presente el testador los testigos, dicte su voluntad, y acabe el testamento. Sino que, aun cuando se presente un testamento dictado ó escrito en otro tiempo, bastará que en un mismo día, no mediando ningún acto, todos los testigos, á saber, juntamente y no en diversos tiempos, subscriban y firmen el testamento. Y mandamos que el final del testamento sea las firmas y los sellos de los testigos. Porque conviene que el testamento no firmado y sellado por los testigos sea considerado como imperfecto.

§ 3.—Mas no queremos que en virtud de un testamento imperfecto tenga validez la voluntad de un difunto, á no ser que sea hecho por los ascendientes de uno y de otro sexo entre solos los descendientes. Pero si en tal testamento se hubiera mezclado con los hijos otra persona extraña, es cierto que este testamento es considerado como nulo solamente en cuanto á aquella persona que se mezcló, pero que acrece á los descendientes.

Auténtica *de testamentis imperfectis.* § *Nos igitur omnia.* (*Nov. 107. c. 1.*)—El cual es válido sin firma de este modo, si el ascendiente, sabiendo de letras, declarase de su propio puño, no con signos, sino por medio de letras la fecha, los nombres de los descendientes, y también el número

(1) IV., *el C. Theod.*
(2) Laurentio, *el ms. Pl. 1.*: Floro, *el ms. Bq.*
(3) volent, *el Nov. Theod.*: voluerint, *la ed. Schf.*
(4) ea quae, *el ms. Pl. 1., las ed. Nbg. Hal. y despues las demas, contra los mms. Pl. 2. Bg. Gt., ed. Schf., y el Nov. Theod.*
(5) conscripta, *el Nov. Theod.*
(6) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los mms. de Russ., Cont. 62., y el Nov. Theod*; consignatum, *las ed. Nbg. Schf. Hal. y las demas.*
(7) inclusam, *la ed. Schf., y algunas ed. del Nov. Theod*
(8) involutamve, *el Nov. Theod.*
(9) ibique, *los mms. Pl. 1. Bg., y las ed. Nbg. Schf.*
(10) signantibus, *el Nov. Theod.*
(11) tali, *Hal., probablemente por errata de imprenta.*
(12) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., las ed. Schf. Cont. 62., y el Nov. Theod.*: tempore, *insertan las ed. Nbg. Hal. y las demas.*
(13) tempore, *el ms. Pl. 2., y la ed. Schf.*
(14) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los antiguos mms. de Russ., y Cont., las ed. Nbg. Hal. Bk., y el Nov. Theod.*; extraneo, *insertan las ed. Schf. Russ. y las demas.*
(15) signareve, *el Nov. Theod.*: subsignareque, *la ed. Schf.*
(16) *Los mms. Pl. 1. 2. Gt., los mejores mms. de Cont., las ed. Schf. Hal. Bk., y el Nov. Theod.*: autem, *el ms. Bq., y las ed. Nbg. Russ. y las demas.*
(17) *Los mms. Pl. 1. 2. Gt., los mejores mms. de Cont., las ed. Nbg. Hal., y el Nov. Theod.*; non, *insertan el ms. Bq., las ed. Schf. Russ., las demas, y Hal. en la nota.*
(18) *El ms. Pl. 1., el Nov. Theod. y Cuyacio*: infecto, *los mms. Pl. 2. Bg., y todas las ed.; pero veanse las siguientes palabras y las Rus., en las que se lee ἡ — ἀτελής ἐστιν.*
(19) teneri, *el ms. Gt., la ed. Schf., y el Nov. Theod.*
(20) a parent. utr. sexus, *faltan en el Nov. Theod.*
(21) Si vero — accrescere, *omitelas el Nov. Theod.*
(22) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., las ed. Nbg. Hal., y la ley 26. C. III. 36.*: defuncti, *insertan las ed. Schf. Russ. y las demas.*

Digitized by Google

lium; in quo et aliis legari, et fideicommitti, et libertas relinqui potest.

AUTHENT. *de testamentis imperfectis.* § *Et si quidem.* (*Nov. 107. c. 2.*)—Hoc inter liberos testamentum ita infirmatur, si parens septem testibus adhibitis declaret, se nolle tale testamentum valere, et aliam disponat voluntatem vel in testamento perfecto, vel in non scripta perfecta voluntate.

§ 4.—Per nuncupationem quoque, hoc est sine scriptura, testamenta non alias valere sancimus, nisi (1) septem testes, ut supra dictum est, simul uno eodemque tempore collecti, testatoris voluntatem, ut (2) testamentum sine scriptura facientis, audierint.

§ 5.—Si quis autem, testamento iure perfecto, postea ad aliud venerit testamentum, non alias, quod ante factum est, infirmari decernimus, quam si (3) id, quod secundo (4) facere testator instituit, iure fuerit consummatum, nisi forte, in priore testamento scriptis his, qui ab intestato ad testatoris hereditatem vel successionem venire non poterant, in secunda voluntate testator eos scribere instituit, qui ab intestato ad eius hereditatem vocantur. Eo enim casu, licet imperfecta videatur scriptura posterior, infirmato priore testamento, secundam eius voluntatem, non quasi testamentum, sed quasi voluntatem (5) intestati valere sancimus. In qua voluntate quinque testium iuratorum depositiones sufficient (6); quo non facto, valebit primum testamentum, licet in eo scripti videantur extranei.

§ 6.—Illud etiam huic legi prospeximus (7) inserendum, ut etiam graece omnibus liceat testari.

Dat. prid. (8) Id. Septemb. Constantinop. (9) THEODOSIO A. XVII. et FESTO Conss. [439.]

22. *Imp.* ZENO *A.* SEBASTIANO *P. P.* — Dictantibus testamenta vel aliam quamlibet ultimam voluntatem legatum, vel fideicommissum, vel quodcunque aliud quolibet legitimo titulo testatorem posse relinquere, minime dubitandum est. Testibus etiam ad efficiendam voluntatem adhibitis pro suo libitu, quod voluerit, testator relinquere non prohibetur.

Dat. Kal. Mai. Constantinop. BASILIO iuniore V. C. Cons. [480.]

23. *Imp.* IUSTINUS *A.* ARCHELAO *P. P.*—Consulta divalia, quibus considerate prospectum est, ne voluntates ultimae deficientium, in hac regia urbe confectae, apud alium aperiri possint, quam (10) virum clarissimum pro tempore census magistrum, monumentis intervenientibus pro iuris ordine, ne-

de dozavos ó las señales de las cosas especiales; en cuyo testamento se puede legar á otros, hacer fideicomisos, y dejar la libertad.

AUTÉNTICA *de testamentis imperfectis.* § *Et si quidem.* (*Nov. 107. c. 2.*)—Este testamento hecho entre descendientes se invalida de este modo, si el ascendiente declarase en presencia de siete testigos que él no quería que valiese tal testamento, y dispusiera otra voluntad ó en testamento perfecto, ó en testamento perfecto no escrito.

§ 4.—También mandamos, que por medio de la nuncupación, esto es, sin escritura, no sean válidos los testamentos de otro modo, sino si habiendo sido reunidos siete testigos, según arriba se ha dicho, juntamente y á un mismo tiempo, hubieren oido la voluntad del testador, como de quien hacía testamento sin escritura.

§ 5.—Mas si alguien, habiendo hecho uno con arreglo á la ley, quisiere después hacer otro testamento, mandamos que el que antes se hizo no sea invalidado de otro modo, sino si se hubiere acabado con arreglo á derecho el que el testador determinó hacer la segunda vez, á no ser acaso que, instituídos en el primer testamento los que no podían ir abintestato á la herencia ó á la sucesión del testador, haya determinado el testador instituir en el segundo testamento á los que son llamados abintestato á la herencia del mismo. Porque en este caso, aunque parezca imperfecto el testamento posterior, mandamos, que, invalidado el anterior testamento, valga su segunda voluntad, no como testamento, sino como voluntad de un intestado. Para cuya voluntad bastarán las deposiciones de cinco testigos jurados; y no habiéndose hecho esto, valdrá el primer testamento, aunque en él aparezcan instituídos extraños.

§ 6.—También hemos considerado que se debía añadir esto en esta ley, que á todos les sea lícito testar también en griego.

Dada en Constantinopla á 1 de los Idus de Septiembre, bajo el décimo séptimo consulado de TEODOSIO, Augusto, y el de FESTO. [439.]

22. *El Emperador* ZENÓN *á* SEBASTIÁN, *Prefecto del Pretorio.*—De ninguna manera se ha de dudar, que el testador puede dejar un legado ó un fideicomiso, ú otra cosa cualquiera, por cualquier título legítimo, á los que redactan los testamentos ú otra cualquier última voluntad. Tampoco se le prohibe al testador que les deje á los testigos presentados para hacer el testamento lo que á su arbitrio quisiere.

Dada en Constantinopla las Calendas de Mayo, bajo el consulado de BASILIO, el joven, varón esclarecido. [480.]

23. *El Emperador* JUSTINO, *Augusto, á* ARQUELAO, *Prefecto del Pretorio.*—También ahora confirmamos los rescriptos imperiales en que sabiamente se proveyó que las últimas voluntades de los que fallecen, otorgadas en esta real ciudad, no puedan ser abiertas ante nadie sino ante el muy esclareci-

(1) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y el Nov. Theod.;* quam si, *las ed.*
(2) ut, *omitela el ms. Bg.;* et, *el ms. Pl. 2., y la ed. Schf.;* aut, *el Nov. Theod.*
(3) si, *omitenla los mms. Bg. Gt., y el Nov. Theod.*
(4) secundum, *los mms. Pl. 1. 2. Bg.; lo mismo, insertando* testamentum *después de* facere, *las ed. Nbg. Hal.*
(5) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los mms. de Russ., las ed. Nbg. Hal., y el Nov. Theod.;* ultimam, *añaden las ed. Schf. Russ. y las demás; pero ὡς βούλησιν ἐσχάτου, las Bas.*
(6) *Los mms. Pl. 1. Bg. Gt., y el Nov. Theod.;* sufficiant, *la ed. Schf.;* sufficiunt, *el ms. Pl. 2., y las ed. Nbg. Hal. y las demás.*
(7) perspicimus, *el Nov. Theod.*
(8) *El Nov. Theod.;* prid., *omitenla Hal. y los demás.*
(9) *El Nov. Theod.; el lugar falta en Hal. y en los demás.*
(10) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los mms. de Russ., Cont. 62.;* apud, *insertan las ed. Nbg. Schf. Hal. y las demás.*

Digitized by Google

ve in hereditate, cuius summa centum aureorum pretium non excedit, mercedis quidquam aut sumtuum censum administrantes aut censualis apparitio super intimandis iisdem elogiis audeant assequi, firma nunc quoque ducimus (1), ac (2) repetita promulgatione non solum iudices quorumlibet tribunalium (3), verum etiam defensores ecclesiarum, quos turpissimum intimationis genus irrepserat, praemonendos censemus, ne rem attingant, quae nemini prorsus omnium secundum constitutionum praecepta, quam census magistro, competit. Absurdum est namque; si promiscuis actibus rerum turbentur officia, et alii creditum alius subtrahat, ac praecipue clericis, quibus opprobrium est, si peritos se velint disceptationum esse forensium; poena etiam temeratoribus praesentis sanctionis feriendis quinquaginta librarum auri. Nec enim concedendum est, ut suprema vota deficientium eversionis (4) quidquam ex incongrua insinuatione contrahant, dum res ab incongruis usurpatur (5) audacter.

Dat. XIII. Kal. Decemb. Constantinop. Iustino A. II. et Opilione Conss. [524.]

24. *Imp.* Iustinianus *A.* Mennae *P. P.* — Ambiguitates, quae vel imperitia vel desidia testamenta conscribentium oriuntur, resecandas esse censemus, et sive institutio heredum post legatorum dationes (6) scripta sit, vel alia praetermissa sit observatio, nŏn ex mente testatoris, sed vitio tabellionis vel alterius, qui testamentum scribit, nulli licentiam concedimus per eam occasionem testatoris voluntatem subvertere vel minuere.

Dat. Kal. Ianuar. Dn. Iustiniano A. PP. II. Cons. [528.]

25. *Idem A.* Mennae *P. P.*— Praeposteri reprehensionem, quam novella constitutio divi Leonis (7) in dotalibus instrumentis sustulisse noscitur, in aliis quoque omnibus tam contractibus, quam testamentis tollimus, ut, tali exceptione cessante, et stipulatio, et alii (8) contractus, et testatoris voluntas indubitate valeant (9), exactione videlicet post conditionem vel diem competente.

S. Dat. VII. Id. Decembr. Dn. Iustiniano A. PP. II. Cons. [528.]

26. *Idem A.* Mennae *P. P.*—In testamentis sine scriptis faciendis omnem formalem observationem penitus amputamus, ut, postquam septem testes convenerint (10), satis sit, voluntatem testatoris vel

(1) *Los mms. Pl. 1. Bg., todos los mms. de Russ., y las ed. Nbg. Schf. Cont. 62.;* duximus, *los mms. Pl. 2. Gt.;* diximus, *Hal. y los demás.*
(2) hac *los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt.*
(3) protribunalium, *los mms. Pl. 1. 2. Bg., y las ed. Nbg. Schf. Véase la correspondiente nota 2. de la ley 11. C. I. 3.*
(4) repraehensionis, *la ed. Nbg., y Hal. en el texto, pero corrigiéndolo en la nota.*
(5) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Hal. Russ. Cont. 62.;* usurpantur, *las ed. Schf. Cont. 66. y las demás.*

do individuo que á la sazón sea maestre del censo, mediando documentos con arreglo á la ley, y que en las herencias, cuya suma no exceda del importe de cien áureos, no se atrevan á percibir por la insinuacion de estas últimas voluntades cosa alguna por retribución ó por gastos los administradores del censo ó los alguaciles del mismo censo, y creemos que con esta reiterada promulgación se ha de prevenir no solamente á los jueces de cualesquiera tribunales, sino también á los defensores de las iglesias, á quienes había invadido una torpísima especie de intimación, que no se apoderen de cosa, que, según los preceptos de todas las constituciones, no compete absolutamente á nadie más que al maestre del censo. Porque es absurdo que con actos promíscuos se perturben los ministerios de las cosas, y que uno quite lo confiado á otro, y principalmente tratándose de clérigos, para quienes es un aprobio que quieran ser peritos en las discusiones forenses; debiendo ser, por lo demás, castigados con la pena de cincuenta libras de oro los infractores de la presente ley. Porque tampoco se ha de conceder que las últimas voluntades de los que fallecen sufran menoscabo alguno por virtud de insinuación incompetente, por usurparse audazmente la intervención en ella por personas incompetentes.

Dada en Constantinopla á 13 de las Calendas de Diciembre, bajo el segundo consulado de Justino, Augusto, y el de Opilión. [524.]

24. *El Emperador* Justiniano, *Augusto, á* Menna, *Prefecto del Pretorio.* — Consideramos que se deben estirpar las ambigüedades que se originan ó de impericia ó de desidia de los que escriben los testamentos, y ora si la institución de herederos haya sido escrita después de la dación de los legados, ora si se hubiera omitido otra formalidad, no con intención del testador, sino por falta del notario ó de otro, que escribe el testamento, á nadie concedemos facultad para invalidar ó menoscabar por tal motivo la voluntad del testador.

Dada las Calendas de Enero, bajo el segundo consulado del señor Justiniano, Augusto perpétuo. [528.]

25. *El mismo Augusto á* Menna, *Prefecto del Pretorio.*— La impugnación por transposiciones, que es sabido que la suprimió respecto á los instrumentos dotales una nueva constitución del divino León, la suprimimos también así en todos los demás contratos como en los testamentos, de suerte que, dejando de existir tal excepción, valgan sin duda alguna la estipulación, los demás contratos y la voluntad del testador, competiendo, por supuesto, la exacción después de cumplida la condición ó de llegado el día.

Sancionada y dada á 7 de los Idus de Diciembre, bajo el segundo consulado del señor Justiniano, Augusto perpétuo. [528.]

26. *El mismo Augusto á* Menna, *Prefecto del Pretorio.*— Suprimimos por completo toda observancia de formalidades al hacer sin escritura los testamentos, de suerte que, después que se hubie-

(6) *Los mms. Pl. 2. Bg. Gt., y las ed. Schf. Hal. Bk.;* dationem, *el ms. Pl. 1.;* donationes, *las ed. Nbg. Russ. y las demás.*
(7) divi Leonis, *omitenla el ms. Bg., todos los mms. de Russ., y los mas, y de mayor antigüedad, de Cont.*
(8) alius, *las ed. Nbg. Hal.*
(9) valeat, *los mms. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf. Hal.*
(10) conveniunt, *las ed. Nbg. Hal.*

Digitized by Google

testatricis simul omnibus manifestari, significantis, ad quos substantiam suam pervenire vellet (1), vel (2) quibus legata dare (3), vel fideicommissa, vel libertates disponere (4), etiamsi non ante huiusmodi dispositionem praedixerit testator vel testatrix illa formalia verba, ideo eosdem testes convenisse, quod sine scriptis suam voluntatem vel testamentum componere censuit.

S. Dat. IV. Id. Decemb. Constantinop. Dn. Iustiniano A. PP. II. Cons. [528.]

27. *Idem A.* Iuliano *P. P.* — Sancimus, si quis legitimo modo condidit testamentum, et post eius confectionem decennium profluxit (5), si quidem nulla innovatio vel contraria voluntas testatoris apparuit (6), hoc esse firmum. Quod enim non mutatur, quare (7) stare prohibetur (8)? quemadmodum enim, qui testamentum fecit et nihil voluit contrarium, intestatus efficitur? Sin autem in medio tempore contraria (9) voluntas ostenditur, si quidem perfectissima est secundi testamenti confectio, ipso iure prius tollitur testamentum. Sin autem testator tantummodo dixerit, non voluisse prius stare testamentum, vel aliis verbis utendo contrariam aperuit (10) voluntatem, et hoc vel per testes idoneos, non minus tribus, vel inter acta manifestaverit, et decennium fiat (11) emensum, tunc irritum esse (12) testamentum tam ex contraria voluntate, quam ex cursu temporali. Aliter etenim testamenta mortuorum per decennii transcursionem evanescere nullo patimur modo, prioribus constitutionibus (13), quae super huiusmodi testamentis vacuandis (14) latae fuerant, penitus antiquandis.

Dat. XV. Kal. April. Constantinop. Lampadio et Oreste VV. CC. Conss. [530.]

28. *Idem A.* Iuliano *P. P.* — Quum antiquitas testamenta fieri voluit (15) nullo actu intervenient, et huiusmodi verborum compositio non rite interpretata paene in perniciem et testantium et testamentorum procederet (16), sancimus, in tempore, quo testamentum conditur, vel codicillus nascitur, vel ultima quaedam dispositio secundum pristinam observationem celebratur, — nihil enim ex ea penitus immutandum esse censemus — ea quidem, quae minime necessaria sunt, nullo procedere modo, quippe causa subtilissima proposita, ea, quae superflua sunt, minime debent intercedere. Si quid autem necessarium evenerit, et in (17) ipsum corpus laborantis respiciens contigerit, id

(1) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y la ed. Nbg.:* velit, *las ed. Schf. Hal. y las demás.*
(2) ut, *los mms. Pl. 1. 2.*
(3) dare, *omitela el ms. Bg.;* dari, *los mms. Pl. 1. 2. Gt., y las ed. Nbg. Hal.*
(4) disponeret, *el ms. Gt., y Cont. al márgen, lo que parece aceptable. Tambien se deberia omitir* dare.
(5) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt.;* profluxerit, *las ed.*
(6) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt.:* apparuerit, *las ed.*
(7) cur, *las ed. Nbg. Hal.*
(8) prohibeatur, *y despues* efficiatur, *Hal. Bk.*
(9) *Los mms. Pl. 1. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Hal.:* testatoris, *insertan el ms. Pl. 2., las ed. Schf. Russ. y las demás.*
(10) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y la ed. Schf.;* aperuerit, *las ed. Nbg. Hal. y las demás.*

ren reunido los siete testigos, sea bastante que se manifieste á todos juntamente la voluntad del testador ó de la testadora, que indica á quienes quisiera que fueran sus bienes, ó para quienes da legados, ó fideicomisos, ó dispone libertades, aunque antes de semejante disposición no hubiere dicho el testador ó la testadora aquellas formales palabras, á saber, que habia convocado á aquellos mismos testigos, porque habia determinado disponer sin escritura su voluntad ó su testamento.

Sancionada y dada en Constantinopla á 4 de los Idus de Diciembre, bajo el segundo consulado del señor Justiniano, Augusto perpétuo. [528.]

27. *El mismo Augusto á* Julián, *Prefecto del Pretorio.*—Mandamos, que si de manera legítima hizo alguien testamento, y después de su confección transcurrió un decenio, si ciertamente no apareció ninguna innovación ó voluntad contraria del testador, sea válido aquel. Pues ¿porqué se prohibiría que subsista el que no ha sido alterado? Pues ¿de qué manera se haría intestado el que hizo testamento y no quiso nada contrario al mismo? Mas si durante el tiempo intermedio se muestra una voluntad contraria, y verdaderamente es perfectísima la confección del segundo testamento, se invalida de derecho el testamento anterior. Pero si el testador hubiere dicho solamente que no queria que subsistiese el anterior testamento, ó empleando otras palabras expuso una voluntad contraria, y esto lo hubiere manifestado ó por medio de testigos idóneos, no menos de tres, ó en actuaciones, y hubiera transcurrido un decenio, en este caso sea írrito el testamento tanto por virtud de una voluntad contraria, como por el transcurso del tiempo. Porque no consentimos de ningún modo que de otra suerte se invaliden los testamentos de los difuntos por el transcurso de un decenio, debiendo quedar derogadas por completo las constituciones anteriores, que se habían promulgado sobre la invalidación de tales testamentos.

Dada en Constantinopla á 15 de las Calendas de Abril, bajo el consulado de Lampadio y de Oreste, varones esclarecidos. [530.]

28. *El mismo Augusto á* Julián, *Prefecto del Pretorio.*—Como la antigüedad quiso que los testamentos se hicieran sin mediar ningún acto, y el sentido de tales palabras no bien interpretado redundaba casi en perjuicio tanto de los testadores como de los testamentos, mandamos, que durante el tiempo en que se hace un testamento, ó se forma un codicilo, ó se celebra alguna última disposición según la antigua formalidad, — porque estimamos que absolutamente nada se ha de alterar en ella —, no se hagan de ningún modo aquellas cosas que ciertamente no son necesarias, porque por causa futilísima que se ocurra no debe de ninguna manera mediar lo que sea supérfluo. Mas si

(11) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los mms. de Russ., y Cont. 62.:* fuerit, *las demás ed.*
(12) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Hal.;* est, *las ed. Schf. Russ. y las demas.*
(13) *Ley 6. Th. C. IV. 4.*
(14) *Los mms. Pl. 1. Bg. Gt., todos los mms. de Russ., y las ed. Nbg. Hal. Cont. 62.;* evacuandis, *el ms. Pl. 2., las ed. Schf. Russ. y las demas.*
(15) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf.:* voluerit, *Hal y los demas.*
(16) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., todos los mms. de Cont., y las ed. Nbg. Schf.:* processerit, *Hal. y los demas.*
(17) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los mms. de Russ., y las ed. Nbg. Schf. Hal. Cont. 62.;* in, *omitenla Russ. Cont. 66. y los demas.*

Digitized by Google

est vel victus necessarii vel potionis oblatio, vel medicaminis datio vel impositio, quibus relictis ipsa sanitas testatoris periclitetur, vel si quis necessarius naturae usus ad depositionem superflui ponderis immineat vel testatori vel testibus, non esse ex hac causa testamentum subvertendum, licet morbus comitialis, quod et factum esse comperimus, uni ex testibus contigerit, sed eo, quod urget et imminet, repleto vel deposito, iterum solita (1) per testamenti factionem adimpleri. Et si quidem a testatore aliquid fiat testibus paulisper separatis, quum coram his facere aliquid naturale testator erubescat, iterum introductis testibus, consequentia (2) factionis testamenti procedere. Si tamen in quendam vel quosdam testium aliquid tale contingat, si quidem ex brevi temporis intervallo necessitas potest transire, iterum eorundem testium reversum exspectari, et solemnia peragi (3). Sin autem longiore spatio refectio fortuiti casus indigeat, et maxime si salus testatoris periclitantis immineat, tunc illo vel illis testibus, circa quos aliquid tale eveniet, separatis, alios surrogari, et ab eo vel ab eis tam testatorem, quam alios testes sciscitari, si ea, quae eorum praesentiam antecedunt, omnia coram his processissent. Et si hoc fuerit undique manifestum, (4) tunc eos vel eum una cum aliis testibus ea, quae oportet facere, etsi in medio subscriptiones testium iam fuerant subsecutae. Sic enim et naturae medemur, et mortuorum elogia in suo statu facimus permanere.

§ 1.—Quum autem constitutione (5), quae de testamentis ordinandis processit, cavetur, quatenus septem testium praesentia in testamentis requiratur, et subscriptio a testatore fiat vel ab alio (6) pro eo, et constitutio sic edixit: «octavo subscriptore adhibito», et quidam testamentum suum omne manu propria conscripsit, et post eius literas testes adhibiti suas subscriptiones supposuerunt, aliaque omnia solemniter in testamento peracta sunt, et testamentum ex hoc, de quo dubitabatur, irritum (7) factum est (8), eandem constitutionem corrigentes sancimus, si quis sua manu totum testamentum vel codicillum (9) conscripserit, et hoc specialiter in scriptura reposuerit, quod haec sua manu confecit, sufficiat ei totius testamenti scriptura, et non alia subscriptio requiratur neque ab eo, neque pro eo ab alio, sed sequantur huiusmodi scripturam et literae testium et omnis, quae exspectatur, observatio, et sit (10) testamentum validum, et codicillus, si quinque testium literae testatoris scripturae coadunentur, in sua firmitate

ocurriere algo necesario, y aconteciere que afecta al mismo cuerpo del paciente, esto es, ó el servicio del alimento necesario ó de una poción, ó la dación ó la aplicación de un medicamento, y prescindiendo de ello peligrase la salud misma del testador, ó si algún uso necesario de la naturaleza apremiase ó al testador ó á los testigos para la deposición de una carga supérflua, no se haya de invalidar por esta causa el testamento, aunque le sobreviniere á uno de los testigos un ataque de epilepsia, cosa que sabemos que también ha sucedido, sino que, ejecutado ó dejado lo que urge y apremia, se cumplan de nuevo las formalidades acostumbradas para la otorgación del testamento. Y si verdaderamente se hiciera por el testador alguna cosa hallándose un poco de tiempo separados los testigos, porque el testador se avergüence de hacer ante ellos alguna cosa natural, introducidos de nuevo los testigos, prosiga lo consiguiente á la otorgación del testamento. Mas si algo semejante aconteciese á alguno ó á algunos de los testigos, si ciertamente la necesidad puede pasar en breve intervalo de tiempo, espérese de nuevo el regreso de los mismos testigos, y llévense á cabo las solemnidades. Pero si la reparación de un accidente fortuito necesitara más largo espacio, y principalmente si amenazara la salud del testador que está en peligro, en este caso, separado aquel ó aquellos testigos á quienes les aconteciere alguna cosa semejante, subróguenseles otros, y pregúntese por él ó por ellos así al testador como á los demás testigos, si todas las cosas que precedieron á su presencia habían pasado ante ellos. Y si por todos se hubiere manifestado esto, hagan entonces, ellos ó él, juntamente con los demás testigos lo que conviene, aunque en el tiempo intermedio se hubieran ya puesto las firmas de los testigos. Porque de este modo atendemos á la naturaleza, y hacemos que permanezcan en su propio estado las últimas voluntades de los difuntos.

§ 1.—Mas como en la constitución, que se promulgó sobre la manera de otorgar los testamentos, se dispone que en los testamentos se requiera la presencia de siete testigos, y que se ponga la firma por el testador, ó por otro en su lugar, y dijo de este modo la constitución: «habiéndose agregado un octavo firmante», y uno escribió de su propio puño todo su testamento, y después de su firma pusieron por bajo los testigos presentados sus propias firmas, y todo lo demás se llevó á cabo con solemnidad en el testamento, y el testamento fué invalidado en virtud de esto, de que se dudaba, mandamos, corrigiendo la misma constitución, que si alguno hubiere escrito de su propio puño todo un testamento ó codicilo, y esto lo hubiere hecho constar especialmente en la escritura, porque lo hizo de su propio puño, bástele la escritura de todo el testamento, y no se requiera ni de él, ni de otro por él, firma alguna, sino que sigan á esta escritura las firmas de los testigos y todas las demás formalidades, que son consiguientes, y sea válido

(1) solitam, *los mms. Pl. 1. Gt.*
(2) consequentiam, *los mms. Pl. 1. Bg. Gt., todos los mms. de Russ. y de Cont., y la ed. Schf.*
(3) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los mms. de Russ., y las ed. Schf. Cont. 62.;* sancimus, *insertan las ed. Nbg. Hal. y las demas.*
(4) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Hal. Russ. Cont. 62. Bk.;* iubemus, *insertan las ed. Schf. Cont. 66. y las demás.*
(5) *Ley 21. de este título.*
(6) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los mms. de Russ., y las ed. Nbg. Cont. 62.;* aliquo, *las ed. Nbg. Hal. y las demás.*
(7) *Los mms. Pl. 1. Gt., y las ed. Nbg. Schf. Cont. 62.;* ex hoc. de quo dubitatur, irritum, *los mms. Bg. Pl. 2.;* ex hoc dubitabatur, an irritum, *Hal. y los demas; pero contra todos los mms. de Russ., que dicen* de quo *y omiten* an.
(8) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los mms. de Russ., y las ed. Nbg. Schf. Cont. 62.;* esset, *Hal. y los demás.*
(9) codicillos, *el ms. Bg.*
(10) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf.:* sic. *Russ. y después los demás; una y otra palabra,* sit *y* sic, *faltan en Hal.*

Digitized by Google

remaneat (1), et nemo callidus machinator huiusmodi iniquitatis in posterum inveniatur.

Dat. VI. Kal. April. Constantinop. LAMPADIO et ORESTE VV. CC. Conss. [530.]

el testamento, y el codicilo, si á la escritura del testador se le agregaran las firmas de cinco testigos, subsista en su vigor, y no se halle en lo sucesivo ningún astuto maquinador de semejante iniquidad.

Dada en Constantinopla á 6 de las Calendas de Abril, bajo el consulado de LAMPADIO y de ORESTE, varones esclarecidos. [530.]

29. *Idem A.* IULIANO (2) *P. P.*—Iubemus, omnimodo (3) testatorem, si vires habeat ad scribendum (4), nomen heredis vel heredum in sua subscriptione vel in quacunque parte testamenti ponere, ut sit manifestum, secundum illius voluntatem hereditatem esse transmissam. Sin autem forsitan ex morbi acerbitate vel literarum imperitia hoc facere minime potuerit, testibus testamenti praesentibus nomen vel nomina heredis vel heredum ab eo nuncupari, ut omnimodo sciant testes, si non ipse subscribere potest (5) qui (6) sint scripti heredes, et ita certo heredis nomine successio procedat. Si enim talis est testator, qui neque scribere neque articulate loqui potest, mortuo similis est, et falsitas in elogiis committitur, quam, ut exul fiat a republica nostra, maxime in testamentorum confectione, cupientes, hanc edictalem legem in orbem (7) terrarum ponimus. Quod si non fuerit observatum, et nomen heredis vel heredum non fuerit manu testatoris scriptum vel voce coram testibus nuncupatum, hoc testamentum stare minime patimur, vel in totum, si tota heredum nomina fuerint praetermissa, vel in eius heredis institutionem, cuius nomen neque lingua neque manus testatoris significavit. Sed ne aliqua forsitan oblivio testium animis incumbat (8), pluribus interdum nominibus heredum expressis, ipsi testes in suis subscriptionibus, quum testator haec non scripserit (9), sed nuncupaverit, eorum nomina subscribere non differant ad aeternam rei memoriam. Sin vero ipse testator in qualicunque parte testamenti nomina heredum (sicut dictum est) scripserit, supervacuum est, (10) testes in sua subscriptione haec exprimere, quum forsitan nescire eos (11) testator suos heredes voluit (12), et semel causa ex ipsius testatoris scriptura appareat. Oportet enim omnimodo vel ex literis testatoris, vel ex voce quidem testatoris, literis autem testium, qui ad elogium conficiendum fuerint convocati, nomina manifestari heredum. Quemadmodum enim in elogio, quod sine scriptura conficitur, necesse est, testatorem voce exprimere nomen vel nomina heredum, ita oportet (13) et in testamentis per scripturam conficiendis, quum ipse testator manu sua scribere heredes vel noluerit vel minime potuerit, voce tamen eius eos manifestari. Quae in posterum tantummodo observari censemus, ut, quae testamenta post hanc novellam nostri numinis (14) legem conficiuntur (15), haec cum tali observatione procedant,—quid enim antiquitas peccavit, quae praesentis legis inscia pristinam secuta est observationem?—scituris et tabellionibus et his, qui

3. *Imp.* IUSTINIANUS *A.* IULIANO *P. P.* — Edicto divi Hadriani, quod sub occasione vicesimae (4) hereditatum (5) introductum est, cum multis ambagibus et difficultatibus et indiscretis narrationibus penitus quiscente, quia et (6) vicesima hereditatis ex nostra recessit republica, antiquatis nihilominus et aliis omnibus, quae circa replètionem vel interpretationem eiusdem edicti promulgata sunt, sancimus, ut, si quis ex asse vel ex parte institutus competenti iudici testamentum ostenderit non cancellatum, neque abolitum, neque ex quacunque suae formae parte vitiatum, sed quod (7) prima figura sine omni vituperatione appareat, et depositionibus testium legitimi numeri vallatum sit, mittatur quidem in possessionem earum rerum, quae testatoris mortis tempore fuerunt, non autem legitimo modo ab alio detinentur, et eam cum (8) testificatione publicarum personarum accipiat. Sin autem aliquis contradictor exstiterit, tunc in iudicio competente causae in possessionem missionis et subsecutae contradictionis ventilentur, et ei possessio acquiratur, qui potiora ex legitimis modis iura ostenderit, sive qui missus est, sive qui antea detinens contradicendum putavit; nullis angustiis temporum huiusmodi missione coarctanda, sed sive tardius, sive praemature aliquis missus est, legis tantummodo arbitrium requiratur et causa (9), unde vel missio vel contradictio exoritur. Sive enim post annale tempus, sive post maioris aevi curricula aliquis fuerit missus, si tamen (10) ex legitime formato testamento missio procedat, nullum ei temporis obstaculum obiiciatur, nisi tantum temporis effluxerit, quod possit vel possessori plenissime securitatem et (11) super dominio praestare, vel ipsi, qui missus est, omnem intentionem excludere. Si enim vel ex una parte vel ex utroque latere temporis prolixitas occurrerit, manifestissimum est, non solum missionem, sed etiam ipsam principalem causam esse sopitam.

Dat. XII. Kal. April. Constantinop. post consulatum LAMPADII et ORESTIS VV. CC. [531.]

tituído se promueva controversia, debe ser puesto en posesión el que fué instituído en primer lugar.

Publicada á 12 de las Calendas de Diciembre, bajo el consulado de DEXTRO y de PRISCO. [196.]

2. *El Emperador* ALEJANDRO, *Augusto, á* EUTACTO.—Aunque alguno alegue que él es hijo preterido del difunto, ó que el testamento es falso ó inoficioso, ó que tiene otro defecto, ó se diga que el difunto era esclavo, suele, sin embargo, ser puesto en posesión el heredero instituído.

Publicada á 6 de las Calendas de Noviembre, bajo el segundo consulado de MÁXIMO y el de ELIANO. [223.]

3. *El Emperador* JUSTINIANO, *Augusto, á* JULIÁN, *Prefecto del Pretorio.*—Estando absolutamente sin aplicación, con sus muchas ambigüedades, dificultades é indiscretas exposiciones, el Edicto del divino Adriano, que fué introducido con ocasión de la vigésima de las herencias, porque también la vigésima de la herencia ha desaparecido de nuestra república, abolidas, sin embargo, también todas las demás disposiciones que para complemento ó interpretación del mismo Edicto se promulgaron, mandamos, que, si instituído uno en la totalidad ó en parte, hubiere mostrado al juez competente un testamento no cancelado, ni abolido, ni con vicio en cualquier parte de su estructura, sino que aparezca sin ninguna tacha en su primera forma, y haya sido convalidado con las declaraciones del legítimo número de testigos, sea puesto en posesión de aquellos bienes que fueron del testador al tiempo de su muerte, pero que de legítima manera no están retenidos por otros, y recíbala con testificación de personas públicas. Más si hubiere algún contradictor, en este caso ventílense en el juicio correspondiente las cuestiones de la inmisión en posesión y de la subsiguiente oposición, y adquiérase la posesión para el que por los medios legítimos hubiere ostentado mejores derechos, ya sea el que fué puesto en posesión, ya el que detentando antes los bienes creyó que debía oponerse á ella; sin que por ningunas perentoriedades de términos haya de limitarse tal inmisión, sino que si alguno fué puesto en posesión ó tardía ó prematuramente, solamente se investigue la disposición de la ley y la causa de donde dimana ó la inmisión ó la oposición. Porque ora si alguno hubiere sido puesto en posesión después del término de un año, ora si después del transcurso de mayor tiempo, si, esto no obstante, la inmisión en posesión procediera de testamento legítimamente formado, no se le oponga ningún obstáculo de tiempo, á no ser que hubiere transcurrido tanto tiempo que pudiera ó dar al poseedor plenísima seguridad aun sobre el dominio, ó excluir toda demanda para el mismo que fué puesto en posesión. Pues si de una parte ó de ambas hubiere transcurrido todo el tiempo, es evidentísimo que quedó resuelta no solamente la de la inmisión en posesión, sino también la misma causa principal.

Dada en Constantinopla á 12 de las Calendas de Abril, después del consulado de LAMPADIO y de ORESTE, varones esclarecidos. [531.]

(1) XIII., *el ms. Pist.*
(2) II., *inserta Bk.*
(3) Etacto, *el ms. Cas.*; Et ut acto, *el ms. Bg.*; Ettractos. *el ms. Pl. 1.*; Eustatio, *S. Perus.*; Eutatico, *la ed. Nbg.*; Eutaracto, Etacho, *otros.*
(4) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los mms. de Russ., y las ed. Nbg. Hal Cont. 62. Bk.*; partis, *insertan las ed. Schf. Russ. y las demas.*
(5) *El ms. Pl. 1., los mms. Bg. Gt. antes de la correccion. Hal. Bk., y Cujacio Obss. XVIII. 9.*; hereditatis, *el ms. Pl. 2., y las demas ed.*
(6) et, *omitenla el ms. Pl. 1., y Hal.*
(7) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., y las ed. Nbg. Schf. Hal.*; in, *insertan Russ. y los demas.*
(8) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., y la ed. Schf.*; cum, *omitenla las ed. Nbg. Hal. y las demas.*
(9) causae, *los mms. Pl. 1. 2.*
(10) si tantum, *el ms. Pl. 1.*; et tantum, *el ms. Gt.*
(11) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg.*; etiam, *la ed. Nbg.*; *tanto* et, *como* etiam, *omitenlas las ed. Schf. Hal. y las demas.*

Digitized by Google

TIT. XXXIV

SI QUIS ALIQUEM TESTARI PROHIBUERIT VEL COEGERIT

1. *Imp.* ALEXANDER *A.* SEVERAE. — Civili disceptationi crimen adiungitur, si testator non sua sponte testamentum fecit, sed compulsus ab eo, qui heres est institutus, vel (1) quoslibet alios (2), quos noluerit (3), scripserit (4) heredes (5).

S. (6) XV. Kal. Ian. ALEXANDRO A. III. et DIONE Conss. (7) [229.]

2. *Impp.* DIOCLETIANUS *et* MAXIMIANUS *AA.* (8) NICAGORAE. — Eos, qui, ne testamentum ordinaretur (9), impedimento fuisse monstrantur, velut indignas personas a successionis compendio removeri, celeberrimi iuris est.

PP. Kal. Ianuar. DIOCLETIANO II. et ARISTOBULO Conss. [285.]

3. *Iidem AA. et CC.* EUTHYCHIDI.—Iudicium uxoris postremum in se provocare maritali sermone non est criminosum.

Dat. V. Kal. Ianuar. Caess. Conss. [294—305.]

Epitome graec. const. Zenonis ex Synopsi

4.—Si quis prohibuerit aliquem testari, vel eum, quum testari coepisset, testamentum perficere prohibuerit, tenetur quidem et laeso ex causa prohibitionis, et si quid aliud superfuturum est, hoc publicatur, et ipse relegatur.

Dat. III. Kal. Iun. Constantinop. ZENONE A. Cons. (10) [475—479.]

TIT. XXXV

DE HIS, QUIBUS UT INDIGNIS HEREDITATES (11) AUFERUNTUR, ET AD SENATUSCONSULTUM SILANIANUM

1. *Impp.* SEVERUS *et* ANTONINUS *AA.* CELERI.—Heredes, quos necem testatoris inultam omisisse constiterit, fructus integros cogantur reddere. Neque enim bonae fidei possessores ante controversiam illatam videntur fuisse, qui debitum officium pietatis scientes omiserint (12). Ex hereditate autem rerum distractarum vel a debitoribus acceptae pecuniae post motam litem bonorum usuras inferant. Quod in fructibus quoque locum habere, quos in praediis hereditariis inventos aut exinde perceptos (13) vendiderint, procul dubio est. Usuras autem semisses dependere satis est.

(1) vel, *omitela la ed. Schf.*
(2) *Los mms. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf.;* quolibet alio, *el ms. Pl. 2.;* a quolibet alio, *el ms. Pl. 1., Hal. y los demas.*
(3) voluerit, *var. l. gl.*
(4) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y la ed. Schf.;* scripsit, *las ed. Nbg. Hal. y las demás.*
(5) heredes, *omitenlas los mms. Pl. 2. Bg. Gt., y la ed. Schf.*
(6) 8., *omitela el ms. Pist.*
(7) *El ms. Pist.;* Alex. A. et Conss., *Hal. y los demás.*

TÍTULO XXXIV

DE SI ALGUNO HUBIERE IMPEDIDO QUE OTRO TESTE, Ó Á ELLO LE HUBIERE OBLIGADO

1. *El Emperador* ALEJANDRO, *Augusto, á* SEVERA. —Se añade una acción criminal á la controversia civil, si el testador no hizo testamento por su propia voluntad, sino compelido por el que fué instituido heredero, ó si hubiere instituído herederos á otros cualesquiera, que él no hubiere querido.

Sancionada á 15 de las Calendas de Enero, bajo el tercer consulado de ALEJANDRO, Augusto, y el de DIÓN. [229.]

2. *Los Emperadores* DIOCLECIANO *y* MAXIMIANO, *Augustos, á* NICAGORA.—Es de muy solemne derecho, que sean excluídos del beneficio de la sucesión, como personas indignas, los que se prueba que sirvieron de impedimento para que no se hiciera testamento.

Publicada las Calendas de Enero, bajo el segundo consulado de DIOCLECIANO y el de ARISTÓBULO. [285.]

3. *Los mismos Augustos y Césares á* EUTIQUIDES. —No es criminoso que uno provoque á su favor con observaciones de marido la última voluntad de su mujer.

Dada á 5 de las Calendas de Enero, bajo el consulado de los Césares. [294—305.]

Epitome de la Constitución griega de Zenón, tomado de la Sinopsis

4.—Si alguno hubiere impedido que otro teste, ó prohibido que el que hubiese comenzado á testar acabe el testamento, queda ciertamente obligado al lesionado por causa de la prohibición, y si ha de quedar alguna otra cosa, es esta confiscada, y él es relegado.

Dada en Constantinopla á 3 de las Calendas de Junio, bajo el consulado de ZENÓN, Augusto. [475—479.]

TÍTULO XXXV

DE AQUELLOS Á QUIENES COMO Á INDIGNOS SE LES QUITAN LAS HERENCIAS, Y DEL SENADOCONSULTO SILANIANO

1. *Los Emperadores* SEVERO *y* ANTONINO, *Augustos, á* CELER.—Los herederos que constare que dejaron sin vengar la muerte del testador, sean obligados á restituir íntegros los frutos. Porque no se considera que fueron poseedores de buena fe antes de promovida la controversia los que á sabiendas hubieren omitido el debido oficio de la piedad. Y paguen los intereses de los bienes de la herencia vendidos, ó del dinero cobrado de los deudores, después de promovido el litigio. Lo que está lejos de duda que también tiene lugar respecto á los frutos que hubieren vendido, hallados en los predios de la herencia, ó de ellos percibidos. Mas es bastante que paguen el interés de medio por ciento mensual.

(8) *Los mms. Pist. Cas. Vat. Pl. 1. Bg., Hal. Russ. Cont. 62. Bk., S. Perus.;* et CC., *añaden Cont. 66. y los demás.*
(9) ordinetur, *los mms. Pl. 1. 2. Gt., y las ed. Nbg. Schf.*
(10) *Esta indicación de la fecha, que dice* d. III. k. iun. cp. Zenonae. a., *está añadida en el ms. Pist. á la ley 3. de este título, la cual tiene dos fechas.*
(11) hereditates, *omitenla los mms. Pl. 1. Gt., S. Perus.*
(12) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y la ed. Schf.;* omiserunt. *las ed. Nbg. Hal. y las demas.*
(13) petitos, *Russ. al márgen.*

Digitized by Google

Dat. XV. Kal. April. CHILONE (1) et LIBONE Conss. [204.]

Dada á 15 de las Calendas de Abril, bajo el consulado de QUILÓN y de LIBÓN. [204.]

2. *Iidem AA.* VERO (2). — Polla quidem liberam habuit administrandi patrimonii sui potestatem (3), nec idcirco, quod pupillus illi heres exstitit, ea, quae ab ipsa finita sunt, revocari in disceptationem oportet. Sed si pupilli nomine falsum dicere vis testamentum, de quo per Pollam transactum est, potes experiri, dum memineris, si in causa non obtinueris, et portionem, quam ex eo testamento pupillus habet, te ei salvam facturum, quam adimi pupillo necesse erit secundum iuris formam, et de calumnia tua (4) praesidem deliberaturum, quamvis pupilli nomine agere videaris, quum retractas ea, quae finita sunt per coheredem.

2. *Los mismos Augustos á* VERO.—Ciertamente Pola tuvo libre facultad para administrar su patrimonio, y por lo tanto, no porque un pupilo quedó heredero de ella debe volverse á poner en tela de juicio lo que por ella misma fué terminado. Pero si á nombre del pupilo quieres acusar de falso el testamento sobre que se transigió por Pola, puedes ejercitar la acción, con tal que tengas presente, que, si no vencieres en el juicio, habrás de salvarle la porción que en virtud del testamento tiene el pupilo, y que á tenor del derecho será necesario que se le quite al pupilo, y que el presidente deliberará sobre tu calumnia, aunque se considere que obras en nombre del pupilo, porque vuelves á discutir lo que fué terminado por la coheredera.

PP. VII. Kal. Mai. ANTONINO A. III. et GETA III. (5) Conss. [208.]

Publicada á 7 de las Calendas de Mayo, bajo el tercer consulado de ANTONINO, Augusto, y de GETA. [208.]

3. *Imp.* ALEXANDER *A.* ANTIOCHIANO. — Si ea quaestio infertur filiis eius, quam consobrinam tuam dicis, quod tabulae testamenti patris eorum, qui a familia interfectus dicebatur, priusquam quaestio de servis haberetur, apertae et recitatae sunt, propter amplissimi ordinis consultum hereditas a fisco vindicatur, et ideo agi causa apud procuratorem meum debet, quia non eo tempore pupilli fuerunt.

3. *El Emperador* ALEJANDRO, *Augusto, á* ANTIOQUIANO.—Si á los hijos de la que dices que es tu prima se les promueve cuestión, porque las tablas del testamento de su padre, que se decía que fué muerto por los esclavos, fueron abiertas y leídas antes que se les hubiere dado tormento á los esclavos, la herencia es reivindicada para el fisco en virtud del senadoconsulto, y por lo tanto la causa debe ser substanciada ante mi procurador, porque en aquel tiempo ellos no eran pupilos.

PP. II. Non. April. ALEXANDRO A. Cons. [222.]

Publicada á 2 de las Nonas de Abril, bajo el consulado de ALEJANDRO, Augusto. [222.]

4. *Idem A.* PHILOMUSO (6). — Hereditas in testamento data per epistolam vel codicillos adimi (7) non potuit. Quia tamen testatrix voluntatem suam non mereri unum ex heredibus (8) declaraverat (9), merito eius portio, non iure ad alium translata, fisco vindicata est. Libertates autem in eadem epistola datae peti poterunt.

4. *El mismo Augusto á* FILOMUSO.—La herencia dada en testamento no pudo ser quitada por carta ó codicilos. Mas como la testadora había declarado que uno de los herederos no merecía su voluntad, con razón fué reivindicada para el fisco la parte de aquel, no transferida á otro con arreglo á derecho. Pero se podrán pedir las libertades dadas en la misma carta.

PP. II. Kal. Decemb. (10) MAXIMO II. et AELIANO Conss. [223.]

Publicada á 2 de las Calendas de Diciembre, bajo el segundo consulado de MÁXIMO y el de ELIANO. [223.]

5. *Idem A.* TYRANNO. — Non oportet ut indignis heredibus successiones auferri praetextu, quod in sepultura supremis (11) defunctorum obtemperatum non fuisset.

5. *El mismo Augusto á* TIRANNO.—No es conveniente que como á indignos se les quiten á los herederos las sucesiones, so pretexto de no haberse atemperado en cuanto al entierro á la última voluntad de los difuntos.

PP. VII. Id. Mart. IULIANO II. et CRISPINO Conss. [224.]

Publicada á 7 de los Idus de Marzo, bajo el segundo consulado de JULIÁN y el de CRISPÍN. [224.]

6. *Idem A.* VENUSTO *et* CLEMENTINO.—Minoribus viginti quinque annis heredibus non obesse crimen inultae mortis placuit. Quum autem vos etiam accusationem pertulisse, et quosdam ex reis punitos proponatis, licet is, qui mandasse caedem dicitur, provocaverit, vereri non debetis, ne quam hereditatis paternae a fisco meo quaestionem patiamini.

6. *El mismo Augusto á* VENUSTO *y á* CLEMENTINO. —Se determinó que á los herederos menores de veinticinco años no les perjudica la acusación de no haber vengado la muerte. Mas como exponéis que también vosotros sostuvistéis la acusación, y que fueron castigados algunos de los reos, aunque haya apelado el que se dice que dispuso la muerte,

(1) Cilonae, *el ms. Pist.;* II., *inserta Bk.*
(2) Verosolae, *el ms. Pl. I.;* Viro Pollae, *la ed. Nbg.*
(3) facultatem, *el ms. Pl. I.*
(4) tua, *omitenla el ms. Bq., y las ed. Nbg. Hal.*
(5) et Geta C. II., *Bk., concordando con los fastos.*
(6) Filomaso, Philomoso, Filiomoso, *los mms.:* Filomono, *S. Perus.*
(7) *Los mms. Pl. I. 2. Bq. Gt., los mms. de Russ. y de Cont., y la ed. Schf.:* verbis directis, *insertan las ed. Nbg. Hal Russ y las demás, pero encerrándolas entre paréntesis, y rechazándolas al margen, Russ. Cont. Char. Pac., como procedentes, sin duda, de la glosa de Acc.*
(8) *Los mms. Pl. I. 2. Bq., y la ed. Schf.:* suis, *insertan las ed. Nbg. Hal. y las demás.*
(9) *Los mms. Pl. I. 2., y las ed. Nbg. Schf. Hal.:* declaraverit, *el ms. Bq.:* declaravit, *Russ. y los demás.*
(10) Decemb., *omitela Sp.*
(11) *Los mms. Pl. I. 2. Bq. Gt., todos los mms. de Russ., el libro de Aured. en Char., y Hal.:* supremis iudiciis, *la ed. Schf.:* supr. voluntatibus, *el ms. Bq.:* supremis iudiciis vel voluntatibus, *las ed. Nbg. Russ. y las demás, pero Russ. Cont. Char Pac. las ponen entre perentesis, como extrañas al texto.*

Digitized by Google

Convenit enim pietati vestrae respondere (1) causam appellationis reddenti. Quodsi maioris aetatis fuissetis, etiam ex necessitate provocationis certamen implere deberetis, ut possetis adire hereditatem.

PP. XV. (2) Kal. Iul. ALEXANDRO A. III. et DIONE (3) Conss. [229.]

7. *Idem A.* VITALIAE (4). — Si ideo ultio necis testatoris non est desiderata, quia caedis auctores reperiri non potuerunt (5), obesse heredibus, in quo (6) nulla eorum culpa detegitur, non oportet.

PP. Id. Mart. LUPO et MAXIMO Conss. (7) [232.]

8. *Imp.* GORDIANUS (8) *A.* TATIAE (9).—Alia causa est eius, qui falsi instituta accusatione ad finem usque, quod insimulabat, perduxit et contrariam sententiam meruit, alia eius, qui inchoatam accusationem non pertulit, quum in illius quidem partem succedat fiscus, hic autem, qui contrariam iudicis sententiam non sustinuit, suae partis non perdat persecutionem.

PP. XV. Kal. Februar. GORDIANO A. et AVIOLA Conss. [239.]

9. *Impp.* DIOCLETIANUS *et* MAXIMIANUS *AA.* (10) AELIANAE (11). — Quum fratrem tuum veneno peremtum esse asseveras (12), ut effectus successionis eius tibi non auferatur, mortem eius ulcisci te necesse est. Licet enim hereditatem eorum, qui clandestinis insidiis perimuntur, hi, qui iure vocantur, adire non vetantur, tamen, si interitum non fuerint ulti, successionem obtinere non possunt.

PP..... TIBERIANO et DIONE Conss. (13) [291.]

10. *Iidem AA. et CC.* SILVANAE (14). — Sororem, fratris necem iure licito vindicantem, evincere ab uxore scripta recte (15) successionem non convenit. Secundum quae, si fiduciam innocentiae geris, et neque dolo malo tuo maritum necatum, neque alias indignam te successione probari (16) posse confidis, adversus omnem calumniam maximam habes securitatem.

Dat. XII. Kal. Mai. Sirmii, Caess. Conss. [294—305.]

11. *Imp.* IUSTINIANUS *A.* IOANNI *P. P.* — Quum Silanianum (17) senatusconsultum et (18) a nobis tam laudandum quam corroborandum est, nec non divi Marci oratio, quae circa id facta est, invenimus autem nullam in ea mentionem libertatis fa-

(1) et, *insertan el ms. Bg., todos los mms. de Russ., y Hal.*
(2) XII., *el ms. Pist.*
(3) II., *inserta Bk.*
(4) Vitalianae, *el ms. Pist.*
(5) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y la ed. Schf.;* potuerint, *las ed. Nbg. Hal. y los demás.*
(6) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y todos los mms. de Russ.;* in quos, *la ed. Nbg.;* ex quo, *las ed. Schf. Hal. y las demas.*
(7) pp. id. a. max. css., *el ms. Pist.*
(8) Id. A. et Gord., *el ms. Cas.*
(9) Ticiae, *el ms. Pist.*
(10) *Los mms. Pist. Cas. Vat. Pl. 1. Bg., las ed. Nbg. Bk., y S. Perus.:* et CC., *añaden Hal. y los demás.*

no debéis temer que hayáis de soportar por parte de mi fisco cuestión alguna sobre la herencia paterna. Pero conviene á vuestra piedad que contestéis al que expone la causa de la apelación. Mas si hubiéseis sido de mayor edad, también deberiais por necesidad sostener la contienda de la apelación, para que pudiéseis adir la herencia.

Publicada á 15 de las Calendas de Julio, bajo el tercer consulado de ALEJANDRO, Augusto, y el de DIÓN. [229.]

7. *El mismo Augusto á* VITALIA.—Si no se pidió el castigo de la muerte del testador porque no se pudo encontrar á los autores de la muerte, no se debe perjudicar á los herederos por cosa en la que no se descubre culpa alguna de ellos.

Publicada los Idus de Marzo, bajo el consulado de LUPO y de MÁXIMO. [232.]

8. *El Emperador* GORDIANO, *Augusto, á* TICIA.—Una es la situación del que habiendo formalizado acusación de falsedad llevó hasta el fin lo que acriminaba, y mereció sentencia contraria, y otra la del que no prosiguió la acusación incoada, porque en la parte de aquel sucede el fisco, pero éste, que no sufrió sentencia contraria del juez, no pierde el derecho á perseguir su parte.

Publicada á 15 de las Calendas de Febrero, bajo el consulado de GORDIANO, Augusto, y de AVIOLA. [239.]

9. *Los Emperadores* DIOCLECIANO *y* MAXIMIANO, *Augustos, á* ELIANA.—Puesto que aseveras que tu hermano fué muerto con veneno, para que no se te quite el efecto de su sucesión, te es necesario vengar su muerte. Porque aunque no se veda que los que son llamados por la ley adan la herencia de los que son muertos por acechanzas clandestinas, sin embargo, si no hubieren vengado la muerte, no pueden obtener la sucesión.

Publicada..... bajo el consulado de TIBERIANO y de DIÓN. [291.]

10. *Los mismos Augustos y Césares á* SILVANA.—No conviene que la hermana, que con legítimo derecho venga la muerte de su hermano, obtenga de la mujer legítimamente instituida la sucesión por medio de la evicción. Según esto, si abrigas la confianza de la inocencia, y confías que no se puede probar ni que tu marido fué muerto por dolo malo tuyo, ni que por otra causa eres indigna de la sucesión, tienes la mayor seguridad contra toda calumnia.

Dada en Sirmio á 12 de las Calendas de Mayo, bajo el consulado de los Césares. [294—305.]

11. *El Emperador* JUSTINIANO, *Augusto, á* JUAN, *Prefecto del Pretorio.*—Aun cuando también por nosotros ha de ser tanto elogiado como corroborado el senadoconsulto Silaniano, y también la oración del Divino Marco, que sobre aquel fué pro-

(11) Helianae, *el ms. Pist., la ed. Nbg., y S. Perus.*
(12) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf. Hal.* asseveres, *Russ. y los demás.*
(13) *Confirma este consulado el ms. Pist., en el cual también falta el año.*
(14) *Nuestros mms.:* Sylvanae, *Hal. y los demás.*
(15) recte scripta, *Russ. y los demás.*
(16) probare, *el ms. Pl. 2.*
(17) Sillanianum, *los mms. Pl. 1. 2. Gt., y las ed. Nbg. Schf.;* Sylanianum, *Cont. 62.;* Syllanianum, *Russ.*
(18) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf. Hal. Cont. 62.;* et, *omitenla Russ. y los demás.*

Digitized by Google

ctam, et veteres movit quaedam de libertatibus relictis in testamento necati testatoris quaestio, necessarium nobis visum est etiam (1) hanc dirimere. Hi enim, qui libertate fuerant in hoc testamento donati, (2) si eam accepissent, lucrum, quod eis in medio (3) accidit (4), poterant sibi acquirere, interea autem, procrastinatione propter necis vindictam habita, hoc minime ad eos pervenit, et postea in libertatem deducti periclitabantur. Sed (5) ne medium tempus fieret (6) eis damnosum, et maxime si ancillae in medio pepererint, et postea hereditas adita sit, bellissimum nobis videtur, divi Marci prudentissimi principis orationem et in libertatibus producere, ne princeps philosophiae plenus aliquid videatur imperfectum sanxisse; sed ita in hereditatibus, et in (7) legatis, et in fideicommissis, et maxime in libertatibus, quas semper philosophia amplectitur, extendatur eius oratio, ut et lucrum, quod in medio accidit (8), eis (9) post libertatem acceptam restituatur, et partus liber et ingenuus esse intelligatur, nullaque machinatione huiusmodi praepeditio damnum aliquod irrogare concedatur, et (10) libera eorum posteritas, si in medio fuerint ab hac luce subtracti, suorum genitorum commodum consequatur. Merito enim nobis sacratissimi Marci per omnia constitutionem replere placuit; nihil etenim actum esse credimus, dum aliquid addendum superest.

Dat. II. Kal. Mai. Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. [531.]

12. *Idem A.* Ioanni *P. P.*—Talis de antiquo iure dubietas nostrae serenitati suggesta est propter senatusconsultum Silanianum et servos, qui supplicio afficiuntur, sub eodem tecto commorantes, et non suum auxilium domino per insidias occiso praebentes. Veteres enim certum non faciunt, quis (11) intellectus de verbis: «sub eodem tecto» significatur, sive in eodem cubiculo, sive in triclinio, vel porticu, vel in aula haec appellatio accipi debeat, adiicientes, si dominus in via vel in agro fuerit interfectus, eos servos puniri, qui praesto erant et non auxilium ad prohibendum periculum praebuerunt, nulla distinctione super qualitate praesentiae utentes. Nos igitur omnem eis occasionem ad declinanda supplicia super negligentia salutis domini sui amputantes, sancimus, omnes servos, ex quocunque loco, sive in domo, sive in via, sive in agro possint clamorem exaudire vel insidias sentire, et non auxilium tulerint, supplicio senatusconsulti subiacere. Oportet enim eos, ubicunque senserint dominum periclitantem, ad prohibendas insidias concurrere (12).

nunciada, hallamos, sin embargo, que en esta no se hizo mención alguna de las libertades, y como á los antiguos les hizo vacilar cierta cuestión sobre las libertades dejadas en el testamento del testador que fué asesinado, nos ha parecido necesario dirimirla también. Porque aquellos á quienes en este testamento se les había hecho donación de la libertad, si la hubiesen recibido, podían adquirir para sí el lucro que les alcanza en el tiempo intermedio, pero, habiendo habido demora por causa del castigo de la muerte, no iba á ellos de ningún modo en el intervalo este lucro, y se hallaban perjudicados después de puestos en libertad. Mas para que no se les hiciera perjudicial el tiempo intermedio, y principalmente si durante él hubieren parido las esclavas, y la herencia hubiera sido adida después, nos parece muy acertado extender la oración del divino Marco, príncipe prudentísimo, también á las manumisiones, á fin de que no parezca que príncipe imbuído de filosofía sancionó alguna cosa imperfecta; pero que de tal modo se extienda su oración á las herencias, á los legados, á los fideicomisos, y principalmente á las libertades, que siempre ampara la filosofía, que después de recibida la libertad se les restituya también el lucro que se realiza en el tiempo intermedio, y se entienda que es libre é ingénuo el parto, y no se permita que por ninguna maquinación irrogue perjuicio alguno semejante retardo, y, si durante el intervalo hubieren fallecido, consiga la libre descendencia de los mismos las útilidades de sus padres. Porque con razón nos plugo completar del todo la constitución del sacratísimo Marco; pues creemos que no se hizo nada mientras falta algo que añadir.

Dada en Constantinopla á 2 de las Calendas de Mayo, después del consulado de Lampadio y de Oreste, varones esclarecidos. [531.]

12. *El mismo Augusto á* Juan, *Prefecto del Pretorio.*—Esta duda sobre el antiguo derecho fué sugerida á nuestra serenidad con ocasión del senadoconsulto Silaniano y de los esclavos que son condenados al último suplicio, si habitan bajo el mismo techo y no prestan su auxilio al señor que es muerto con acechanzas. Porque los antiguos no ponen en claro qué sentido se signifique con las palabras «bajo el mismo techo», si esta expresión debía entenderse por la misma alcoba, ó por el comedor, ó por el pórtico, ó por el patio, y añadían, que, si el señor hubiere sido muerto en la calle ó en el campo, se castigaba á los esclavos que estaban presentes y no le prestaron auxilio para impedir el daño, no haciendo ninguna distinción sobre las circunstancias de la presencia. Así, pues, quitándoles nosotros toda ocasión para evitar el último suplicio por su negligencia en salvar al señor, mandamos que todos los esclavos que desde cualquier lugar, ya sea en la casa, ya en la calle, ya en el campo, puedan oir los gritos, ó sentir las acechanzas, y no le hubieren prestado auxilio, queden sujetos al último suplicio del senadoconsulto. Porque conviene que ellos, donde quiera que sintieren al señor en peligro, acudan á impedir las acechanzas.

(1) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y la ed. Schf.*; et, *los demás.*
(2) et, *anteponen los mms. Pl. 1. 2. Gt., y las ed. Nbg. Schf. Hal.*
(3) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los mms. de Russ., y Hal. Cont. 62.*; in medium *la ed. Schf.*; in medio tempore, *las ed. Nbg. Russ. Cont. 66. y las demás.*
(4) accedit, *Hal.*
(5) Sed, *omítenla los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los mms. de Russ., la ed. Schf., y Cont. 62., quien pone coma después de* periclitabantur.
(6) fuerit, *los mms. Bg. Gt.*; fiat, *los mms. Pl. 1. 2.*
(7) *Esta preposición* in *y la siguiente se hallan en los mms. Pl. 1. 2. Bg., y en las ed. Nbg. Schf Hal.; una y otra* in, *omítenlas Russ. y los demas.*
(8) accedit, *el ms. Gt., y Hal.*
(9) eis, *omítela Hal.*
(10) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Schf. Hal.*; ut et, *las ed. Nbg. Russ. y los demás.*
(11) quin, *Cont. 71. Char.*; qui, *el ms. Bg., y Coll. Ans. ded.*
(12) occurrere, *el ms. Pl. 2.*

Digitized by Google

Dat. XV. Kal. Novemb. Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. anno secundo (1). [532.]

TIT. XXXVI

DE CODICILLIS

1. *Imp.* Alexander *A.* Mocimo (2) *et aliis.* — Rupto quidem testamento postumi agnatione, codicillos quoque ad testamentum pertinentes non valere, in dubium non venit. Sed quum post ruptum testamentum patrem pupillorum vestrorum literas emisisse proponatis, quibus praecedens iudicium confirmavit, praetor nihil contra ius fecit, si novissimam eius voluntatem secutus, relictum testamento reipublicae fideicommissum, ut ex codicillis relictum, praestandum esse pronuntiavit.

PP. III. Kal. Iul. Maximo (3) et Paterno Conss. [233.]

2. *Imp.* Philippus *A.* et Philippus *C.* Asclepiodotae. — Hereditatem quidem neque dari neque adimi codicillis posse, manifestum est; verbis tamen precariis per huiuscemodi (4) etiam (5) novissimi iudicii ordinationem iura non faciunt irritas voluntates. Unde inefficaciter te codicillis rogatam esse, ut quibusdam rebus contenta portionem, quam testamento fueras consecuta, aliis restitueres, falso tibi persuasum est.

PP. Id. Octobr. Peregrino et Aemiliano Conss. [244.]

3. *Impp.* Diocletianus *et* Maximianus *AA.* Hyacintho *et aliis.*— Quum proponatis, pupillorum vestrorum matrem diversis temporibus ac dissonis voluntatibus duos codicillos ordinasse, in dubium non venit, id, quod priori codicillo inscripserat, per eum, in quem postea secreta voluntatis suae contulerat, si a prioris (6) tenore discrepat, et contrariam voluntatem continet, revocatum esse.

PP. VI. Id. Septemb. ipsis IV. et III. AA. Conss. [290.]

4. *Iidem AA. et CC.* Stratonico. — Non idcirco minus, quod intestato te absente codicillos mater tua fecit, hi, quibus precariis verbis adscripta sunt, relicta capiunt.

Sine die et consule.

5. *Iidem AA. et CC.* Flaviae. — Ne (7) codicillos quidem furentem posse facere, certissimi iuris est. Si igitur scriptura velut codicillorum patris tui fuit prolata, ut (8) aliquid ex hac peti possit, asseverationi tuae, mentis eum compotem fuisse negantis, fidem adesse, probari convenit.

Dat. VI. Kal. Decemb. Divelli (9), Caess. Conss. [294—305.]

(1) *Confirma esta indicación de la fecha Coll. Ans. ded.*
(2) Mocino, Mocinio, *algunos mms.*
(3) III, *insertan Hal. y los demas excepto Bk.;* II., *prefiere Russ. al margen.*
(4) *Los mms. Bg. Gt., y las ed. Schf. Hal.;* huiusmodi, *los demas.*
(5) etiam, *omitenla las ed. Schf. Hal.*

Dada en Constantinopla á 15 de las Calendas de Noviembre, en el segundo año después del consulado de Lampadio y de Oreste, varones esclarecidos. [532.]

TÍTULO XXXVI

DE LOS CODICILOS

1. *El Emperador* Alejandro, *Augusto, á* Mocimo *y á otros.*—No cabe duda, que, roto un testamento por el nacimiento de un póstumo, tampoco son válidos los codicilos pertenecientes al testamento. Pero como exponéis que después de roto el testamento escribió el padre de vuestros pupilos cartas en las que confirmó su anterior testamento, el Pretor no hace nada contra derecho, si, ateniéndose á la última voluntad de aquel, declaró que se debía prestar el fideicomiso dejado á la república en el testamento, como dejado por codicilos.

Publicada á 3 de las Calendas de Julio, bajo el consulado de Máximo y de Paterno. [233.]

2. *El Emperador* Filipo, *Augusto, y* Filipo, *César, á* Asclepiodota.—Es evidente, que en codicilos no se puede dar, ni quitar, la herencia; sin embargo, las leyes no hacen nulas las voluntades expresadas con palabras de súplicas por medio de una disposición semejante aunque sea de última voluntad. Por consiguiente, falsamente se te persuadió de que con ineficacia se te rogó en codicilos, que, contentándote con algunas cosas, restituyeras á otros la porción que habías obtenido por el testamento.

Publicada los Idus de Octubre, bajo el consulado de Peregrino y de Emiliano. [244.]

3. *Los Emperadores* Diocleciano *y* Maximiano, *Augustos, á* Jacinto *y á otros.*—Puesto que exponéis que la madre de vuestros pupilos otorgó dos codicilos en diversos tiempos y con discordes voluntades, no cabe duda que lo que había escrito en el primer codicilo quedó revocado por aquel en el cual había consignado después los secretos de su voluntad, si discrepa del tenor del primero, y contiene una voluntad contraria.

Publicada á 6 de los Idus de Septiembre, bajo el cuarto y el tercer consulado de los mismos Augustos. [290.]

4. *Los mismos Augustos y Césares á* Stratonico. —No porque tu madre hizo intestada codicilos hallándote tú ausente, dejan de adquirir lo que se les dejó aquellos á quienes con palabras de súplica se les asignó.

Sin designación de día ni de consul.

5. *Los mismos Augustos y Césares á* Flavia.—Es de muy cierto derecho, que ni codicilos puede hacer el furioso. Así, pues, si se presentó una escritura como de codicilos de tu padre, para que en virtud de ella se pueda pedir alguna cosa, conviene que se pruebe que tiene crédito tu aseveración, si niegas que él estuviera en su cabal juicio.

Dada en Divelo á 6 de las Calendas de Diciembre, bajo el consulado de los Césares. [294—305.]

(6) prioris, *el ms. Pl. I.*
(7) Nec, *los mms. Pl. I. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf.*
(8) ne, *inserta el ms. Bg.;* re *despues de* hac, *insertan otros, segun dice Russ. al margen.*
(9) *Probablemente el mismo lugar que consigna Hal. en la ley 7 C. VI. 30., porque* Tiralli *se debe leer, sin duda alguna,* Tralli.

Digitized by Google

6. *Iidem AA. et CC.* DEMOSTHENI. — Sive initio quae fuerat codicillis relicturus generaliter, sive novissime relicta servari mandaverat (1), confirmatione munitus nullam iustam gerere solicitudinem potes.

Dat. III. Id. Decemb. Nicomediae, Caess. Conss. [294—305.]

7. *Imp.* CONSTANTINUS (2) *A. ad* MAXIMUM *P. P.* —Si idem codicilli, quod testamenta possent, cur diversum his instrumentis vocabulum mandaretur (3), quae vis ac potestas una sociasset? Igitur specialiter codicillis instituendi ac substituendi (4) potestas iuris auctoritate data non est.

Dat. III.... Iun. PACATIANO et HILARIANO Conss. [332.]

8. *Imp.* THEODOSIUS *A.* ASCLEPIODOTO *P. P.*— Si quis agere ex testamento, quolibet modo, sive scripto (5), sive sine scriptura confecto, de hereditate voluerit, ad fideicommissi persecutionem adspirare cupiens, minime permittatur. Tantum enim abest, ut aditum cuiquam pro suo migrandi desiderio concedamus, ut etiam illud sanciamus: si (6) testator faciens testamentum in eodem, pro codicillis etiam id valere, complexus sit, qui hereditatem petit, ab ipsis intentionis exordiis, utrum velit, eligendi habeat potestatem, sciens, se unius electione alterius sibi aditum praeclusisse, ita ut, sive (7) bonorum possessionem secundum tabulas aut (8) secundum nuncupationem ceterasque similes postulaverit, aut certe mitti se in possessionem ex more petierit, statim inter ipsa huius iuris (9) auspicia propositum suae intentionis explanet.

§ 1.—Illud quoque pari ratione servandum est, ut testator, qui decrevit facere testamentum, si id implere (10) nequiverit, intestatus (11) videatur esse defunctus, nec transducere liceat ad fideicommissi interpretationem velut ex codicillis ultimam voluntatem, nisi (12) id ille complexus sit, ut vim etiam codicillorum scriptura debeat obtinere; illo iure electionis videlicet perdurante, ut, qui ex testamento agere voluerit, ad fideicommissum migrare non possit.

§ 2.—Si quis vero ex parentibus utriusque sexus ac liberis usque ad quartum gradum agnationis vinculis alligatus, vel cognationis nexu (13) constrictus usque (14) ad tertium, scriptus heres fuerit vel nuncupatus, in eo videlicet testamento, quod testator vicem quoque codicillorum voluit obtinere, licebit ei, si de hereditate ex testamento secundum mortui voluntatem agens fuerit forte (15) superatus, vel certe ipse sponte voluerit, ad fidei-

6. *Los mismos Augustos y Césares á* DEMÓSTENES.—Ora si en un principio había mandado que se guardasen las disposiciones que en general había de dejar en codicilos, ora si últimamente las que había dejado, puedes, apoyado con la confirmación, no abrigar ningún legítimo recelo.

Dada en Nicomedia á 3 de los Idus de Diciembre, bajo el consulado de los Césares. [294—305.]

7. *El Emperador* CONSTANTINO, *Augusto, á* MÁXIMO, *Prefecto del Pretorio.*—Si los codicilos fuesen eficaces para lo mismo que los testamentos, ¿por qué se aplicaría diversa denominación á estos instrumentos, que una misma eficacia y poder habrían asociado? Así, pues, no se dió por la autoridad del derecho la facultad de instituir y de substituir especialmente en codicilos.

Dada á 3..... de Junio, bajo el consulado de PACACIANO y de HILARIANO. [332.]

8. *El Emperador* TEODOSIO, *Augusto, á* ASCLEPIODOTO, *Prefecto del Pretorio.*—Si alguien quisiere ejercitar la acción de herencia en virtud de un testamento, hecho de cualquier modo, ó por escrito, ó sin escritura, si desea aspirar á la reclamación de un fideicomiso, no se le permita de ningún modo. Porque tan lejos está que á cualquiera le concedamos facultad para pasar de lo uno á lo otro según su deseo, que también sancionamos esto: si el testador al hacer su testamento hubiera expresado en el mismo que también valiera como codicilo, tenga el que pide la herencia facultad para elegir, desde el comienzo mismo de la demanda, la cosa que quiera de las dos, sabiendo que con la elección de la una se cerró á sí mismo la puerta para la otra, de suerte que, si pretendiere la posesión de los bienes con arreglo al testamento, ó conforme á la nuncupación, y á las demás formas semejantes, ó si, á la verdad, pidiere que fuera él puesto en posesión según la costumbre, explane desde luego en los comienzos mismos del ejercicio de este derecho el propósito de su intención.

§ 1.—Con igual razón se ha de observar también esto, que el testador que determinó hacer testamento, si no lo hubiere podido acabar, sea considerado que falleció intestado, y no sea lícito hacer pasar como por codicilos su última voluntad á la interpretación de fideicomiso, á no ser que él hubiera expresado esto, para que la escritura deba obtener también la fuerza de los codicilos; subsistiendo, por supuesto, aquel derecho de elección, á fin de que el que hubiere querido ejercitar la acción de testamento, no pueda pasar á la de fideicomiso.

§ 2.—Pero si alguno de los ascendientes de ambos sexos y de los descendientes, ligado por los vínculos de la agnación hasta el cuarto grado, ó unido por el lazo de la cognación hasta el tercero, hubiere sido instituído heredero por escrito ó de palabra, á saber, en el testamento que el testador quiso que hiciera también las veces de codicilos, le será lícito recurrir al auxilio del fideicomiso, si, ejercitando conforme á la voluntad del difunto la

(1) *El ms. Pl. 2., y Hal.*; mandaverit, *los demás mms. y ed.*
(2) Constantius, *Hal., corrigiéndolo despues el mismo.*
(3) daretur, *conjetura Cuiacio Obss. XVIII. 9.*
(4) ac substituendi, *omitelas el ms. Bg.*
(5) scriptura, *los mms. Pl. 1. Bg., y la ed. Schf.*
(6) ut si, *el C. Theod.*
(7) si, *el ms. Pl. 1.*
(8) *Los mms. Pl. 1. 2. Bq. Gt., y las ed. Nbg. Schf. Hal.*; vel, *el C. Theod.*; sive, *Russ. y los demas.*
(9) inter ipsius iuris, *los mms. Pl. 1. 2.*
(10) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los mms. de Russ., las ed. Nbg. Schf., y el C. Theod.*; adimplere, *Hal. y los demás.*
(11) *El ms. Pl. 1. segun correccion, las ed. Nbg. Schf. Russ. Cont. 62., y el C. Theod.*; intestato, *los mms. Pl. 2. Bg., Hal. Cont. 66. y los demas.*
(12) nisi si, *el C. Theod.*
(13) vero, *insertan los mms. Pl. 1. 2. Bq., y la ed. Nbg.*
(14) usque, *omitenla los mms. Pl. 1. 2. Gt., pero en el ms. Bg. ha sido añadida despues.*
(15) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf.*; forte, *omitela Hal.*; forsitan, *inserta el C. Theod.*

Digitized by Google

commissi subsidium convolare. Non enim par eademque ratio videtur, amittere (1) debita, et lucra non capere (2).

§ 3.—In omni autem ultima voluntate, excepto testamento, quinque testes, vel rogati vel qui fortuitu (3) venerint, in uno eodemque tempore debent adhiberi, sive in scriptis sive sine scriptis voluntas conficiatur; testibus videlicet, quando in scriptura (4) voluntas componitur, subnotationem suam accommodantibus.

Dat. X. (5) Kal. Mart. Constantinop. VICTORE V. C. Cons. [424.]

TIT. XXXVII

DE LEGATIS

1. *Imp.* ANTONINUS PIUS *A.* (6) *libertis* SEXTIAE BASILIAE (7). —Quamvis verbis his: «ut quoad (8) cum Claudio Iusto morati essetis», alimenta vobis et vestiarium legatum sit, tamen hanc fuisse defuncti cogitationem interpretor, ut et post mortem Iusti (9) eadem vobis praestari voluerit.

Sine die et consule.

2. *Impp.* SEVERUS *et* ANTONINUS *AA.* (10) SABINIANO.—Quamvis heres institutus hereditatem vendiderit, tamen legata et fideicommissa ab eo peti possunt, et quod eo nomine datum fuerit, venditor ab emptore vel fideiussoribus eius petere poterit.

PP. X. Kal. Septemb. LATERANO et RUFINO Conss. (11) [197.]

3. *Iidem AA.* VICTORINO. — Qui post testamentum factum praedia, quae legavit, pignori vel hypothecae dedit, mutasse voluntatem circa legatariorum personam non videtur; et ideo etiam, si in personam actio electa est, recte placuit, ab herede praedia liberari.

PP. VI. Kal. Mai. GENTIANO et BASSO Conss. (12) [211.]

4. *Imp.* ANTONINUS *A.* SULPICIO. — Servis testamento dominorum non data libertate, legatum seu fideicommissum relictum non valet, nec convalescere potest, licet post mortem testatoris libertatem aliqua ratione consecuti sunt (13).

PP. V. Kal. Iul. ANTONINO A. IV. et BALBINO (14) Conss. [213.]

5. *Idem A.* DONATO.—Non est dubium, denegari

(1) admittere, *Russ. Cont. al márgen, y el C. Theod. según la ed. Sichard.*
(2) lucro non carere, *Russ. al márgen según un códice.*
(3) fortuito, *las ed. Nbg. Cont. 62. Bk. contra nuestros mms.*
(4) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Hal.;* scriptis, *las ed. Schf. Russ. y las demás.*
(5) *Russ. y casi todos los códices del C. Theod., según dice Haenel. en la nota;* XVI., *el C. Theod. y la ed. Gothofr.;* XV., *Hal. y los demás.*
(6) Pius, *colocan después de* A. *los mms. Cas. Pl. 1., la ed. Nbg., y S. Perus.*
(7) *Ley 13. § 1. D. XXXIV. 1.;* Sextiliae Basiliae (Basilicae), *los mms. Cas. Vat. Bq.;* Sextiliae, *el ms. Pl. 1., las ed. Nbg. Hal. y las demás, y S. Perus.*

acción de herencia en virtud del testamento, hubiere sido acaso vencido, ó si verdaderamente él mismo lo hubiere querido espontáneamente. Porque no parece que hay igual y la misma razón para perder uno lo que se le debe, y para no adquirir lucros.

§ 3.—Pero para toda última voluntad, excepto el testamento, deben presentarse en un mismo tiempo cinco testigos, ó rogados, ó que accidentalmente acudieren, ora se consigne la voluntad por escrito, ora sin escritura; poniendo, por supuesto, su firma los testigos, cuando la voluntad se consigna en escritura.

Dada en Constantinopla á 10 de las Calendas de Marzo, bajo el consulado de VICTOR, varón esclarecido. [424.]

TÍTULO XXXVII

DE LOS LEGADOS

1. *El Emperador* ANTONINO PÍO, *Augusto, á los libertos de* SEXTIA BASILIA.—Aunque se os hayan legado los alimentos y el vestido con estas palabras: «para mientras hubiéseis vivido con Claudio Justo», interpreto, sin embargo, que la intención del difunto fué esta, que quería que se os prestasen las mismas cosas aun después de la muerte de Justo.

Sin designación de día ni de consul.

2. *Los Emperadores* SEVERO *y* ANTONINO, *Augustos, á* SABINIANO.—Aunque el heredero instituido hubiere vendido la herencia, se le pueden pedir, sin embargo, los legados y los fideicomisos, y lo que por tal título hubiere sido dado lo podrá pedir el vendedor al comprador ó á sus fiadores.

Publicada á 10 de las Calendas de Septiembre, bajo el consulado de LATERANO y de RUFINO. [197.]

3. *Los mismos Augustos á* VICTORINO. — El que después de haber hecho testamento dió en prenda ó en hipoteca los predios que legó, no se considera que cambió de voluntad respecto á la persona de los legatarios; y por lo tanto, con razón se determinó, que, si se eligió la acción personal, también se liberen por el heredero los predios.

Publicada á 6 de las Calendas de Mayo, bajo el consulado de GENCIANO y de BASSO. [211.]

4. *El Emperador* ANTONINO, *Augusto, á* SULPICIO. —No habiéndoseles dado la libertad á los esclavos en el testamento de sus señores, no es válido el legado ó el fideicomiso que se les dejó, y no puede convalidarse aunque por alguna razón hayan conseguido la libertad después de la muerte del testador.

Publicada á 5 de las Calendas de Julio, bajo el cuarto consulado de ANTONINO, Augusto, y el de BALBINO. [213.]

5. *El mismo Augusto á* DONATO.—No es dudoso,

(8) *Los mms. Pl. 2. Bg., todos los mms. de Russ., y la ed. Schf.;* ut, *omítela el ms. Pl. 1.*
(9) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los mms. de Russ., las ed. Schf. Hal., Dig. 13. § 1. XXXIV. 1.;* Claudii, *insertan las ed. Nbg. Russ. y las demás.*
(10) Severus A. et Antoninus C., *Bk., contra los códices.*
(11) *Confirma esta indicación de la fecha el ms. Pist.*
(12) *Confirma también esta indicación de la fecha el ms. Pist.*
(13) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf. Hal.;* sint, *Russ. y los demás.*
(14) A. III. et Albino, *el ms. Pist.*

Digitized by Google

actionem legatorum ei pro portione competente in his rebus, quas subtraxisse eum de hereditate apparuerit.

PP. V. Id. Septemb. ANTONINO A. IV. et BALBINO Conss. [213.]

6. *Idem A.* IULIO (1).— Si legata relicta primus legatarius agnovit, substitutio eorum in persona Pontianae facta evanuit.

PP. VIII. Kal. Mai. Romae, LAETO II. et CEREALE Conss. [215.]

7. *Idem A.* FAUSTO. — Si Fortidianum fundum primo pater tuus fratribus per praeceptionem, ac mox tibi legavit, concursu dominium eius tibi quoque quaeritur.

§ 1.—Error autem nominum in scriptura factus, si modo de mancipiis vel de (2) possessionibus legatis non ambigitur (3), ius legati dati non minuit.

PP. V. Id. Iul. LAETO II. et CEREALE Conss. [215.]

8. *Idem A.* DEMETRIO. — Ab administratione tutelae religio sacramenti Marcellum, quem vobis a patre tutorem datum testamento proponitis, eripit. Quae res, quominus legatum consequatur, non impedit; nec enim iuste ab ea petitione repellitur, quum, etiamsi vellet tutelam administrare, prohibeatur.

PP. VIII. Id. Mart. Romae, SABINO II. et ANULINO Conss. [216.]

9. *Imp.* ALEXANDER *A.* ANTIOCHO. — Si in fraudem eorum, quae testamento relicta sunt, admissus est accusator, qui testamentum falsum diceret, praeses provinciae secundum iurisdictionis formam solvi legata iubebit, interposita cautione, si evicta fuerit hereditas, ea restituturum (4), quamvis alias tunc cautioni locus sit, quum sine controversia legata solvantur.

PP. VII. Id. Febr. MAXIMO II. et AELIANO Conss. [223.]

10. *Idem A.* INGENUAE.—Quum alienam rem quis reliquerit, si quidem sciens, tam ex legato quam ex fideicommisso ab eo, qui legatum seu fideicommissum meruit, peti potest. Quodsi suam esse putavit, non aliter valet relictum, nisi proximae personae, vel uxori vel alii tali personae, datum sit, cui legaturus esset, etsi scisset, rem alienam esse.

PP. V. Kal. Febr. ALBINO et MAXIMO Conss. [227.]

11. *Idem A.* ALBINIANO.— Filia legatorum non habet actionem, si ea, quae ei (5) testamento re-

que en la proporción que le compete se le deniega al legatario la acción de legados respecto á aquellas cosas que hubiere aparecido que substrajo de la herencia.

Publicada á 5 de los Idus de Septiembre, bajo el cuarto consulado de ANTONINO, Augusto, y el de BALBINO. [213.]

6. *El mismo Augusto á* JULIO.—Si el primer legatario aceptó los legados dejados, se desvaneció la substitución de los mismos hecha á favor de Ponciana.

Publicada en Roma á 8 de las Calendas de Mayo, bajo el segundo consulado de LETO y el de CEREAL. [215.]

7. *El mismo Augusto á* FAUSTO.—Si tu padre prelegó primeramente á tus hermanos el fundo Fortidiano, y después te lo legó á tí, se adquiere también para tí en concurrencia el dominio del mismo.

§ 1.—Mas el error de los nombres cometido en la escritura, si no se duda respecto á los esclavos ó á las posesiones legadas, no menoscaba el derecho del legado dado.

Publicada á 5 de los Idus de Julio, bajo el segundo consulado de LETO y el de CEREAL. [215.]

8. *El mismo Augusto á* DEMETRIO.—La religión del juramento arrancó de la administración de la tutela á Marcelo, que, según exponéis, os fué dado como tutor por vuestro padre en su testamento. Esto no impide que obtenga su legado; porque no es repelido de su petición con justicia, pues, aunque quisiera administrar la tutela, le sería prohibido.

Publicada en Roma á 8 de los Idus de Marzo, bajo el segundo consulado de SABINO y el de ANULINO. [216.]

5. *Imp.* IUSTINIANUS *A.* DEMOSTHENI *P. P.* — Si qua illustris mulier filium ex iustis nuptiis procreaverit, et alterum spurium habuerit, cui (7) pater incertus sit, quemadmodum res maternae ad eos perveniant, sive tantummodo ad liberos iustos, sive etiam (8) ad spurios, dubitabatur. Sancimus itaque, ut neque ex testamento, neque ab intestato, neque a (9) liberalitate inter vivos habita, iustis liberis exsistentibus, aliquid penitus ab illustribus matribus ad spurios perveniat, quum in mulieribus ingenuis et illustribus, quibus castitatis observatio praecipuum debitum est, et (10) nominari spurios, satis iniuriosum satisque acerbum et nostris temporibus indignum esse iudicamus (11), et hanc legem ipsi pudicitiae, quam semper colendam censemus, merito dedicamus. Sin autem concubina liberae conditionis constituta filium vel filiam ex licita consuetudine ad hominem liberum (12) habita procreaverit, eos etiam cum legitimis liberis ad materna venire bona, quae iure legitimo et (13) in suo patrimonio possidet, nulla invidia (14) est.

Dat. XV. Kal. Octob. Chalcedone, DECIO V. C. Cons. (15). [529.]

(1) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los de Russ., y las ed. Nbg. Schf. Cont. 62.:* intestato, *Hal. y los demas.*
(2) Hilarium, *el C. Theod.*
(3) *Los mms. Cas. Pl. 1., S. Perus., y el C. Theod.;* P. U., *Hal. y después los demás; la dignidad falta en los mms. Vat. Bg.*
(4) *Los mms. Pl. 1. Bg., la ed. Nbg., y el C. Theod.;* matrive, *el ms. Pl. 2., y las demas ed.*
(5) XI., *el C. Theod.; el número falta en el ms. Pist., el cual confirma lo demás.*
(6) Mediolano, *el C. Theod. y la ed. Haenel.*
(7) cuius, *los mms. Pl. 1. 2. Bg., y la ed. Schf.; pero ᾧ τινι, las Bas.*
(8) etiam, *omitenla los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y la ed. Schf.; pero εἴτε καὶ, las Bas.*
(9) *Los mms. Pl. 1. 2. Gt.;* neque alia liberalitate, *el ms. Bg.:* neque ex liberalitate, *las ed. Nbg. Hal. y despues las demás:* neque liberalitate, *la ed. Schf.; pero μήτε ἀπὸ δωρεᾶς, las Bas.*
(10) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf.:* et, *omitenla Hal. y los demás; pero καὶ δνομάζεσθαι, las Bas.*
(11) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf.;* iudicemus, *Hal. y los demás.*
(12) *Cuyacio en Recitatt. del Cód. de este título según los antiguos libros, el ms. Gt., y la ed. Schf.:* ab homine libero, *los mms. Pl. 1. 2. Bg., y las ed.; pero συνηθείας πρὸς ἄνθρωπον ἐλεύθερον γενομένης, las Bas.*
(13) et, *falta en las ed. Nbg. Hal. y despues en las demás, contra los mms. Pl. 1. 2. Bg., y la ed. Schf., y contra las Bas., que dicen: νομίῳ δικαίῳ καὶ ἐν ἰδίᾳ οὐσίᾳ.*
(14) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt. Rg., y las ed. Nbg. Hal. Russ. Cont. 62.:* dubitatio, *las ed. Schf. Cont. 66. y las demás; pero φθόνος, las Bas.*
(15) *El ms. Pist.*

3. *Los mismos Augustos y Cèsares á* JULIANA. — No se prohibe que la hija, obrando como heredera, suceda, sin pedir la posesión de los bienes, conforme al senadoconsulto Orficiano, á su madre fallecida intestada.

Sancionada á 12 de las Calendas de Noviembre, bajo el consulado de los Augustos. [293—304.]

4. *Los Emperadores* GRACIANO, VALENTINIANO, *y* TEODOSIO, *Augustos, á* HILARIANO, *Prefecto del Pretorio.*—Siempre que se trata de la sucesión de un hijo ó de una hija emancipados, se les defiere intacta por entero la sucesión á los hijos nacidos de ellos, y no se les concede herencia alguna de sucesión intestada al padre ni á la madre del difunto ó de la difunta.

Dada en Milán á 15 de las Calendas de Marzo, bajo el segundo consulado de MEROBAUDE y el de SATURNINO. [383.]

5. *El Emperador* JUSTINIANO, *Augusto, á* DEMÓSTENES, *Prefecto del Pretorio.* — Si alguna mujer ilustre hubiere procreado un hijo de legítimas nupcias, y tenido otro espúrio, cuyo padre fuera incierto, se dudaba de qué modo irían á ellos los bienes maternos, si solamente á los hijos legítimos, ó si también á los espúrios. Así, pues, mandamos, que ni por testamento, ni abintestato, ni por liberalidad hecha entre vivos, vaya á los espúrios, existiendo hijos legítimos, absolutamente nada de sus madres ilustres, porque tratándose de mujeres ingénuas é ilustres, para quienes la observancia de la castidad es el principal deber, hasta que se nombre á los espúrios consideramos que es bastante injurioso y penoso é indigno de nuestros tiempos, y con razón dedicamos á la misma castidad esta ley, que mandamos se haya de observar siempre. Mas si la concubina que fuese de condición de libre hubiere procreado un hijo ó una hija de lícito trato tenido con un hombre libre, no hay duda alguna de que también ellos van con los descendientes legítimos á los bienes maternos, que por legítimo derecho y en su patrimonio posee.

Dada en Calcedonia á 15 de las Calendas de Octubre, bajo el consulado de DECIO, varón esclarecido. [529.]

Digitized by Google

6. *Idem A.* IULIANO *P. P.*—Quidam ancillae suae per fideicommissum libertatem reliquit, eo autem, a quo libertas relicta est, moram in libertate praestanda (1) faciente, peperit ancilla. Et esse (2) quidem ingenuum puerum vel puellam, qui post moram nati sunt, omnes veteris iuris auctores consentiunt, dubitabatur autem inter eos, si matri morienti potest (3) succedere. Huiusmodi itaque dubitationem eorum decidentes, ulterius eam procedere non patimur, sed sancimus, eandem matris progeniem heredem ab intestato ei posse exsistere, salvo iure legitimo ex auctoritate senatusconsulti Orphitiani proli servando, et tam matre ex senatusconsulto Tertulliano, quam prole ex Orphitiano senatusconsulto invicem ad suas hereditates venientibus.

Dat. Kal. Octob. Constantinop. LAMPADIO et ORESTE VV. CC. Conss. [530.]

TIT. LVIII

DE LEGITIMIS HEREDIBUS

1. *Imp.* ALEXANDER *A.* CASSIO *et* HERMIONAE.—In successione, quae (4) titulo consanguinitatis, vel in bonorum possessione, quae proximitatis nomine competit, tam fratres quam sorores pari iure esse, licet non (5) eadem matre suscepti (6) sunt, ius certum est. Nec huic derogatur, quod amitas vestras ab avo vestro dotatas fuisse proponitis.

PP. Non. Mai. MAXIMO II. et AELIANO Conss. [223.]

2. *Imp.* GORDIANUS *A.* (7) TATIANAE (8) *et aliis.*—Si eius, quae vos heredes instituit, patri hereditatem non quaesistis, posteaque mortuo patre ac repudiata eius hereditate defunctae successionem agnovistis, ea, quae bonorum sunt defunctae, ab his separari, quae patris vestri fuerunt, praeses provinciae non ignorabit.

PP. VI. Id. April. GORDIANO A. et AVIOLA Conss. [239.]

3. *Imp.* DECIUS *A.* ASCLEPIODOTAE.—Consanguinitatis iure et feminas ad intestatorum successionem admitti posse, explorati iuris est. Proinde quum fratris tui intestato mortui ad te consanguinitatis iure hereditas pertineat, nulla ratione alterius fratris tui filii ad eandem successionem adspirare desiderant; nam et cessante iure agnationis in persona omnium, praetorii iuris beneficio ad te potius, quae secundum gradum obtines, hereditas pertinet, quam ad fratris tui filios, qui (9) tertio gradu constituti sunt.

PP. II. Non. Decemb. DECIO A. (10) et GRATO Conss. [250.]

(1) in libertatem praestandam, *el ms. Pl. 1. antes de la corrección, y la ed. Schf., concordando con las Bas.*
(2) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los mms. de Russ., y las ed. Nbg. Schf.:* eum, *insertan Hal. y los demás; pero* εἶναι μὲν εὐγενῆ τὸν παῖδα, *las Bas.*
(3) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., y la ed. Schf.:* possit, *las ed. Nbg. Hal.:* posset, *Russ. y los demás.*
(4) quae, *omitenla los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y la ed. Schf.*
(5) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., y las ed. Nbg. Hal.,* ex, *insertan las ed. Schf. Russ. y las demás.*

6. *El mismo Augusto á* JULIÁN, *Prefecto del Pretorio.*—Uno le dejó á su esclava por fideicomiso la libertad, pero, incurriendo en mora para dar la libertad aquel á cuyo cargo fué dejada la libertad, parió la esclava. Todos los autores del antiguo derecho convienen en que ciertamente es ingénuo el niño ó la niña que nació después de la mora, pero se dudaba entre ellos si puede sucederle á la madre, al morir. Así, pues, decidiendo semejante duda de ellos, no consentimos que esta continúe en lo sucesivo, sino que mandamos, que la misma descendencia de la madre pueda ser heredera de ella abintestato, conservándosele salvo á la prole el derecho legítimo por la autoridad del senadoconsulto Orficiano, y yendo recíprocamente á sus herencias tanto la madre en virtud del senadoconsulto Tertuliano, como la prole en virtud del senadoconsulto Orficiano.

Dada en Constantinopla las Calendas de Octubre, bajo el consulado de LAMPADIO y de ORESTE, varones esclarecidos. [530.]

TÍTULO LVIII

DE LOS HEREDEROS LEGÍTIMOS

1. *El Emperador* ALEJANDRO, *Augusto, á* CASSIO *y* HERMIONA.—Es derecho cierto, que en la sucesión que compete á título de consanguinidad, ó en la posesión de los bienes que compete á nombre de la proximidad, son de igual derecho así los hermanos, como las hermanas, aunque no hayan sido habidos de la misma madre. Y no se opone á esto lo que exponéis, que vuestras tías paternas fueron dotadas por vuestro abuelo.

Publicada las Nonas de Mayo, bajo el segundo consulado de MÁXIMO y el de ELIANO. [223.]

2. *El Emperador* GORDIANO, *Augusto, á* TACIANA *y á otros.*—Si no adquiristeis para vuestro padre la herencia de aquella que os instituyó herederos, y después, habiendo fallecido vuestro padre y habiendo repudiado su herencia, aceptásteis la sucesión de la difunta, el presidente de la provincia no ignorará, que los que son bienes de la difunta se separan de los que fueron de vuestro padre.

Publicada á 6 de los Idus de Abril, bajo el consulado de GORDIANO, Augusto, y de AVIOLA. [239.]

3. *El Emperador* DECIO, *Augusto, á* ASCLEPIODOTA.—Es de conocido derecho, que por derecho de consanguinidad también las hembras pueden ser admitidas á la sucesión de los intestados. Por consiguiente, perteneciéndote por derecho de consanguinidad la herencia de tu hermano, que falleció intestado, sin razón alguna desean aspirar á la misma sucesión los hijos de otro hermano tuyo; porque aun desaparciendo el derecho de agnación respecto á la persona de todos, por beneficio del derecho pretoriano la herencia te pertenece á ti, que tienes el segundo grado, más bien que á los hijos de tu hermano, los cuales se hallan en tercer grado.

Publicada á 2 de las Nonas de Diciembre, bajo el consulado de DECIO, Augusto, y de GRATO. [250.]

(6) susceptae, *los mms. Pl. 1. 2., todos los de Russ., y la ed. Schf.*
(7) Idem A., *los mms. Cas. Vat. Pl. 1. 2. Bg., la ed. Nbg., y S. Peras.*
(8) Ticianae, *algunos mms.*
(9) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf.:* in, *insertan Hal. y los demás. Vease la ley 7. de este título.*
(10) II., *inserta Bk.*

Digitized by Google

AUTHENT. *de heredibus ab intestato.* § *Reliquum.* (*Nov. 118. c. 2.*) *et* AUTHENT. *ut fratrum filii.* § *1.* (*Nov. 127. c. 1.*) — Cessante successione lineae descendentis et eius, quae sola sit adscendentis, vocantur primo fratres fratrisque praemortui filii in stirpes. Dico autem de fratre eiusque fratris filiis, qui ex utroque parente contingunt eum, de cuius hereditate nunc agitur. Quae personae veniunt et sine defunctae nunc personae parentibus, et cum proximis gradu adscendentibus. Et quidem praedicti fratris filius, etsi tertio gradu sit, praefertur fratribus defuncti, qui ex uno tantum parente cognati sunt. In hac successione omnis differentia sexus et emancipationis cessat.

AUTÉNTICA *de heredibus ab intestato.* § *Reliquum.* (*Nov. 118. c. 2.*) *y* AUTÉNTICA *ut fratrum filii.* § *1.* (*Nov. 127. c. 1.*) — No teniendo lugar la sucesión de la línea descendente, y de la única que haya ascendente, son llamados en primer lugar los hermanos, y en estirpes los hijos del hermano premuerto. Pero hablo del hermano y de los hijos de su hermano, que por padre y madre están unidos á aquel de cuya herencia se trata ahora. Cuyas personas suceden tanto sin los ascendientes de la persona ahora fallecida, como con los ascendientes próximos en grado. Y el hijo del mencionado hermano, aunque esté en tercer grado, es ciertamente preferido á los hermanos del difunto, que están unidos solamente por parte de padre ó de madre. En esta sucesión desaparece toda diferencia de sexo y de emancipación.

AUTHENT. *de heredibus ab intestato.* § *His autem non.* (*Nov. 118. c. 3.*) — Post fratres autem ex utroque parente et eorum filios admittuntur ex uno latere fratres sororesve, cum quibus et filii eorum, si qui ex eis iam decesserint. Hi autem fratrum filii, quum pares sint defuncti fratribus, praeferuntur procul dubio eiusdem defuncti patruis et aliis similibus. Et in his successionibus omnino cessat sexus et agnationis ratio.

AUTÉNTICA *de heredibus ab intestato.* § *His autem non.* (*Nov. 118. c. 3.*) — Mas después de los hermanos de padre y madre, y de los hijos de ellos, son admitidos los hermanos ó las hermanas por una sola línea, y juntos con ellos sus hijos, si algunos de aquellos ya hubieren fallecido. Mas estos hijos de los hermanos, siendo iguales á los hermanos del difunto, son preferidos sin duda alguna á los tíos paternos del mismo difunto y á otros semejantes. Y en estas sucesiones desaparece por completo la razón de sexo y de agnación.

AUTHENT. *de heredibus ab intestato.* § *Si vero neque.* (*Nov. 118. c. 3.*) — Post fratres fratrumque filios vocantur, quicunque gradu sunt proximiores, ut pares in gradu pariter admittantur, sublata differentia masculorum et feminarum; sola namque cognatio spectatur in talibus. Fiet autem divisio in capita, et non in stirpes.

AUTÉNTICA *de heredibus ab intestato.* § *Si vero neque.* (*Nov. 118. c. 3.*) — Después de los hermanos y de los hijos de los hermanos son llamados los que están más próximos en grado, de suerte que sean admitidos juntamente los iguales en grado, suprimida la diferencia entre varones y hembras; porque respecto á éstos sólo se atiende á la cognación. Pero la división se hará por cabezas, y no por estirpes.

4. *Impp.* DIOCLETIANUS *et* MAXIMIANUS *AA.* (1) CAECILIO. — Si aut nullum testamentum nepos patrui tui ordinavit, aut intra quatuordecim annos constitutus fecit, et agnationis iure successio eius tibi delata est, etiam citra bonorum possessionis subsidium legitimo iure subnixus es.

PP. Idib. Iul. ipsis AA. IV. et III. Conss. [290.]

4. *Los Emperadores* DIOCLECIANO *y* MAXIMINIANO, *Augustos,* Á CECILIO.—Si el nieto de tu tío paterno otorgó un testamento nulo, ó lo hizo hallándose dentro de los catorce años, y por derecho de agnación te fué deferida su sucesión, te apoyas en legítimo derecho aun sin el auxilio de la posesión de los bienes.

Publicada los Idus de Julio, bajo el cuarto y el tercer consulado de los mismos Augustos. [290.]

5. *Iidem AA. et CC.* CUPILLAE (2). — Ad intestati successionem agnationis, quam proximitatis iure venientes haberi potiores, certum est.

Suppos. XVI. Kal. Iul. Sirmii, AA. Conss. [293—299.]

5. *Los mismos Augustos y Césares á* CUPILA. — Es cierto que para la sucesión de un intestado se consideran preferentes los que provienen por derecho de agnación á los que por el de proximidad.

Establecida en Sirmio á 16 de las Calendas de Julio, bajo el consulado de los Augustos. [293—299.]

6. *Iidem AA. et CC.* CLAUDIANAE. — Defunctis, suis (3) exstantibus (4) heredibus, et abstinentibus vel repudiantibus hereditatem, frater iure consanguinitatis succedere potest.

Suppos. Kal. Ianuar. AA. Conss. (5) [293—299.]

6. *Los mismos Augustos y Césares á* CLAUDIANA. — Quedando herederos suyos, y absteniéndose ó repudiando la herencia, el hermano puede suceder por derecho de consanguinidad á los fallecidos.

Establecida las Calendas de Enero, bajo el consulado de los Augustos. [293—299.]

7. *Iidem AA. et CC.* AMIANO (6). — Patruo ac materterae, (7) tertio constitutis gradu, non pariter

7. *Los mismos Augustos y Césares á* AMIANO. — La sucesión de un intestado no se defiere junta-

(1) *Los mms. Cas. Vat. Bg., S. Perus., y Bk.;* et CC., *añaden los demás.*
(2) Curillae, Cirillae, Cyrillae, *nuestros mms.*
(3) *Quitando la coma después de* Defunctis, *la y one después de* suis, *Chesius Interpr. I. 7.*
(4) existentibus, *los mms. Pl. I. 2.*
(5) d. prid. K. iul. vor. a. a. et c. cons., *el ms. Pist.*
(6) Ammiano, *algunos mms.;* Cumiano, *otros;* Lamnio, *S. Perus.*
(7) de, *insertan los mms. Pl. 2. Bg., y las ed. Schf. Hal.;* in, *insertan el ms. Gt., y el ms. Pl. I. según corrección.*

Digitized by Google

intestati succesio defertur, sed patris frater agnationis iure sorori matris anteponitur.

S. XVII. Kal. Mart. Sirmii, Caess. Conss. [294—302.]

8. *Iidem AA. et CC.* SILANO (1). — Si his, de quorum successione agitur, apud hostes defunctis secundum legis Corneliae beneficium iure agnationis (2) adita hereditate vel petita bonorum possessione successisti, eorum substantiam vindicare non prohiberis.

S. Non. Iul. Sirmii, AA. Conss. [299 — 304.]

9. *Iidem AA. et CC.* DEMAGORAE.— In successione intestatae sororem (3), quam (4) avum maternum, haberi potiorem, non ambigitur.

S. VI. Kal. Iul. Nicomediae, Caess. Conss. [300 — 305.]

10. *Impp.* THEODOSIUS *et* VALENTINIANUS *AA. ad* FLORENTIUM *P. P.* — Sciant qui ad successionem vocantur pupilli mortui, si defuncto eius patre tutorem ei secundum leges (5) non petierint intra annum, omnem (6) eis, sive ab intestato, sive iure substitutionis, successionem eius, si impubes moritur, denegandam (7).

Dat. VII. (8) Id. Iul. Constantinop. THEODOSIO A. XVII. et FESTO (9) Conss. [439.]

11. *Imp.* ANASTASIUS *A.* CONSTANTINO *P. P.*— Si ab eo, qui ex sacro rescripto secundum nostram constitutionem fieri postulaverit emancipationem liberorum, petitum sit, quatenus ei, qui emancipandus emancipandave est, minime legitima iura per emancipationem exstinguantur, eadem iura tam emancipato vel emancipatae contra personas alias hoc modo sibi coniunctas, quam aliis itidem contra eum vel eam in hereditatibus, vel (10) successionibus, et tutelis, nec non ceteris serventur intacta, [collationibus tamen ab his secundum ea, quae super emancipatis statuta sunt, quotiens talis casus emerserit, utpote peracta emancipatione, faciendis (11)].

Dat. XV. (12) Kal. August. Constantinop. (13) PROBO et AVIENO iun. Conss. [502.]

12. *Imp.* IUSTINIANUS *A.* IOANNI *P. P.*— Si maior quinquagenaria partum ediderit, si debet huiusmodi soboles suo patri sua constitui (14) et hereditatem

(1) Sillano, Syllano, *los mms. y algunas ed.*
(2) agnitionis, *el ms. Pl. 1.*
(3) matrem, *Russ. al márgen según un antiguo cód.*
(4) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., las mejores mms. de Cont., y las ed. Schf. Hal.*; aviam vel, *insertan las ed. Nbg. Russ. y las demás.*
(5) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., las ed. Nbg. Schf., y el Nov. Theod.*: legem, *Hal. y los demás.*
(6) omnem, *dice Russ. al márgen, que falta en sus mms.*
(7) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., la ed. Schf., y el Nov. Theod.*: esse, *añaden las ed. Nbg. Hal. y las demás.*
(8) *El Nov. Theod., y Bk.*; VI., *Cont. 62.*; V., *Hal. y los demás.*
(9) V. C., *inserta el Nov. Theod., pero las omite el ms. Pist.*

mente al tio paterno y á la tia materna, que se hallan en tercer grado, sino que el hermano del padre se antepone por derecho de agnación á la hermana de la madre.

Sancionada en Sirmio á 17 de las Calendas de Marzo, bajo el consulado de los Césares. [294—302.]

8. *Los mismos Augustos y Césares á* SILANO.— Si habiendo adido la herencia ó pedido la posesión de los bienes sucediste, conforme al beneficio de la ley Cornelia, por derecho de agnación á éstos de cuya sucesión se trata, los cuales fallecieron en poder de los enemigos, no se te prohibe reivindicar sus bienes.

Sancionada en Sirmio las Nonas de Julio, bajo el consulado de los Augustos. [299—304.]

9. *Los mismos Augustos y Césares á* DEMAGORA.— No se duda, que en la sucesión de una intestada la hermana es considerada preferida al abuelo paterno.

Sancionada en Nicomedia á 6 de las Calendas de Julio, bajo el consulado de los Césares. [300—305.]

10. *Los Emperadores* TEODOSIO *y* VALENTINIANO, *Augustos, á* FLORENCIO, *Prefecto del Pretorio.*— Sepan los que son llamados á la sucesión de un pupilo fallecido, que si, muerto el padre de éste, no hubieren pedido tutor para él con arreglo á las leyes dentro de un año, se les habrá de denegar toda la sucesión del mismo, ya sea abintestato, ya por derecho de substitución, si él fallece impúbero.

Dada en Constantinopla á 7 de los Idus de Julio, bajo el décimo séptimo consulado de TEODOSIO, Augusto, y el de FESTO. [439.]

11. *El Emperador* ANASTASIO, *Augusto, á* CONSTANTINO, *Prefecto del Pretorio.*— Si por quien hubiere solicitado que por sacro rescripto se hiciera conforme á nuestra constitución la emancipación de sus hijos, se hubiera pedido que por la emancipación no se extingan de ninguna manera para el que ha de ser emancipado, ó para la emancipada, los derechos legítimos, consérvense intactos estos mismos derechos tanto al emancipado ó á la emancipada contra las otras personas á él ó á ella unidas de este modo, como asimismo á las otras contra él ó ella, en las herencias, ó en las sucesiones, y en las tutelas, y en lo demás, [habiéndose de hacer, sin embargo, por ellos colación conforme á lo que respecto á los emancipados se ha establecido, siempre que tal caso aconteciere, como por haberse verificado la emancipación.]

Dada en Constantinopla á 15 de las Calendas de Agosto, bajo el consulado de PROBO y de AVIENO el joven. [502.]

12. *El Emperador* JUSTINIANO, *Augusto, á* JUAN, *Prefecto del Pretorio.*—Hemos sido consultados por los abogados de Cesarea, si en el caso de que una

(10) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf.*; in, *insertan Hal. y los demás.*
(11) collationibus — faciendis, *faltan en los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y en las ed. Nbg. Schf.*; *faltan también en muchos cód. que cita Cuyacio, y en Schol. Bas., en el que se lee:* τὸ κατὰ πόδα.
(12) XII., *la ley 18. C. VI. 20.*; XI., *la ley 5. C. VIII. 49.*
(13) *Expresan este lugar las dos constituciones indicadas en la nota anterior; pero falta en Hal. y en los demás.*
(14) *Los mms. Bg. Gt., y Hal.*: soboles patri sua (*corrigiendo* suo) constitui, *el ms. Pl. 1.*: soboles suo patri succedere, *los mms. Pl. 2. Bg., las ed. Nbg. Schf. Russ. y las demás; pero esta lectura es rechazada por Schol. Bas., en donde después de decirse* τὸ κατὰ πόδα *se lee:* εἰ δρείλει ἡ τοιαύτη γονὴ τῷ ἰδίῳ πατρὶ τοῦτο καθίστασθαι.

Digitized by Google

eius nancisci, a Caesariana advocatione interrogati sumus. Et sancimus, licet mirabilis huiusmodi partus invenitur (1) et raro contingit (2), nihil tamen eorum, quae probabiliter a natura noscuntur esse producta, respui, sed omne ius, quod ex quacunque lege liberis praestitum (3) est, hoc merum atque immutilatum huiusmodi filiis vel filiabus servari in omnibus successionibus, sive ex testamento, sive ab intestato. Et summatim, non absimiles aliis fiant, quos similes natura effecit (4), maxime quum et anteriore nostra lege huiusmodi nuptias permisimus, impares eas videri minime concedentes.

Dat. IX. (5) Kal. Novemb. Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. anno secundo. [532.]

13. *Idem A.* Ioanni *P. P.*—De emancipatis filiis, qui (6) sacro rescripto patribus impertito hoc a suis genitoribus meruerunt, dubitatum est. Quum enim (7) Anastasiana lex iura fratribus legitima noscitur servare, si quis ex his sine testamento et liberis decesserit, utrumne ad fratrem vel sororem eius successio devolvatur, an ad superstitem patrem, dubitabatur (8). Huiusmodi dubitationem compendioso responso duximus esse finiendam, ideoque sancimus, ad similitudinem maternarum rerum aliarumque, de quibus iam a nobis lex posita est, et (9) huiusmodi hereditatem iure quidem dominii ad fratres vel sorores in totum pervenire, usumfructum autem eius patri (10) totum, sive priorem torum servaverit, sive ad secundas migraverit nuptias, acquiri, sive per sacrum oraculum emancipatio procedat, sive alio legitimo modo a sacris paternis fuerint absoluti. Quum enim et pater utitur usufructu, et votum eius est, ad alios filios suas res pervenire, quapropter (11) quum ex lege Anastasiana in alium articulum fratribus prospectum est, nunc (12) a nobis in hac specie plenius eis subvenitur, ut pater habeat usumfructum, fratres autem vel sorores dominium rerum relictarum; exceptis maternis rebus, in quibus, si de (13) eadem matre fratres vel sorores sint, eos solos vocari oportet; sin autem non supersint, tunc ad similitudinem aliarum rerum in totam fraternitatem dominium earum cedere, ut sit apertissimus in omnibus tractatus, et non per differentiam personarum vel rerum vacillare noscatur.

Dat. Kal. Novemb. Constantinop. post consula-

mayor de cincuenta años hubiera dado á luz debería tal descendencia hacerse propia de su padre, y obtener la herencia de éste. Y sancionamos, que aunque semejante parto es considerado digno de admiración y acontece raras veces, no se rechace, sin embargo, nada de lo que se conoce que probablemente ha sido producido por la naturaleza, sino que á tales hijos ó hijas se les conserve en todas las sucesiones, ya sean testamentarias, ya abintestato, íntegro é inalterable todo el derecho que por cualquier ley fué concedido á los hijos. Y en suma, no sean hechos desemejantes de otros los que la naturaleza hizo semejantes, mayormente cuando también por una ley anterior nuestra hemos permitido tales nupcias, sin conceder en manera alguna que fueran consideradas desiguales á las otras.

Dada en Constantinopla á 9 de las Calendas de Noviembre, en el segundo año después del consulado de Lampadio y de Oreste, varones esclarecidos. [532.]

13. *El mismo Augusto á* Juan, *Prefecto del Pretorio.*—Se ha dudado respecto á los hijos emancipados, que obtuvieron de sus progenitores esta emancipación por sacro rescripto concedido á sus padres. Porque como se sabe que la ley de Anastasio reserva á los hermanos los derechos legítimos, en el caso de que alguno de ellos hubiere fallecido sin testamento y sin hijos, se dudaba si su sucesión se le concedería al hermano ó á la hermana, ó al padre sobreviviente. Y hemos considerado que á esta duda debía ponersele término con breve respuesta, y por ello mandamos, que, á semejanza de los bienes maternos y de otros, respecto de los que ya se publicó por nosotros una ley, también esta herencia vaya en su totalidad ciertamente por derecho de dominio á los hermanos ó hermanas, pero que todo su usufruto se adquiera para el padre, ora hubiere conservado el primer tálamo, ora hubiere pasado á segundas nupcias, ya proceda la emancipación por sacro rescripto, ya los hijos hubieren sido desligados de la autoridad paterna por otro legítimo modo. Porque como el padre goza el usufruto, y su deseo es que sus propios bienes vayan á sus otros hijos, por esta razón, como por la ley Anastasiana se proveyó respecto á otro punto á favor de los hermanos, ahora en este caso se les auxilia por nosotros más cumplidamente, de suerte que el padre tenga el usufruto, y los hermanos ó las hermanas el dominio de los bienes dejados; exceptuándose los bienes maternos, á los cuales conviene que ellos solos sean llamados, si son hermanos ó hermanas de la misma madre; mas si no los hubiera, en este caso, á semejanza que respecto de los demás bienes, corresponda su dominio á todos los hermanos, de suerte que respecto á todos sea clarísima la cuestión, y no se entienda que varía por la diferencia de las personas ó de las cosas.

Dada en Constantinopla las Calendas de Noviem-

(1) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Hal.;* invenistur, *las ed. Schf. Russ. y las demás.*
(2) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf. Hal;* contingat, *Russ. y los demás.*
(3) praestitutum, *Russ. y Cont. al márgen; pero* ἐσδομένου, *Schol. Bas.*
(4) *El ms. Gt., y las ed. Nbg. Hal.;* efficit, *los mms. y las demás ed.; pero* ἐποίησε, *Schol. Bas.*
(5) D. IIX., *Hal.*
(6) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los mms. de Russ., y las ed. Schf. Cont. 62.;* ex, *insertan las ed. Hal. Russ. y las demás.*
(7) enim, *omitenla Hal. Bk., contra los cód.*
(8) *Los mms. Pl. 1. 2., y Russ. Cont. 66. 71. 76. Char. Pac. Sp.:* dubitabatur, *omitenla los mms. Bg. Gt., todos los mms. de Russ., y las demás ed.*
(9) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las e l. Nbg. Hal;* etiam, *las demás ed.*
(10) ad, *insertan el ms. Bg., y la ed. Schf.:* in, *inserta el ms. Gt.*
(11) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los mms. de Russ., y las ed. Nbg. Schf. Hal.:* eapropter, *Russ. y los demás.*
(12) non, *el ms. Bg., y la ed. Nbg.;* nunc non, *el ms. Pl. 2.;* nec nunc, *la ed. Schf.*
(13) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y Hal.;* ex, *los demás.*

Digitized by Google

tum Lampadii et Orestis VV. CC. anno secundo (1). [532.]

14. *Idem A.* Ioanni *P. P.* — Lege duodecim tabularum bene humano (2) generi prospectum est, quae unam consonantiam tam in maribus quam in feminis legitimis, et in eorum successionibus (3), nec non et in (4) liberis observandam esse existimavit, nullo discrimine in successionibus habito, quum natura utrumque corpus ediderit, ut maneat suis vicibus immortale, et alterum alterius auxilio egeat, et uno semoto et (5) alterum corrumpatur. Sed posteritas, dum nimia utitur subtilitate, non piam induxit differentiam, sicut Iulius Paulus in ipso principio libri singularis, quem ad senatusconsultum Tertullianum fecit, apertissime docuit. Cui enim ferendum est, ab intestato successionibus suas quidem filias ad similitudinem masculae (6) sobolis in parentis vocari successionem, et iterum germanas iure consanguinitatis eandem sibi vindicare praerogativam, deinceps autem legitimas feminarum personas, si iura consanguinitatis non possident, a successione legitima repelli, quum maribus eadem successio pateat? Quare enim patris soror non ad successionem filii fratris sui una cum masculis vocatur, sed aliud ius in amitis (7), aliud in patruis observatur? vel qua ratione fratris filius ad successionem patrui vocatur, germana autem eius ab eadem successione recluditur? Huiusmodi itaque legis antiquae reverentiam et nos anteponi novitati legis censemus, et sancimus, omnes legitimas personas, id est per virilem sexum descendentes, sive masculini sive feminini generis sint, simili modo ad iura legitimae successionis ab intestato (8) vocari secundum gradus sui praerogativam, non ideo excludendas, quia consanguinitatis iura secundum germanae observationem non habent (9). Quum enim unius sanguinis iura remanent (10) per virilem sexum incorrupta, quare naturam (11) offendimus et legitimo iuri derogamus? quum et aliam maximam iniuriam res in se continet, plerisque quasi vulnus intestinum incognitum. Quum enim (12) ad earum (13) mulierum successionem masculi iure agnationis vocantur, quis patiatur, earum quidem hereditatem ad eos legitimo iure deferri, ipsas vero neque invicem sibi neque (14) masculis eodem iure posse succedere, sed propter hoc solum puniri, quod feminae natae sunt, et paterno vitio (si hoc vitium est) prolem innocentem gravari?

§ 1.—In his igitur casibus legem duodecim tabularum sequentes, et novum ius novissimo iure corrigentes, etiam unum gradum pietatis intuitu

(1) anno secundo, *omitelas el ms. Pist.*
(2) romano, *los mms. Pl. 1. 2. Gt., todos los mms. de Russ., y la ed. Schf.*
(3) successoribus, *Russ. al margen.*
(4) et, *omitela el ms. Bg.*; in, *omitela el ms. Pl. 2.*: et in, *omitenlas el ms. Gt., y Hal.*
(5) et, *omitenla los mms. Pl. 1. 2., y las ed. Nbg. Schf.*
(6) masculinae, *los mms. Pl. 1. 2. Bg., y las ed. Nbg. Schf.*
(7) amita, *los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt.*
(8) successionis intestatorum, *Hal.*
(9) *Los mms. Pl. 2. Bg. Gt., y las ed. Schf. Hal. Russ. Cont. 62.*; habeat, *el ms. Pl. 1. antes de la corrección*; habeant, *las demás ed.*
(10) *Los mms. Pl. 1. 2. Gt., y las ed. Schf. Hal.*; permanent, *la ed. Nbg.*; remanent, *el ms. Bg., y las demás ed.*
(11) naturae, *los mms. Bg. Gt., y todos los mms. de Russ.*
(12) *Los mms. Pl. 1. 2 Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf. Cont. 62.*; et, *insertan Hal. y los demás.*
(13) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los mms. de Russ., y las ed. Nbg. Schf. Cont. 62.*; ad ipsarum, *Hal. y los demas.*
(14) cum, *inserta el ms Bg.*

bre, en el año segundo después del consulado de Lampadio y de Oreste, varones esclarecidos. [532.]

14. *El mismo Augusto á* Juan, *Prefecto del Pretorio.*—Con acierto se atendió á la naturaleza humana por la ley de las Doce Tablas, la cual estimó que se debía observar la misma conformidad tanto respecto á los varones como en cuanto á las hembras, legítimos, y para sus sucesiones, y también para los hijos, sin admitir ninguna diferencia en las sucesiones, puesto que la naturaleza creó uno y otro cuerpo para subsistir inmortal por sus funciones, y para que el uno necesite el auxilio del otro, y separado el uno también se quebrante el otro. Pero la posteridad, empleando demasiada sutileza, introdujo una diferencia no benévola, según clarísimamente demostró Julio Paulo al principio mismo del libro único que escribió sobre el senadoconsulto Tertuliano. Porque, ¿cómo se ha de tolerar que en las sucesiones abintestato sean ciertamente llamadas á la sucesión del padre ó de la madre sus hijas á la manera que la descendencia masculina, y que también las hermanas por derecho de consanguinidad reivindiquen para sí la misma prerogativa, pero que las demás personas legítimas de sexo femenino sean rechazadas de la sucesión legítima, si no tienen los derechos de la consanguinidad, estándoles expedita la misma sucesión á los varones? ¿Porqué la hermana del padre no es llamada á la sucesión del hijo de su hermano juntamente con los varones, sino que se observa un derecho para las tías paternas, y otro distinto para los tíos paternos? ¿O por qué razón el hijo del hermano es llamado á la sucesión del tío paterno, y su hermana germana es excluída de la misma sucesión? Así, pues, también nosotros disponemos que se anteponga á la novedad de la nueva ley el respeto de la antigua, y sancionamos, que todas la personas legítimas, esto es, que desciendan por línea de varón, ya sean del sexo masculino, ya del femenino, sean abintestato llamadas de igual modo, según la prerogativa de su propio grado, á los derechos de la sucesión legítima, y que no hayan de ser excluídas porque no tienen según la condición de germanas los derechos de la consanguinidad. Porque permaneciendo por línea de varón íntegros los derechos de una misma sangre, ¿por qué ofendemos á la naturaleza y derogamos un derecho legítimo? Pues la cosa lleva en sí además otra grandísima injusticia, y para muchas personas una como interna llaga desconocida. Porque siendo llamados por derecho de agnación los varones á la sucesión de las mismas mujeres, ¿quién tolerará que la herencia de éstas sea ciertamente deferida por legítimo derecho á aquellos, y que ellas no puedan con el mismo derecho suceder entre sí recíprocamente, ni á los varones, sino que sean castigadas sólo porque nacieron hembras, y que la prole inocente sea gravada por falta de su padre, (si esto es una falta)?

§ 1.—Siguiendo, pues, en estos casos á la ley de las Doce Tablas, y corrigiendo con otro novísimo el nuevo derecho, queremos por consideración de

Digitized by Google

tranferri a (1) iure cognationis in legitimam volumus successionem, ut non solum fratris filius et filia, secundum quod iam definivimus, ad successionem patrui sui vocentur, sed etiam germanae consanguineae vel sororis uterinae filius et filia soli, et non deinceps personae una cum his ad iura avunculi sui perveniant, et mortuo eo, qui patruus quidem est fratris sui filiis, avunculus autem sororis suae soboli, simili modo ab (2) utroque latere succedant (3), tanquam si omnes legitimo iure veniant, scilicet ubi frater et soror (4) superstites non sunt. His etenim personis praecedentibus et hereditatem admittentibus, ceteri gradus remanent (5) penitus semoti. Illo procul dubio observando, ut successio non ad (6) stirpes, sed in capita dividatur, et is (7) gradus in ordinem legitimum transferatur; ceteris omnibus successionibus secundum ius usque ad praesens tempus observatum in suo statu manentibus. Si qui autem casus iam evenerunt, secundum quod pristina iura volebant, eorum fiat distributio.

piedad que también un solo grado sea transferido del derecho de cognación á la sucesión legítima, de suerte que no solamente el hijo y la hija del hermano sean llamados, según lo que ya hemos establecido, á la sucesión de su tío paterno, sino que también el hijo y la hija de la hermana consanguínea ó de la uterina, solos, y no otras personas más remotas, vayan juntos con aquellos á la sucesion de su tío materno, y que fallecido éste, que es ciertamente tío paterno de los hijos de su hermano, y tío materno de la prole de su hermana, sucedan de igual modo por una y otra línea, como si todos fueran por derecho legítimo, por supuesto, cuando no sobreviven el hermano y la hermana. Porque precediendo estas personas y admitiendo la herencia, los demas grados quedan excluídos por completo. Debiéndose observar sin duda alguna, que la sucesión se divida no por estirpes, sino por cabezas, y que este grado se transfiera al orden legítimo; subsistiendo en su propio estado todas las demás sucesiones conforme al derecho observado hasta el tiempo presente. Mas si ya han ocurrido algunos casos, hágase su distribución según lo que disponían las anteriores leyes.

Dat. V. Kal. Decemb. (8) post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. (9) [531.]

Dada á 5 de las Calendas de Diciembre, después del consulado de Lampadio y de Oreste, varones esclarecidos. [531.]

15. *Idem A.* Ioanni *P. P.* — Meminimus antea divinam (10) promulgasse constitutionem, per quam ad vestigia legis duodecim tabularum totam progeniem ex legitima sobole descendentem, sive masculinam sive femininam, legitimo iure hereditatem adipisci sanximus, ut, quemadmodum ipsis a legitimis personis succeditur, ita et ipsae legitimarum personarum amplectantur successionem. In qua constitutione unum gradum ex cognatis in ius legitimum reduximus, id est germanae (11) filios et filias et sororis uterinae filios ac filias; quam constitutionem in suo robore permanere censemus, quum et in nostris Institutionibus (12) tenor eius a nobis relatus est. Sed subtiliore tractatu habito necessarium duximus, et si quid ex praetoria iurisdictione frugi inventum est, et hoc cum perfectissima definitione disposito nostras leges ampliari.

15. *El mismo Augusto á* Juan, *Prefecto del Pretorio.* — Recordamos haber promulgado antes una divina constitución, por la cual sancionamos, siguiendo las huellas de la ley de las Doce Tablas, que toda la progenie, ya masculina, ya femenina, descendiente de legítima prole, adquiriese por legítimo derecho la herencia, de suerte que, así como á éstas mismas se les sucede por las personas legítimas, así también reciban ellas la sucesión de las personas legítimas. Por cuya constitución trasladamos al derecho legítimo un grado de los cognados, esto es, los hijos y las hijas de la hermana germana, y los hijos y las hijas de la hermana uterina; la cual constitución mandamos que subsista en vigor, puesto que también en nuestra Instituta ha sido expuesto por nosotros su contenido. Pero tratada más sutilmente la cuestión, hemos creído necesario, que si algo provechoso se ha hallado en a jurisprudencia pretoriana, también con esto, determinado con muy completa definición, se amplíen nuestras leyes.

§ 1.—Quum igitur praetorem (13) filium emancipatum, licet subtili iure capite fuerat deminutus, attamen in patris successionem sine ulla deminutione vocare manifestum est, non eodem autem iure etiam ad fratrum suorum successiones ab eo vocabatur, sed nec filii eius iure legitimo suis patruis succedebant, necessarium duximus hoc primum corrigere, et legem Anastasianam iusto incremento perfectam ostendere, ut emancipatus (14) filius et filia non solum in paternis bonis ad suorum similitudinem succedant, sed etiam in fratrum vel sororum suarum successione (15), sive omnes

§ 1.—Así, pues, siendo manifiesto que al hijo emancipado, aunque en estricto derecho había sido disminuído de cabeza, lo llamaba, sin embargo, el pretor á la sucesión de su padre sin ninguna disminución, pero no era llamado por él con el mismo derecho también á las sucesiones de sus hermanos, sino que ni sus hijos sucedían por derecho legítimo á sus tíos paternos, hemos considerado necesario corregir primeramente esto, y mostrar perfecta con una justa adición la ley de Anastasio, de suerte que el hijo y la hija emancipados no solamente sucedan á la manera que los suyos en los bienes

(1) ab, *nuestros mms.*
(2) *Los mms. Pl. 1. Bg. Gt., las ed. Nbg. Schf., y § 1. de la Inst. III. 2.:* ex, *el ms. Pl. 2., Hal. y los demas.*
(3) succedatur, *los mms. Pl. 1. Bg. Gt., y todos los de Russ.*
(4) fratres et sorores. *las ed. Nbg. Hal.*
(5) *Los mms. Pl. 2. Bg. Gt., las ed. Schf. Hal., y § 1. de la Inst. III. 2.:* remaneant, *el ms. Pl. 1. y las demas ed.*
(6) *Los mms. Pl. 1. Bg. Gt., las ed. Schf. Hal., y § 1. de la Inst. III. 2.:* in, *el ms. Pl. 2., y las demas ed.*
(7) hic, *corregido por* hi, *y despues* transferantur, *el ms. Pl. 1.:* his, *los mms. Pl. 2. Bg., y la ed. Schf.*
(8) Constantinop., *inserta Bk.; el lugar falta en Hal. y en los demas.*
(9) *Cabe sospechar que falta* anno secundo.
(10) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los mms. de Russ., y las ed. Nbg. Schf. Cont. 62.:* nos, *insertan Hal. y los demás.*
(11) *Los mms. Pl. 1. 2. Gt., todos los mms. de Russ., y las ed. Schf. Hal. Cont. 62.:* consanguineae, *añaden el ms. Bg., y las ed. Nbg. Russ. y las demas.*
(12) *§ 1. de la Inst. III. 2.*
(13) praetor, *y mas adelante* manifestissimus, *Hal.*
(14) *Los mms. Pl. 1. 2., el ms. Bg. segun correccion, y las ed. Nbg. Hal. Bk.:* emancipati, *las ed. Schf. Russ. y las demas.*
(15) successionem, *el ms. Bg.:* successiones, *los mms. Pl. 1. 2. Gt., y las ed. Nbg. Schf.*

Digitized by Google

sui, sive omnes emancipati sunt (1), sive permixti (2), aequo iure (3) invicem sibi succedant, et non secundum legem Anastasianam parte aliqua deminuta. Et haec quidem de filiis emancipatis sancire bellissimum nobis visum est.

§ 2.—Sed nec fratrem vel sororem uterinos concedimus in cognationis loco relinqui. Quum enim tam proximo gradu sunt, merito eos sine ulla differentia, tanquam si consanguinei fuerant, cum legitimis fratribus et sororibus vocandos esse sancimus, ut secundo gradu constituti, et legitima (4) successione digni reperti, aliis omnibus, qui sunt ulterioris gradus, licet legitimi sint, praecellant. Et haec quidem de secundi gradus successione satis abundeque a nobis cum summa utilitate disposita sunt.

§ 3.—Quum autem tertio gradui ex transversa linea fuerit locus, ubi patruis et filiis fratrum et sororum locum antiquitas dedicavit, una cum illis tam emancipati fratris quam emancipatae sororis filium tantummodo et filiam, sive emancipatos sive suos patribus suis constitutos, et neminem alium ulterius, nec non fratris uterini et sororis germanae (5) vel uterinae filium et filiam tantummodo ex legitima linea invicem vocari censemus, sicut iam sanximus, ut omnes, qui vel ab antiquo iure vel a nostra liberalitate in legitimorum quidem positi sunt praerogativa, et (6) eodem (7) tertio gradu sunt, simili iure vocentur. Successionis videlicet iure et in hac parte servando, ut, si qui ex secundo gradu vocati renuntiaverint hereditati et noluerint eam adire, nullusque alius sit in secundo gradu, qui succedere potest et vult, tunc hi, quos praesente lege enumeravimus ex tertio gradu, in locum recusantium succedant. Illo etiam observando, ut successio non ad stirpem (8), sed in capita dividatur; ceteris omnibus successionibus secundum ius usque ad praesens tempus observatum procedentibus, et nullo ex cognatis supra memoratos gradus ac iuris agnatitii formam redigendo, sed suum ordinem suamque proximitatem retinente (9) incorruptam.

§ 4.—Quas autem personas ex iure cognationis (10) in legitimas successiones transveximus, eas et tutelae gravamini vicissim supponimus, scilicet si et (11) masculi sint et perfectae aetatis, secundum nostrae constitutionis tenorem, ut non solum lucrum sentiant, sed etiam gravamini subiugentur.

§ 5.—Si qui autem casus iam evenerunt, et per iudicialem sententiam vel amicabilem (12) transpaternos, sino que también en la sucesión de sus hermanos ó hermanas, ya todos sean suyos, ya todos emancipados, ó mezclados, se sucedan recíprocamente con igual derecho, y no con la disminución de alguna parte según la ley de Anastasio. Y ciertamente nos ha parecido muy acertado sancionar esto respecto á los hijos emancipados.

§ 2.—Pero tampoco permitimos que el hermano ó la hermana uterinos sean dejados en el lugar de la cognación. Porque siendo de grado tan próximo, con razón mandamos que ellos hayan de ser llamados sin ninguna diferencia, como si fueran consanguíneos, juntos con los legítimos hermanos y hermanas, de suerte que, constituidos en segundo grado, y considerados dignos de la sucesión legítima, precedan á todos los demás, que son de grado más remoto, aunque sean legítimos. Y ciertamente han sido dadas por nosotros con suma utilidad estas suficientes y completas disposiciones sobre la sucesión del segundo grado.

§ 3.—Mas como por la línea transversal haya lugar al tercer grado, en el cual la antigüedad señaló puesto á los tíos paternos y á los hijos de los hermanos y de las hermanas, mandamos, que, segun ya sancionamos, sean llamados recíprocamente en unión con ellos solamente el hijo y la hija tanto del hermano emancipado como de la hermana emancipada, ora estén emancipados, ora hayan sido constituídos suyos para sus padres, y no otro alguno de grado más remoto, y también de la línea legítima solamente el hijo y la hija del hermano uterino y de la hermana germá ó uterina, de suerte que todos los que ó por el antiguo derecho ó por nuestra liberalidad fueron ciertamente colocados en la categoría de los legítimos, y se hallan en el mismo grado tercero, sean llamados por igual derecho. Debiéndose observar, por supuesto, también en esta parte el derecho de sucesión, de modo que, si llamados algunos del segundo grado hubieren renunciado á la herencia y no la hubieren querido adir, y no hubiera en el segundo grado otro ninguno que pueda y quiera suceder, sucedan entonces en el lugar de los que rehusan los que del tercer grado hemos enumerado en la presente ley. Habiéndose de observar también esto, que la sucesión se divida no por estirpe, sino por cabeza; siendo procedentes todas las demás sucesiones conforme al derecho observado hasta el tiempo presente, y no habiéndose de agregar ninguno de los cognados á los mencionados grados y á la determinación del derecho agnaticio, sino que conservará incólume su propio orden y su proximidad.

§ 4.—Mas á las personas que del derecho de cognación las hemos pasado á las sucesiones legítimas las sujetamos á su vez también al gravamen de la tutela, por supuesto, si fueran varones y de edad perfecta, á tenor de nuestra constitución, á fin de que no solamente experimenten lucro, sino que también estén sujetas á gravamen.

§ 5.—Pero si ocurrieron ya algunos casos, y fueron resueltos por sentencia judicial ó por trans-

(1) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Hal.;* **sint,** *las demas ed.*

(2) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf.:* mixti [misti], *Hal. y los demás. Pero* sui cum emancipatis, *añade la ed. Nbg., é igualmente el ms. Gt., y la ed. Schf.*

(3) omnes aequo iure, *los mms. Bg. Gt.;* integro iure omnes, *el ms. Pl. 2, y la ed. Schf.;* omnes invicem aequo iure, *el ms. Pl. 1.*

(4) ex legitima, *el ms. Bg.*

(5) consanguineae, *todos los mms. de Russ., y las ed. Nbg. Hal. Bk.; pero con el texto nuestros Cod.*

(6) et, *omitenla los mms. Bg. Gt., y la ed. Schf.;* eodemque, *el ms. Pl. 1.*

(7) autem, *insertan el ms. Gt., y la ed. Schf.*

(8) *Los mms. Pl. 1. Bg., y Hal.* **in stirpem,** *el ms. Gt., y la ed. Nbg.;* in stirpes, *los demas.*

(9) tenente, *los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt.;* **tenentem,** *la ed. Schf.*

(10) cognationum, *el ms. Pl. 1.*

(11) *Los mms. Pl. 2. Bg. Gt., y la ed. Schf.:* et si, *el ms. Pl. 1.;* si, *omitiendo* et, *las ed. Nbg. Hal. y las demás.*

(12) amicalem, *los mms. Pl. 1. Bg. Gt., y Hal. Russ. Cont 62.*

Digitized by Google

actionem sopiti sunt, nullam sentiant ex hac lege retractationem.

Dat. Idib. Octob. Constantinop. Dn. IUSTINIANO A. PP. IV. et PAULINO V. C. Conss. [534.]

acción amistosa, no sufran en virtud de esta ley ninguna revocación.

Dada en Constantinopla los Idus de Octubre, bajo el cuarto consulado del señor JUSTINIANO, Augusto perpétuo, y el de PAULINO, varón esclarecido. [534.]

TIT. LIX

COMMUNIA DE SUCCESSIONIBUS

1. *Impp.* DIOCLETIANUS *et* MAXIMIANUS *AA. et CC.* VARIANAE.— Scire debuisti, fratre emancipato potiorem eam, quae in familia mansit, in alterius emancipati bonis non haberi, sed eos pariter, si solemniter petierint bonorum possessionem, succedere.

S. XV. Kal. Iun. Sirmii, Caess. Conss. [294—302.]

2. *Iidem AA. et CC.* APOLLINARI (1). — Si pater tuus propiori (2) sobrino tuo agnato constituto et intestato defuncto, civili iure adita hereditate, vel hoc ab initio non interveniente, seu capitis deminutione peremto, solemniter bonorum possessione admissa, successit, ac tibi patris tui quaesita hereditas est, adire praesidem provinciae debes, ac tutorem eius de tutela convenire.

Dat. XIV. Kal. Iun. Veronae, AA. Conss. [299—304.]

3. *Iidem AA. et CC.* ULPIANAE.—Vitrico privigni successionem intestati (3) civili vel honorario iure non deberi, certissimum est.

S. XV. Kal. Mart. Sirmii, Caess. Conss. [300—305.]

4. *Iidem AA. et CC.* ASTERIO. — Servus successores habere non potest.

Dat. Non. (4) April. Sirmii (5), Caess. Conss. [300—305.]

5. *Iidem AA. et CC.* IUSTINAE. — Amitae, cui successisse filios suos proponis, hereditatem tuo nomine non recte petis. Sed quoniam hos etiam intestatos diem functos asseveras, siquidem hi, quos privignos eiusdem amitae dicis, eorum consanguinei fuerint, fratres tam agnationis quam cognationis iure secundo gradu constitutos tibi praeferri, non ambigitur. Nam (6) si, amitinis tuis alio etiam patre natis, nunquam eorum matris privigni sunt (7), admisisse te bonorum possessionem probans, eorum vindica successionem.

S. XII. Kal. Mart. Caess. Conss. [300—305.]

6. *Iidem AA. et CC.* PUBLICIANO. — Avunculo priori, qui est in tertio gradu, quam consobrino,

TÍTULO LIX

DISPOSICIONES COMUNES SOBRE LAS SUCESIONES

1. *Los Emperadores* DIOCLECIANO *y* MAXIMIANO, *Augustos y Césares, á* VARIANA.— Debiste saber, que no es considerada preferente al hermano emancipado, en los bienes de otro emancipado, la que permaneció en la familia, sino que ellos suceden juntamente, si solemnemente hubieren pedido la posesión de los bienes.

Sancionada en Sirmio á 15 de las Calendas de Junio, bajo el consulado de los Césares. [294—302.]

2. *Los mismos Augustos y Césares á* APOLINAR.— Si tu padre le sucedió al hijo de tu primo hermano, que era agnado y falleció intestado, habiendo adido por derecho civil la herencia, ó, no habiendo mediado esto desde un principio ó habiendo fallecido con disminución de cabeza, habiendo admitido solemnemente la posesión de los bienes, y se adquirió para tí la herencia de tu padre, debes dirigirte al presidente de la provincia y demandar con la acción de tutela al tutor de aquel.

Dada en Verona á 14 de las Calendas de Junio, bajo el consulado de los Augustos. [299—304.]

3. *Los mismos Augustos y Césares á* ULPIANA.— Es muy cierto que ni por derecho civil ni por el honorario se le debe al padrastro la sucesión del hijastro que fallece intestado.

Sancionada en Sirmio á 15 de las Calendas de Marzo, bajo el consulado de los Césares. [300—305.]

4. *Los mismos Augustos y Césares á* ASTERIO.— El esclavo no puede tener sucesores.

Dada en Sirmio las Nonas de Abril, bajo el consulado de los Césares. [300—305.]

5. *Los mismos Augustos y Césares á* JUSTINA.— No pides con fundamento en tu propio nombre la herencia de tu tía paterna, á la que, según exponés, sucedieron sus hijos. Pero como aseveras que también éstos fallecieron intestados, si los que dices que fueron hijastros de la misma tía paterna hubieren sido consanguíneos de ellos, no es dudoso que los hermanos, que se hallan en segundo grado, son preferidos á tí, por derecho tanto de agnación como de cognación. Porque si, habiendo nacido tus sobrinos también de otro padre, no son hijastros de la madre de aquellos, probando que tú aceptaste la posesión de los bienes, reivindicarás su sucesión.

Sancionada á 12 de las Calendas de Marzo, bajo el consulado de los Césares. [300—305.]

6. *Los mismos Augustos y Césares á* PUBLICIANO. —Es de derecho cierto, que al tío materno, que

(1) Apollinario, *otros.*
(2) *Los mms. Pl. 1. Bg. Gt., las ed. Nbg. Schf.; Brisson. de V. S. en la palabra* Prope, *y Cujacio:* proiori, *el ms. Pl. 2.:* propius, *Hal. y los demás; pero* ἐγγυτέρῳ sobrino, *Schol. Bas., en que se lee* τὸ κατὰ πόδα.
(3) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf.:* intestato, *Hal. y los demás.*
(4) III. Kal., *ley 8. C. III 31.*
(5) *El lugar, que falta en Hal. y en los demás, lo indica Cujacio.*
(6) quamquam, *el libro de Aured. según Char. al márgen.*
(7) Nam si amitinis—natis non consanguinei eorum matris privigni sunt, *conjetura Cujacio, Obss. XII. 7.*

Digitized by Google

qui sequentem occupat, deferri successionem intestati, certi iuris est.

Suppos. Kal. Octob. Caess. Conss. [300—305.]

7. *Iidem AA. et CC.* NICOLAO. — Affinitatis iure nulla successio promittitur (1).

S. Id. Octob. (2) Caess. Conss. [300—305.]

8. *Iidem AA. et CC.* IUSTAE. — Antequam scriptus (3) cuiuscunque portionis capax repudiet hereditatem vel alia ratione quaerendae facultatem amittat, ei, qui testamentum reliquit, intestato nemo succedit. Igitur perspicis, quod testamentariae successionis spe durante, intestato (4) bona defuncti non recte vindicentur.

S. VI. Idib. Mart. Retiariae (5), Caess. Conss. [300—305.]

9. *Iidem AA. et CC.* SOPATRO. — Ancillae dominus liberi hominis, cum quo contubernium haec habuit, per hanc coniunctionem (6) successionem vindicare non potest.

S. XV. Kal. Ianuar. Nicomediae, Caess. Conss. (7) [300—305.]

10. *Iidem AA. et CC.* DANUBIO (8). — Nutritoribus hoc nomine nec civili nec honorario iure defertur hereditas.

S. VI. Kal. Ianuar. Caess. Conss. [300—305.]

NOVA CONSTITUTIO FRIDERICI *Imperatoris de statutis et consuetudin. contra libertat. eccles. editis.* § *Omnes peregrini.* — Omnes peregrini et advenae libere hospitentur, ubi voluerint, et hospitati, si testari voluerint, de rebus suis liberam ordinandi habeant facultatem; quorum ordinatio inconcussa servetur. Si (9) vero intestati decesserint, ad hospitem nihil perveniet (10), sed bona ipsorum per manus episcopi loci, si fieri potest, heredibus tradantur, vel in pias causas erogentur. Hospes vero, si aliquid ex talium bonis contra hanc constitutionem nostram habuerit, episcopo triplum restituat, quibus visum ei fuerit (11), assignandum, non obstante statuto aliquo, aut consuetudine, seu privilegio (12), quae hactenus contrarium inducebant. Si qui autem contra hanc nostram constitutionem venire praesumserint, eis de rebus suis testandi interdicimus facultatem, ut in eo puniantur, in quo deliquerunt (13), alias, prout culpae qualitas exegerit, puniendi.

11. *Imp.* IUSTINIANUS *A.* DEMOSTHENI *P. P.*—Sancimus, quemadmodum de his rebus, quae liberis

(1) *Los mms. Pl. 2. Gt., y Cuyacio:* permittitur, *los mms. Pl. 1. Bg., y las ed.; pero* ἐπέγγλεται, *las Bas.*
(2) D. pd. n. oct., *el ms. Pist.*
(3) *El ms. Pl. 1., todos los mms. de Russ., y Cont. 62.:* heres, *insertan los mms. Pl. 2. Bg., y las demas ed.; pero se debe omitir según Schol. Bas., en el que se lee:* τὸ κατὰ πόδα.
(4) intestati, *los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf.;* ἐξ ἀδιαθέτου, *Schol. Bas.*
(5) *Acaso se deba leer* Treviris.

está en tercer grado, se le defiere la sucesión del intestado, antes que al primo hermano, que ocupa el siguiente.

Establecida las Calendas de Octubre, bajo el consulado de los Césares. [300—305.]

7. *Los mismos Augustos y Césares á* NICOLAO.—Por derecho de afinidad no se promete ninguna sucesión.

Sancionada los Idus de Octubre, bajo el consulado de los Césares. [300—305.]

8. *Los mismos Augustos y Césares á* JUSTA.—Antes que el instituído, con capacidad para una porción cualquiera, repudie la herencia ó pierda por otra razón la facultad de reclamarla, nadie sucede abintestato al que dejó testamento. Asi, pues, claramente ves, que, mientras dura la esperanza de la sucesión testamentaria, no se reivindicarán con razón, abintestato, los bienes del difunto.

Sancionada en Reciaria á 6 de los Idus de Marzo, bajo el consulado de los Césares. [300—305.]

9. *Los mismos Augustos y Césares á* SOPATRO.—El dueño de una esclava no puede reivindicar por razón de la unión la sucesión del hombre libre con el cual aquella tuvo contubernio.

Sancionada en Nicomedia á 15 de las Calendas de Enero, bajo el consulado de los Césares. [300—305.]

10. *Los mismos Augustos y Césares á* DANUBIO.—A los que dan alimentos no se les defiere por tal título la herencia ni por derecho civil, ni por el honorario.

Sancionada á 6 de las Calendas de Enero, bajo el consulado de los Césares. [300—305.]

NUEVA CONSTITUCIÓN *del Emperador* FEDERICO *sobre las disposiciones y costumbres establecidas contra las libertades de la Iglesia.* § *Omnes peregrini.*—Hospédense libremente, donde quisieren, todos los peregrinos y extranjeros, y tengan los hospedados, si quisieren testar, libre facultad para disponer de sus bienes; cuya disposición será guardada incólume. Mas si hubieren fallecido intestados, no irá nada al hospedero, sino que, si puede hacerse, entréguenseles sus bienes á los herederos por mano del obispo de la localidad, ó inviértanse en causas pías. Mas si el hospedero hubiere detentado contra esta constitución nuestra alguna cosa de los bienes de aquellos, restitúyale el triplo al obispo, para destinarlo á lo que á él le pareciere, sin que obste ninguna disposición, ó costumbre, ó privilegio, que hasta ahora establecían lo contrario. Mas si algunos hubieren intentado contravenir á esta constitución nuestra, les privamos de la facultad de testar de sus propios bienes, á fin de que sean castigados en lo mismo en que delinquieron, debiendo ser en otro caso castigados conforme lo exigiere la calidad de su culpa.

11. *El Emperador* JUSTINIANO, *Augusto, á* DEMÓSTENES, *Prefecto del Pretorio.*—Mandamos, que, asi

(6) commixtionem, *la ed. Nbg., a la cual siguen Hal. Russ. Cont. 62.; pero contra todos los mms. de Russ. y de Cont.*
(7) D. XV. K. iun. annast. hic. cc. cs., *el ms. Pist.*
(8) Danulo, *otros.*
(9) qui, *la constitución original.*
(10) perveniat, *la ed. Nbg. y la constitución original.*
(11) cui visum fuerit, *la constitución original.*
(12) privilegiis, *la constitución original.*
(13) deliquerint, *la constitución original.*

Digitized by Google

in sacris constitutis ex occasione maritali acquisitae sunt, certus destinatus est ordo, ut, si quis ex his ab hac luce fuerit subtractus, pars eius, quam lucratus fuerat (1), ad liberos eius vel nepotes vel pronepotes (2) concedatur (3), quibus non exstantibus (4), ad fratres suos ex eodem matrimonio progenitos, vel si etiam non supersint, ad fratres ex aliis nuptiis procreatos, quumque nemo eorum fuerit relictus, tunc ad patrem perveniat; ita et de his, quae (5) materna linea per quamcunque occasionem (6) vel inter vivos, vel per ultimas dispositiones, vel ab intestato descendunt, similis ordo servetur, primo in filii vel filiae successionem posteritate eius vocanda, eaque non inventa, fraterno consortio eiusdem vel alieni matrimonii secundum praedictum ordinem arcessito; tunc ad ultimum locum pater a legibus conclametur, et sui filii non gratam hereditatem relictam, sed triste lucrum sibi lugeat acquisitum. In omnibus videlicet casibus, in superstite sobole liberorum et fratribus adhuc viventibus, qui ad hereditatem defuncti patrem antecedunt, usufructu rerum, quarum dominium ad eos pervenit, apud parentes remansuro.

Dat. XV. Kal. Octob. Chalcedone, Decio V. C. Cons. [529.]

Authent. *de consanguineis et uterinis fratribus. § 1. (Nov. 84. c. 1.)* — Itaque mortuo patrefamilias si filius decedat intestatus sine liberis, relictis fratribus (7), aliis consanguineis, aliis uterinis, quibusdam (8) ex utroque parente coniunctis, in eos solos transmitti hereditatem, qui utrimque (9) connexi sunt.

como respecto á los bienes que con ocasión del marido se adquirieron para los hijos constituídos bajo la patria potestad se estableció cierto orden, de suerte que, si alguno de ellos hubiere fallecido, su parte con que se había lucrado sea concedida á sus hijos, ó nietos, ó biznietos, y, no existiendo éstos, á sus hermanos nacidos del mismo matrimonio, ó, si tampoco éstos existieran, á los hermanos procreados de otras nupcias, y cuando no hubiere quedado ninguno de éstos vaya á poder del padre; así también se observe el mismo orden respecto á los bienes que por cualquier ocasión provienen ó entre vivos, ó por últimas disposiciones, ó abintestato, de la línea materna, debiéndose llamar á la sucesión del hijo ó de la hija primeramente su descendencia, y siendo llamado, no hallándose ésta, el conjunto de los hermanos del mismo matrimonio, ó de otro, según el orden antes establecido; y en último lugar sea llamado por las leyes el padre, y llore éste no la grata herencia dejada por su hijo, sino el triste lucro adquirido para sí. Debiendo de quedar, por supuesto, en todos los casos á favor de los padres, cuando sobrevive descendencia de los hijos y viven todavía los hermanos, que en la herencia del difunto preceden al padre, el usufruto de los bienes cuyo dominio vá á poder de aquellos.

Dada en Calcedonia á 15 de las Calendas de Octubre, bajo el consulado de Decio, varón esclarecido. [529.]

Auténtica *de consanguineis et uterinis fratribus. § 1. (Nov. 84. c. 1.)* — Así, pues, si muerto el padre de familia, fallece intestado el hijo sin descendientes, habiendo dejado hermanos, unos consanguíneos, otros uterinos, y algunos unidos por padre y madre, la herencia se transmite á aquellos solos que están unidos por ambas partes.

TIT. LX

DE BONIS MATERNIS (10) ET MATERNI GENERIS

1. *Imp.* Constantinus *A. Consulibus, Praetoribus, Tribunis plebis* (11), *Senatui salutem* (12).—Res, quae ex matris successione, sive ex testamento sive ab intestato, fuerint ad filios devolutae, ita sint in parentum potestate, ut (13) fruendi duntaxat habeant (14) facultatem, dominio videlicet earum (15) ad liberos pertinente. Parentes autem, penes quos maternarum rerum utendi fruendique tantum potestas est, omnem debent tuendae rei diligentiam adhibere, et quod iure filiis debetur, in examine per se vel per procuratorem poscere, et sumtus ex fructibus impigre facere, et litem inferentibus resistere, atque ita omnia agere, tanquam solidum perfectumque dominium eis acquisitum fuisset (16), et personam gerant legitimam, ita ut, si quando rem alienare voluerint, emtor vel is, cui

TÍTULO LX

DE LOS BIENES MATERNOS Y DE ORÍGEN MATERNO

1. *El Emperador* Constantino, *Augusto, á los Cónsules, Pretores, Tribunos de la plebe, y Senado, salud.*—Los bienes que por la sucesión de la madre, ya en virtud de testamento, ya abintestato, hubieren sido adjudicados á los hijos, queden en poder de los ascendientes de tal suerte, que tengan éstos la sola facultad de disfrutarlos, pero perteneciéndoles su dominio á los hijos. Mas los ascendientes en quienes queda la sola facultad de usufructuar los bienes maternos, deben mostrar toda diligencia en cuidar de ellos, pedir en juicio por sí ó por procurador lo que en derecho se les debe á los hijos, pagar pronto los gastos con los frutos, oponerse á los que promuevan litigio, y hacerlo todo lo mismo que si se hubiese adquirido para ellos firme y completo el dominio; y lleven la re-

(1) **est**, *los mms. Pl. 1. 2. Bg., y la ed. Schf.*
(2) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los de Russ., y las ed. Nbg. Schf. Cont. 62.:* **vel pronepotes**, *omítenlas las demás ed.*
(3) **cedat**, *el ms. Bg. antes de la enmienda;* **concedat**, *los mms. Pl. 1. Gt.*
(4) **existentibus**, *los mms. Pl. 1. 2. Gt., y Hal.*
(5) **a**, *inserta el ms. Bg.;* **ex**, *insertan los mms. Pl. 1. 2. Gt., y las ed. Nbg. Schf.*
(6) **sint**, *inserta el ms. Pl. 1.;* **sunt**, *insertan los mms. Bg. Gt.;* **sunt acquisita**, *inserta la ed. Schf.*
(7) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg.:* **et**, *añaden las ed. Schf. Hal. Russ.;* **et sororibus**, *añaden las ed. Nbg. Cont. y las demás.*
(8) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg.:* **quibus**, *la ed. Schf.:* **aliis quibusdam**, *la ed. Nbg.:* **quibusdam etiam**, *Hal. Russ.:* **et quibusdam**, *Cont. y los demás.*
(9) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg.:* **ex utroque parente**, *la ed. Nbg.;* **utroque latere**, *las ed. Schf. Hal. Russ.;* **ex utroque latere**, *Cont. y los demás.*
(10) **paternis**, *el ms. Cas.*
(11) **plebis**, *omítela S. Perus.*
(12) *Los mms. Pist. Cas. Vat. Pl. 1. Bg., y S. Perus.:* **S.**, *Hal. y los demás;* **salutem dicit**, *el C. Theod.*
(13) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., las ed. Nbg. Hal. Cont. 62., y el C. Theod.;* **utendi**, *insertan las ed. Schf. Russ. Cont. 66. y las demás.*
(14) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Hal.:* **in diem vitae**, *insertan las ed. Schf. Russ. y las demás, contra el C. Theod.*
(15) **rerum**, *insertan los mms. Pl. 1. 2. Bg., y la ed. Nbg.*
(16) **eis acquisitum fuisset**, *omítelas el C. Theod., y dice Cont. al márgen que falta en algunos códices.*

Digitized by Google

res donatur, observet, ne unquam (1) partem earum rerum, quas alienari prohibitum est, sciens accipiat vel ignorans. Docere enim pater debet, proprii iuris eam rem esse, quam donat aut distrahit; et emtori, si velit, fideiussorem licebit accipere, quia nullam poterit praescriptionem opponere filiis quandoque (2) rem suam vindicantibus.

Dat. XV. Kal. August. Aquileia (3). Recitata apud VETTIUM (4) RUFINUM (5) P. U. in Senatu Non. Septemb., CONSTANTINO A. V. et LICINIO Caes. (6) Conss. [319.]

AUTHENT. *de nuptiis.* § *Sed quod sancitum est.* (*Nov. 22. c. 24.*)—nisi tricennale tempus transeat, quo possessor dominus fit (7), et detentatio accipientes dominos faciat vel constituat, tempore incipiente filiis currere, ex quo suae potestatis esse apparuerint, nisi tamen aliquem impuberem aetas adiuvet (8).

2. *Impp.* ARCADIUS *et* HONORIUS *AA.* FLORENTINO (9) *P. U.* (10).—Quidquid avus, avia, proavus, proavia ex materna linea venientes (11) nepoti, nepti, pronepoti, pronepti testamento, fideicommisso, legato, donatione, vel alio quolibet titulo largitionis, vel etiam intestati successione contulerint, pater filio filiaeve integra illibataque custodiat (12), ut vendere, donare, relinquere, alteri obligare, sicut nec materna bona, (13) non possit, usufructu duntaxat ad eum pertinente, ita ut, quemadmodum ipse super his rebus (14) licentiam totius potestatis amittit, defuncto eo, filio filiaeve praecipua computentur, nec ab illis, qui ex patre (15) sunt coheredes, vindicentur.

Dat. Id. Octob. Mediolano (16), OLYBRIO et PROBINO (17) Conss. [395.]

3. *Impp.* THEODOSIUS *et* VALENTINIANUS *AA. ad Senatum urbis Romae* (18).—Si viva matre emancipati sunt filii, et postea decessit (19) mater, quoniam omni commodo destituitur pater, nec retinet usumfructum, viriles ei inter filios, sive unus sive plures sunt (20), ususfructus tribuimus portiones.

§ 1.—Sin vero mulier moriens alios ex filiis emancipatos a patre, alios in patria potestate dimi-

(1) ne quam, *las ed. Nbg. Hal. Russ. Bk., y el C. Theod., contra nuestros mms.*
(2) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., Hal. Cont. 62., y el C. Theod.:* quando unque, *las demás ed.*
(3) *El ms. Pist., el C. Theod. y la ed. Haenel.:* Aquileiae, *otros. Hal. y los demás, excepto Bk., añaden* Sabino et Rufino Conss., *contra el C. Theod. y el ms. Pist.*
(4) *El C. Theod., y Bk.:* Vectium, *Hal. y los demás.*
(5) Recitata apu ecia rufinu, *el ms. Pist.*
(6) *El C. Theod., la ed. Haenel., Bk., y el ms. Pist.:* in Senatu—Conss., *omiten las Hal. Russ.; el número* V. *y* Caes., *omiten los Cont. 66. y después los demás; Cont. 62. omite el número* V., *pero añade* V. C. *después de* Licinio.
(7) Nisi tricennalem, qua possessor fit dominus, *el ms. Bg., en el cual concluye con estas palabras la auténtica; lo mismo en el ms. Pl. 2., salvo que en él se añade* ex quo actiones movere potuerit.
(8) apparuerit ubi et impubes aetas adiuvet adhuc., *la ed. Schf. Véase la Nov. 22. cap. 21.*
(9) *El ms. Bg., y el C. Theod.:* Florentio, *Hal. y los demás.*
(10) *El C. Theod.:* P. P., *los mms. y las ed. del Cód. de Just. excepto Bk.*

presentación legítima de tal suerte, que si alguna vez quisieren enajenar una cosa, cuide el comprador, ó aquel á quien se le dona la cosa, de no adquirir nunca á sabiendas ó ignorándolo parte de estos bienes, que se prohibió fuesen enajenados. Porque el padre debe advertir que es de su propio derecho la cosa que dona ó enajena; y al comprador le será lícito recibir, si quisiera, fiador, porque no podrá oponerles ninguna prescripción á los hijos si alguna vez reivindican una cosa suya.

Dada en Aquilea á 15 de las Calendas de Agosto. Recitada en el Senado ante VECIO RUFINO, Prefecto de la Ciudad, las Nonas de Septiembre, bajo el quinto consulado de CONSTANTINO, Augusto, y el de LICINIO, César. [319.]

AUTÉNTICA *de nuptiis.* § *Sed quod sancitum est.* (*Nov. 22. c. 24.*) — á no ser que transcurra el espacio de tiempo de treinta años, con el cual el poseedor se hace dueño, y la detentación haga ó constituya dueños á los que reciben la cosa, comenzando á correr para los hijos el tiempo desde que aparecieren ser de propia potestad, á no ser que, sin embargo, la edad favorezca á algún impúbero.

2. *Los Emperadores* ARCADIO *y* HONORIO, *Augustos, á* FLORENTINO, *Prefecto de la Ciudad.*—Cualquier cosa que el abuelo ó la abuela, ó el bisabuelo ó la bisabuela, pertenecientes á la linea materna, hubieren transmitido á un nieto ó nieta, ó á un biznieto ó biznieta, por testamento, fideicomiso, legado, donación, ú otro cualquier título de liberalidad, ó aun por sucesión intestada, consérvesela el padre íntegra y sin menoscabo á su hijo ó hija, de suerte que no pueda venderla, donarla, dejarla, ú obligarla á otro, así como tampoco puede los bienes maternos, perteneciéndole á él solamente el usufruto, de modo que, así como él pierde sobre estos bienes la concesión de toda potestad, fallecido él, se computen privativos para el hijo ó para la hija, y no sean reivindicados ni por los que por parte del padre son coherederos.

Dada en Milán los Idus de Octubre, bajo el consulado de OLIBRIO y de PROBINO. [395.]

3. *Los Emperadores* TEODOSIO *y* VALENTINIANO, *Augustos, al Senado de la ciudad de Roma.*—Si viviendo la madre fueron emancipados los hijos, y después falleció la madre, como el padre está privado de toda utilidad, y no retiene el usufruto, le concedemos porciones viriles del usufruto entre los hijos, ora haya uno, ora muchos.

§ 1.—Mas si la mujer hubiere dejado al morir á algunos de los hijos emancipados por el padre, y á

(11) ex materna linea venientes, *omitelas el C. Theod., Consult.*
(12) *En* custodiat *termina Consult.*
(13) relinquere alteri aut obligare, *omitiendo* sicut—bona, *el C. Theod.*
(14) rebus, *omitenla el ms. Gt., y el C. Theod.; tampoco se halla su equivalente en las Bas.*
(15) *Los mms. Pl. 1. 2. Gt. Bg., todos los mms. de Russ., las ed. Nbg. Cont. 62., var. l gl., y Cuyacio Obss. XVIII. 9.:* parte, *las ed. Schf. Hal. y las demás. Con el texto las Bas., que dicen:* ἀπὸ τοῦ πατρός, *y el C. Theod.* ab illis, qui ex patre sunt, consortibus vindic.
(16) *El C. Theod. y la ed. Haenel.:* Mediolani, *Cont. 62., y Bk.; el lugar lo omiten los demás.*
(17) Olibrio et Probo, *el ms. Pist.*
(18) Post alia, *segun el C. Theod. inserta Cont. 62.*
(19) decesserit, *los mms. Pl. 1. 2. Bg., y las ed. Nbg. Schf.*
(20) *Los mms. Pl. 1. Bg. Gt., la ed. Schf., y el C. Theod.:* sint, *los demas.*

Digitized by Google

serit, in hoc (1) casu dispari utetur maritus defunctae beneficio; quo casu (2) utrisque (3) praescripsimus (4), id est circa eorum quidem portionem, quos adhuc in sacris retinet (5), usumfructum ex legum auctoritate retinebit (6), et praemium delatae (7) emancipationis, quum volet, accipiet, in eorum vero parte, quos exisse de potestate viva matre constiterit, usumfructum virilis inter eos portionis secundum praescripta percipiet.

§ 2.—In nepotibus etiam vel neptibus hoc observandum (8) esse censemus, ut maritus, qui uxore mortua, non exstantibus filiis, cum solis nepotibus vel neptibus ex hac lege ad emolumentum vocandus est, si unus vel una pluresve nepotes ex filio uno vel pluribus, qui in potestate defecerunt, procreati sunt, hoc iure utatur, quod de filiis constitutum est. Nam licet hoc novum praesens lex constituat in nepotes, non est tamen ab re (9), ut in hoc casu deteriores esse nepotibus filii non sinantur. Habeat igitur avus veniens cum nepotibus in potestate durantibus usumfructum bonorum omnium, quae ex defunctae aviae successione delata sunt. Quum vero his quoque libertatem emancipatione largitur, similiter et ab ipsis, sicut de filiis constitutum est, praemium (10) manumissionis accipiat, vel, si ex pluribus alteros manumittit (11) alteros retinet (12), ex parte manumissorum legitimum praemium (13), ex parte vero in potestate manentium retineat usumfructum.

§ 3.—Quodsi nepotes sint neptesve aut ex emancipato filio aut ex filia procreati, aut ab ipso avia vivente (14) sacris dimissi, idem avus virilis cum ipsis portionis habeat usumfructum. Si vero ex nepotibus neptibusve tempore, quo in aviae successionem vocantur, alii in avi sunt potestate, id est mariti defunctae (15), alii sui iuris sunt, circa personas quidem eorum, qui in potestate consistunt, et in usufructu consequendo et in (16) emancipationis praemio conquirendo ratio supradicta servetur; in his vero, qui sui iuris sunt, facultas capiendi ususfructus virilis inter eos portionis habeatur.

§ 4.—Eadem autem et de pronepotibus utriusque sexus sancimus, manente definitione, quae de singulis sancita est, si (17) filii sint pariter ac nepotes.

Dat. VIII. (18) Id. Novemb. Ravenna (19), Theodosio XII. et Valentiniano II. (20) AA. Conss. [426.]

4. *Imp.* Leo *A.* Callistrato (21) *P. P. per Illy-*

otros en la patria potestad, en este caso el marido de la difunta disfrutará desigual beneficio; en cuyo caso providenciamos para ambas eventualidades, esto es, respecto á la porción de aquellos á quienes retiene todavia en su potestad retendrá el usufruto por ministerio de las leyes, y recibirá, cuando lo quiera, el premio de la emancipación concedida, pero en cuanto á la parte de los que constare que salieron de la patria potestad en vida de la madre, percibirá según lo prescrito el usufruto de una porción viril entre ellos.

§ 2.—Mandámos que también se debe observar esto respecto á los nietos ó nietas, de suerte que el marido, que, muerta su mujer, haya de ser llamado, no quedando hijos, en virtud de esta ley á participar del provecho en unión de solos nietos ó nietas, utilice el mismo derecho que se ha establecido para los hijos, si nacieron uno ó más nietos, ó nietas, de uno ó más hijos, que fallecieron bajo la patria potestad. Porque aunque la presente ley establezca esta novedad respecto á los nietos, no es, sin embargo, fuera de propósito que no se deje que en este caso sean los hijos de peor condición que los nietos. Tenga, pues, el abuelo, concurriendo con los nietos que permanecen bajo potestad el usufruto de todos los bienes, que fueron deferidos en virtud de la sucesión de la abuela fallecida. Mas cuando también á ellos se les concede por la emancipación la libertad, reciba de ellos, del mismo modo que se estableció respecto á los hijos, el premio de la manumisión, ó, si de muchos manumite á unos y retiene á otros, retenga de la parte de los manumitidos el premio legítimo, y de la parte de los que quedan bajo potestad el usufruto.

§ 3.—Pero si los nietos ó las nietas fueron procreados de un hijo emancipado ó de una hija, ó fueron emancipados por él mismo viviendo la abuela, tenga el abuelo junto con ellos el usufruto de una porción viril. Mas si al tiempo en que son llamados á la sucesión de la abuela algunos de los nietos ó algunas de las nietas se hallan bajo la potestad del abuelo, esto es, del marido de la difunta, y otros son de propio derecho, obsérvese respecto á la persona de los que están bajo potestad la regla antes dicha asi para obtener el usufruto, como para adquirir el premio de la emancipación; pero en cuanto á los que son de propio derecho, téngase la facultad de adquirir el usufruto de la porción viril entre ellos.

§ 4.—Y lo mismo sancionamos también respecto á los biznietos de ambos sexos, subsistiendo la distinción que respecto á cada uno se ha sancionado, si al mismo tiempo hubiera hijos y nietos.

Dada en Rávena á 8 de los Idus de Noviembre, bajo el duodécimo consulado de Teodosio y el segundo de Valentiniano, Augustos. [426.]

4. *El Emperador* León, *Augusto, á* Calistrato,

(1) hoc, *omitela el C. Theod., en el cual luego despues se lee* utitur.
(2) quod casui, *el C. Theod.*
(3) *Los mms. Pl. 1. Bg.;* utrique, *el ms. Pl. 2., y las ed.*
(4) praescribimus, *el C. Theod.*
(5) *Los mms. Pl. 1. 2. Gt., todos los mms. de Russ., la ed. Schf., y el C. Theod.;* qui—retinentur, *el ms. Bg., los mms. de Cont., las ed. Nbg. Hal. y las demás.*
(6) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Schf. Cont. 62.;* pater, *insertan las ed. Nbg. Hal. y las demás, contra todos los libros de Russ. y el C. Theod.*
(7) datae, *el ms. Pl. 1.;* debitae, *el C. Theod., el cual dice despues* quam volet, *conforme con el ms. Bg. y la ed. Schf.*
(8) servandum, *el ms. Bg.*
(9) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., las ed. Schf. Hal., y el C. Theod.:* non tamen ab [abs] re est, *los demás.*
(10) trientem pro praemio, *el C. Theod.*
(11) manumittat, *los mms. Pl. 1. 2. Bg., y Hal.*
(12) retineat, *el ms. Pl. 2., y Hal.*
(13) trientem, *por* legitimum praemium, *el C. Theod.*
(14) de, *insertan los mms. Pl. 2. Bg.:* a, *inserta la ed. Schf.;* in, *inserta el C. Theod.*
(15) id est mariti defunctae, *omitelas Hal.*
(16) et in triente ex, *el C. Theod.*
(17) et si, *el ms. Pl. 2., y las ed. Schf. Hal.*
(18) *El C. Theod. y la ed. Haenel.:* VII., *los mms. Pist. Paris., y Sp. Bk.:* VI., *Hal. y los demás.*
(19) *El C. Theod. y la ed. Haenel.:* Ravennae, *Cont. 62., y Bk.; el lugar falta en Hal. y en los demás.*
(20) Theod. XIII. et Valent. III., *Hal. y los demás excepto Bk.*
(21) Caligrato, Callicato, *nuestros mms.:* Colligrato, *S. Perus.; por conjetura* Callicrati, *según la inscripción de la ley 14. C. II. 7.*

Digitized by Google

ricum. — Omnem ambiguitatis confusionem amputantes hac liquida et compendiosa lege sancimus, circa usumfructum maternarum rerum nullam esse differentiam, sive in priore matrimonio pater, ex quo filios habuit, permanere voluerit, sive novercam filiis superduxerit (1), legibus, quae de maternis bonis latae sunt, suam habentibus (2) firmitatem. Patres igitur usumfructum maternarum rerum, etiamsi ad secundas migraverint nuptias, sine dubio habere debebunt, nec ullam filiis vel quibuslibet ex persona eorum contra patres improbam vocem accusationemque (3) posse competere.

Dat. Kal. Septemb. ANTHEMIO A. II. Cons. [468.]

TIT. LXI

DE BONIS, QUAE LIBERIS IN POTESTATE (4) CONSTITUTIS EX MATRIMONIO VEL ALITER (5) ACQUIRUNTUR, ET EORUM ADMINISTRATIONE

1. *Impp.* THEODOSIUS *et* VALENTINIANUS *AA. ad Senatum urbis Romae* (6). — Quum venerandae leges vetuerint patribus iure potestatis acquiri (7), quidquid eorum filiis avus, avia, proavus, proavia (8) a linea materna venientes quocunque titulo contulissent, hoc quoque convenit observari, ut, quidquid vel uxor marito non emancipato, vel maritus uxori in potestate positae quocunque titulo vel iure contulerit sive transmiserit, hoc patri nullatenus acquiratur; atque ideo in eius tantum, cui delatum est, iure durabit.

Dat. VIII. (9) Id. Novemb. Ravennae (10) THEODOSIO XII. et VALENTINIANO II. AA. Conss. [426.]

2. *Iidem AA.* (11) HIERIO *P. P.* — Constitutionis novae capitulum clariore interpretatione sancimus, ut, quae per filios, nepotes, pronepotes, itemque filias, neptes, proneptes, quamvis in potestate sint, minime acquiri (12) decrevimus a marito vel uxore quocunque titulo collata sive ultima transmissa voluntate, nullus ad id quoque pertinere existimet, quod ab ipso parente datum vel (13) dotis vel ante nuptias donationis causa (14) pro una ex memoratis personis praestitum fuerat, ut minime ad eum, si casus tulerit, revertatur (prospiciendum est enim, ne hac iniecta formidine parentum circa liberos munificentia retardetur); sed ut his potestatis iure ad parentes reversis, ceterarum rerum (15), quae ex substantia speciali coniugis ad superstitem

(1) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y la ed. Schf.:* superinduxerit, *las ed. Nbg. Hal. y las demas.*
(2) moderantibus, *todos los libros de Russ.*
(3) improba voce accusationem, *el ms. Bg., y las ed. Nbg. Schf.:* improbam vocem causationemque, *los mms. Pl. 1. Gt.:* φωνὴ ἢ αἰτίασις, *las Bas.*
(4) *Los mms. Pist. Cas. Vat. Pl. 1. 2. Bg. Gt., las ed. Nbg. Schf. Hal., y S. Perus.:* patris, *insertan Russ. y los demas.*
(5) *Los mms. Pist. Cas. Vat. Pl. 1. 2. Bg. Gt., las ed. Nbg. Schf. Hal., y S. Perus.:* alias, *Russ. y los demas.*
(6) urbis Romae, *omitenlas los mms. Pist. Cas. Vat. Pl. 1. Bg., Hal., el C. Theod., y S. Perus. Pero Cont. 62. y despues los demas añaden* post alia, *segun el C. Theod. y contra los libros mms. del Cód.*
(7) conquiri, *el C. Theod.*

Prefecto del Pretorio de Iliria.—Quitando toda confusión de ambigüedad mandamos por esta clara y compendiosa ley, que respecto al usufruto de los bienes maternos no haya ninguna diferencia, ora el padre hubiere querido permanecer en el primer matrimonio, de que tuvo los hijos, ora les hubiere dado madrastra á los hijos, conservando su vigor las leyes que sobre los bienes maternos se han promulgado. Asi, pues, los padres deberán tener sin duda el usufruto de los bienes maternos, aunque hayan pasado á segundas nupcias, y á los hijos ó á otros cualesquiera en representación de ellos no les puede competer contra los padres ninguna injusta reclamación y acusación.

Dada las Calendas de Septiembre, bajo el segundo consulado de ANTEMIO, Augusto.]468.]

TÍTULO LXI

DE LOS BIENES QUE POR VIRTUD DEL MATRIMONIO Ó DE OTRO MODO SE ADQUIEREN PARA LOS HIJOS CONSTITUÍDOS EN PATRIA POTESTAD, Y DE SU ADMINISTRACIÓN

1. *Los Emperadores* TEODOSIO *y* VALENTINIANO, *Augustos, al Senado de la ciudad de Roma.* — Habiendo vedado las venerandas leyes que por derecho de potestad se adquiera para los padres cualesquiera cosas que á sus hijos les hubieren transferido por cualquier titulo el abuelo, la abuela, el bisabuelo, ó la bisabuela pertenecientes á la linea materna, conviene que también se observe esto para que de ningún modo se adquiera para el padre cualquiera cosa que por cualquier titulo ó derecho hubiere conferido ó transmitido ora la mujer al marido no emancipado, ora el marido á la mujer constituida bajo potestad; y por lo tanto permanecerá en el derecho de aquel solo á quien le fué deferida.

Dada en Rávena á 8 de los Idus de Noviembre, bajo el duodécimo consulado de TEODOSIO y el segundo de VALENTINIANO, Augustos. [426.]

2. *Los mismos Augustos á* HIERIO, *Prefecto del Pretorio.* — Sancionamos con más clara interpretación un capitulo de la nueva constitución, á fin de que lo que decretamos para que de ninguna manera se adquiera por medio de los hijos, nietos, ó biznietos, y también de las hijas, nietas, ó biznietas, aunque estén bajo potestad, las cosas con cualquier titulo conferidas por el marido ó la mujer, ó transmitidas por última voluntad, no estime nadie que se refiere también á lo que por el mismo ascendiente habia sido dado, ó en pró de una de las mencionadas personas entregado por causa de dote ó de donación de antes de las nupcias, para que de ningún modo revierta á él, si llegare el caso, (pues también se ha de mirar á que no se reprima

(8) alio modo. *inserta el C. Theod.*
(9) *El C. Theod. y la ed. Haenel.:* VII., *Bk.:* VI., *los mms. Pist. Paris.:* III., *Hal. y los demás.*
(10) Ravenna, *el C. Theod. y la ed. Haenel.*
(11) Impp. Theod. et Valent. AA., *los mms. Pist. Pl. 1. las ed. Nbg. Schf. Hal.:* patri, *todos los mms. de Russ., y pero tambien requiere la omision Schol. Bas.*
(12) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los mms. de Russ., y ms. Gt.*
(13) vel, *omitenla el ms. Bg., y Hal.:* vel dotis, *omitelas el*
(14) datum—causa, *en Schol. Bas. se halla asi:* ὀιδόμενον πρὸ τῶν γαμων ἢ δωρεᾶς ἕνεκεν.
(15) cetera, *omitiendo* rerum, *los mms. Pl. 1. Gt., y la ed. Schf., aprobandolo Schol. Bas.;* ceterarum, *omitiendo* rerum, *los mms. Pl. 2. Bg., y Hal.*

Digitized by Google

devenerant, quamvis idem in sacris sit, fructu (1) tamen solo atque usu parentibus deputato, dominium ei, qui a coniuge vel quae (2) meruit, reservetur, parente pro (3) emancipationis (4) beneficio, si voluerit, sicut in maternis rebus, vel quae per eandem lineam veniunt, praemium habituro.

Dat. X. (5) Kal. Mart. Constantinop. (6) FELICE et TAURO (7) Conss. [428.]

3. *Iidem AA.* FLORENTIO (8) *P. P.*—Quod scitis prioribus continetur, nec a filia, quae in potestate est, donationem ante nuptias patri, nec a filio dotem acquiri, eo addito confirmamus, ut, defunctis his adhuc in potestate patris, si liberis exstantibus moriantur, ad liberos eorum eaedem res iure hereditatis, non ad patres iure peculii transmittantur, nec per nepotes avo videlicet acquirendae. Sin autem idem nepos, superstitibus tam patre quam avo paterno, diem suum sine liberis obierit, eorum dominium, quae ad ipsum ex matre vel ab eius linea pervenerint, non ad avum, sed ad patrem eius perveniat; usufructu videlicet in (9) huiusmodi casibus avo, dum supererit, servando (10).

Dat. VII. Id. Septemb. Constantinop. THEODOSIO A. XVII. et FESTO Conss. [439.]

4. *Impp.* LEO *et* ANTHEMIUS *AA.* ERYTHRIO *P. P.*—Quaecunque res ad filium vel filiam, nepotes sive pronepotes utriusque sexus in potestate constitutos ex priore, vel secundo, aut tertio, seu numerosiore coniugio pervenerint ex dote vel quacunque donatione, seu hereditate vel (11) legato vel fideicommisso, earum (12) usque in diem vitae suae pater vel avus vel proavus usumfructum habeant; easdem res quocunque modo alienandi vel pignoris seu hypothecae iure obligandi facultate eis penitus interdicta, dominio videlicet earum (13) apud (14) filios et nepotes sive pronepotes utriusque sexus permanente (15), etiamsi ex eodem matrimonio procreati non sint, ex quo eaedem res ad parentes eorum, qui quaeve in potestate sunt, fuerint devolutae. Eo videlicet observando, ut morientium fratrum sororumve portiones, qui quaeve ex eodem matrimonio progeniti vel progenitae sunt, primo quidem ad liberos eorum, ut dictum est, si tamen fuerint, deinde his non exstantibus, ad superstites tantummodo fratres vel sorores eo-

la munificencia de los ascendientes para sus hijos por este temor que se les infunda); sino que, habiendo revertido esto por derecho de potestad á los ascendientes, y concedido á los ascendientes solo el usufruto de los demás bienes, que de la fortuna especial de un cónyuge habían ido al sobreviviente, aunque el mismo estuviera bajo potestad, se le reserve el dominio al que ó á la que lo obtuvo del cónyuge, habiendo de tener el ascendiente, si lo quisiere, por beneficio de la emancipación el premio, como en los bienes maternos ó en los que provienen de la misma línea.

Dada en Constantinopla á 10 de las Calendas de Marzo, bajo el consulado de FÉLIX y de TAURO. [428.]

3. *Los mismos Augustos á* FLORENCIO, *Prefecto del Pretorio.*—Lo que se contiene en las anteriores disposiciones, sobre que por la hija, que está bajo potestad, no se adquiera para el padre la donación de antes de las nupcias, ni por el hijo la dote, lo confirmamos con este aditamento, que, fallecidos ellos estando todavía bajo la potestad del padre, si muriesen quedando descendientes, se les transmitan los mismos bienes por derecho de herencia á sus hijos, no por derecho de peculio á los padres, y sin que, por supuesto, se hayan de adquirir por medio de los nietos para el abuelo. Mas si el mismo nieto hubiere fallecido, sobreviviéndole tanto el padre como el abuelo paterno, el dominio de los bienes, que de la madre ó de la línea de ésta hubieren ido á él, pasará no á su abuelo, sino á su padre; debiéndosele reservar, por supuesto, en tales casos el usufruto al abuelo, mientres viviere.

Dada en Constantinopla á 7 de los Idus de Septiembre, bajo el décimo séptimo consulado de TEODOSIO, Augusto, y el de FESTO. [439.]

4. *Los Emperadores* LEÓN *y* ANTEMIO, *Augustos, á* ERITRIO, *Prefecto del Pretorio.*—Cualesquiera que sean los bienes que por dote ó cualquier donación, ó por herencia, ó legado, ó fideicomiso hubieren ido por razón del primer matrimonio, ó del segundo, ó del tercero, ó de otro posterior, al hijo ó á la hija, ó á los nietos ó biznietos de cualquier sexo constituidos bajo potestad, tengan el usufruto de los mismos hasta el término de su vida el padre, ó el abuelo, ó el bisabuelo; quedando para éstos prohibida en absoluto la facultad de enajenar de cualquier modo estos mismos bienes ó de obligarlos por derecho de prenda ó de hipoteca, y permaneciendo el dominio de ellos en poder de los hijos y nietos ó biznietos de ambos sexos, aunque no hayan sido procreados del mismo matrimonio por virtud del cual tales bienes hubieren sido transmitidos á los ascendientes de los que ó de las que están bajo potestad. Debiéndose, á la verdad, observar esto, que las porciones de los hermanos ó hermanas que fallecen, que nacieron del mismo matrimonio, pasen

(1) usufructu, *las ed. Nbg. Hal.*
(2) *Los mms. Pl. 1. Bg. Gt., y la ed. Schf.:* ei qui vel quae a coniuge, *el ms. Pl. 2., y Cont. al margen:* ei quae a coniuge vel quae, *Cont. 62.:* ei quae a coniuge vel qui a marito, *Hal.;* el quae a coniuge vel quae a marito, *Russ.:* ei qui a coniuge vel quae a marito, *las ed. Nbg. Cont. 66. y las demas: pero nuestra lectura concuerda con Schol. Bas., que dice* ἐκείνῳ ὅστις ἀπὸ τοῦ συζύγου ἢ ἅτις ἀξιώσῃ.
(3) pro, *y despues* beneficio, *los mms. Pl. 2. Bg. Gt.:* per — beneficium, *el ms. Pl. 1., y la ed. Schf.:* propter — beneficium, *las ed. Nbg. Hal. y las demas; pero* ὑπὲρ τῆς εὐεργεσίας, *Schol. Bas.*
(4) etiam, *insertan los mms. Pl. 1. 2.*
(5) X., *omitenla los mms. Pist. Paris.*
(6) *Vease la ley 1. C. VI. 18.; el lugar falta en Hal. y en los demas.*
(7) Probo, *los mms. Pist. Paris.*
(8) Imp. Theod. A. Hierio, *el ms. Pist.*
(9) et in, *el ms. Pl. 1., y la ed. Schf., aprobándolo Schol. Bas.:* ex, *los mms. Pl. 2. Bg., y las ed. Nbg. Hal.*
(10) *Los mms. Pl. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Hal. Cont. 62.:* observando, *el ms. Pl. 1.;* reservando, *las ed. Schf. Russ. y las demas.*
(11) vel, *omitenla el ms. Gt., y las ed. Nbg. Hal.*
(12) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg.:* eorum, *el ms. Bg.:* earum rerum, *las ed.*
(13) earundem, *los mms. Pl. 1. Gt.;* earundem rerum, *el ms. Pl. 2., y la ed. Schf.:* earum rerum, *el ms. Bg.*
(14) ad, *los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf.*
(15) pertinente, *el ms. Gt. por reciente enmienda.*

Digitized by Google

rum perveniant, aut ad superstitem, si ex iisdem fratribus aut sororibus unus unave remanserit. Omnibus autem, qui ex eodem coniugio fuerint procreati, defunctis, tunc demum ad eos, qui ex alio sunt matrimonio editi, easdem res pro virili parte (1) pervenire statuimus; nulla (2) autem ex memoratis personis exsistente, parentes eorum eas percipere. Parentibus vero, quorum sub potestate sunt, usumfructum duntaxat habituris, memoratas res iure potestatis alienandi vel obligandi licentiam denegamus, non prohibendis iisdem liberis, quandocunque (3) sui iuris fuerint, nulla temporali praescriptione obsistente, easdem res omnibus modis vindicare, nisi forte, postquam potestate parentum eos contigerit liberari, tantum temporis effluxerit, ut ex continua et inconcussa tenentis possessione eorum intentio excludatur.

en primer lugar ciertamente, según se ha dicho, á sus hijos, si existieren, y en segundo lugar, no existiendo éstos, solamente á sus hermanos ó hermanas sobrevivientes, ó al que sobreviva, si de los mismos hermanos ó hermanas solamente hubiere quedado uno ó una. Pero habiendo fallecido todos los que hubieren sido procreados en un mismo matrimonio, mandamos que sólo entonces vayan los bienes por partes viriles á los que nacieron de otro matrimonio; y que no existiendo ninguna de las mencionadas personas, los perciban los ascendientes de las mismas. Mas á los ascendientes, bajo cuya potestad están, que han de tener solamente el usufruto, les denegamos facultad para enajenar ú obligar por derecho de potestad los mencionados bienes, no debiéndoseles prohibir á los mismos descendientes, cuando fueren de propio derecho, que, sin oponérseles ninguna prescripción de tiempo, reivindiquen de todos modos los mismos bienes, á no ser acaso que, después que aconteciere que ellos quedasen libres de la potestad de los ascendientes, hubiere transcurrido tanto tiempo que su demanda sea excluída por la continua é inconcusa posesion del que los tiene.

Dat. V. Kal. Mart. MARCIANO et ZENONE Conss. (4) [469.]

Dada á 5 de las Calendas de Marzo, bajo el consulado de MARCIANO y de ZENÓN. [469.]

5. *Iidem AA.* (5) NEPOTIANO (6), *Magistro militum Dalmatiae* (7).—Non sine ratione de negotio, quod inter matremfamilias, cuius vestra suggestio meminit, et germanum eius vertitur, magnitudo tua diversis legibus ex utraque parte prolatis, nostram credidit consulendam esse clementiam, quum mulier diversis (8) iuris lectionibus idem intelligi maritum et sponsum niteretur probare, germanus autem (9) mariti nomen illi soli, qui nuptias contraxerit (10), recitatione (11) constitutionis divorum retro principum Theodosii et Valentiniani, qua cavetur, quidquid maritus vel uxor in potestate constituti invicem sibi reliquerint, non patri acquiri, sed ad eorum ius pertinere, imponere (12). Quamvis ergo significatione nominis maritus vel uxor post coeptum matrimonium intelligatur, ex quo videlicet inducta est dubietas, attamen, quia consequens est, ambiguas atque legum diversis interpretationibus titubantes causas benigne atque naturalis iuris moderamine temperare, non piget nos in praesenti quoque negotio, de quo sublimitas tua suggessit, aequitati convenientem Iuliani, tantae existimationis viri atque disertissimi iurisperiti, opinionem sequi. Qui quum (13), de dotali praedio tractatu proposito, idem ius tam de uxore quam de sponsa observare arbitratus sit (14), licet lex Iulia de uxore tantum loquatur; qua ratione tam sponsalitiam donationem quam hereditatem, quam memoratus sponsus suam sponsam lucrari voluit, non

5. *Los mismos Augustos á* NEPOCIANO, *Maestre del ejército de Dalmacia.*—No sin razón ha creido tu grandeza, que, alegadas por una y otra parte diversas leyes debia ser consultada nuestra clemencia sobre el negocio que se controvierte entre la madre de familia, de que hace mención vuestra exposición, y su hermano, puesto que la mujer se empeña en probar con diversos textos de leyes que la misma cosa se entiende por marido y esposo, y el hermano se empeña en aplicar el nombre de marido á solo el que hubiere contraído nupcias, en virtud de la cita de la constitución de los divinos príncipes antepasados Teodosio y Valentiniano, en que se dispone que nada de lo que el marido ó la mujer, constituídos bajo potestad, se hubieren dejado recíprocamente se adquiera para el padre, sino que pertenece al derecho de los mismos. Así, pues, aunque por la significación de la palabra se entienda que hay marido ó mujer después de comenzado el matrimonio, de lo cual, por cierto, ha nacido la duda, sin embargo, como es consiguiente que las cuestiones ambiguas y las dudosas por diversas interpretaciones de las leyes se resuelvan favorablemente y con la moderación del derecho natural, no vacilamos en seguir también en el presente caso, que nos somete tu sublimidad, la opinión, ajustada á equidad, de Juliano, varón de grande reputación y muy ilustrado jurisconsulto. Y como éste, en el tratado escrito sobre el fundo dotal, es-

(1) parte, *omitenla Cont. 71. Char. Pac. Sp.*
(2) nullo, *los mms. Pl. 1. 2. Gt., y las ed. Nbg. Schf.*
(3) si quandoque, *el ms. Bg., y las ed. Schf. Hal.*; quandoque, *el ms. Pl. 1., Cont. 62., aprobándolo Russ. al márgen*; quandoquidem, *el ms. Pl. 2.*
(4) D. V. K. mr. marci css., *el ms. Pist.*
(5) Id. A., *los mms. Cas. Bg., y S. Perus.*
(6) Nepoti, *los mms. Cas. Vat. Pl. 1. Bg., la ed. Nbg., y S. Perus.; el nombre lo omite Hal. en el texto.*
(7) max. militi, *el ms. Bg.*; magistro militi Dalm., *el ms. Cas. é igualmente el ms. Pl. 1.*
(8) diversi, *el ms. Pl. 1., conforme con Schol. Bas., que dice:* διαφόρων νόμων ἀναγνώσεσι.
(9) autem, *omitenla los mms. Pl. 1. 2. Gt., y las ed. Schf. Hal.*
(10) *Los mms. Pl. 1. Bg. Gt., y la ed. Schf.*; contraxit, *el ms. Pl. 2., y la ed. Nbg.*; contraxisset, *Hal. y los demás.*
(11) *Los mms. Pl. 1. 2., y las ed. Schf. Hal.*; ex recitatione, *el ms. Bg., y las demás ed.; pero con el texto Schol. Bas.*
(12) imponeret, *el ms. Pl. 1.*; imponi, *Russ. Cont. al márgen.*
(13) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los mms. de Russ. y los ed. Nbg. Schf.*; qui quidem, *poniendo punto final después de* loquatur, *Hal. y los demás; pero* ὅτις ὅτε, *Schol. Bas.*
(14) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf. Hal.*: observari arbitratus est, *Russ. y los demás.*

Digitized by Google

acquiri patri, sed ad eam pervenire, benignum (1) esse perspeximus (2).

Dat. Kal. Iun. LEONE A. V. Cons. [473.]

6. *Imp.* IUSTINIANUS *A.* DEMOSTHENI *P. P.*—Quum oportet similem providentiam tam patribus quam liberis deferri, invenimus autem in veteris iuris observatione multas esse res, quae extrinsecus ad filiosfamilias veniunt, et minime patribus acquiruntur, quemadmodum in maternis bonis, vel quae ex maritali lucro ad eos pervenerint (3), ita et in his, quae ex aliis causis filiisfamilias acquiruntur, certam introducimus definitionem. Si quis itaque filiusfamilias, vel patris sui vel avi vel proavi (4) in potestate constitutus, aliquid sibi acquisierit, non ex eius substantia, cuius in potestate sit, sed ab aliis quibuscunque causis, quae ex liberalitate fortunae vel laboribus suis ad eum perveniant (5), eas (6) suis parentibus non in plenum, sicut antea erat (7) sancitum (8), sed usque ad usumfructum solum acquirat, et eorum ususfructus quidem apud (9) patrem vel avum vel proavum, quorum in sacris sit constitutus, permaneat, dominium autem filiisfamilias inhaereat, ad exemplum tam maternarum quam ex nuptialibus causis filiisfamilias acquisitarum rerum. Sic etenim et parenti nihil derogabitur, usumfructum rerum possidenti, et filii non lugebunt, quae ex suis laboribus sibi possessa sunt, ad alios transferenda adspicientes, vel ad extraneos, vel ad fratres suos, quod etiam gravius multis esse videtur. Exceptis castrensibus peculiis, quorum nec usumfructum patrem vel avum vel proavum habere veteres leges concedunt; in his enim nihil innovamus (10), sed vetera iura intacta servamus. Eodem observando etiam in his peculiis, quae quasi castrensia peculia ad instar castrensis peculii accesserunt.

AUTHENT. *ut liceat matri et aviae.* (*Nov. 117. c. 1.*) —Excipitur quod eis datur vel relinquitur ab aliquo parentum conditione hac adiecta, ne ad patrem perveniat ususfructus (11).

(19) *La indicación de la fecha, que falta en Hal. y en los demás, ha sido puesta según el Nov. Theod.*

Digitized by Google

D. IUSTINIANI,

SACRATISSIMI PRINCIPIS,

CODICIS

REPETITAE PRAELECTIONIS

LIBER SEPTIMUS

LIBRO SÉPTIMO

DE LA SEGUNDA EDICIÓN

DEL

CÓDIGO

DEL SACRATÍSIMO PRÍNCIPE SEÑOR JUSTINIANO

TIT. I

DE VINDICTA LIBERTATE (1), ET APUD CONCILIUM (2) MANUMISSIONE (3)

1. *Imp.* ANTONINUS *A.* TERTIO (4). — Eorum, qui apud concilium manumittuntur, post causam a iudicibus probatam (5) et manumissionem secutam non solet status in dubium revocari (6), si (7) dicantur falsa demonstratione liberati.

2. *Impp.* DIOCLETIANUS *et* MAXIMIANUS *AA. et CC.* SALLUSTIO.—Nihil civitati Romanae semel praestitae vel addere vel detrahere secundam manumissionem potuisse, certissimum est.

Dat. prid. Kal. Maii, AA. Conss. (8) [293—304.]

3. *Iidem AA. et CC.* ATTONITAE (9). — Nec mulierem per maritum, nec alium per procuratorem vindictâ manumittere posse, non est ambigui iuris.

4. *Imp.* CONSTANTIUS *A.* MAXIMO *P. P.* (10).— Apud concilium (11) nostrum (12), vel apud consules, praetores, (13) praesides, magistratusve earum civitatum, quibus huiusmodi ius est, adipisci potest patronorum iudicio sedula servitus libertatem (14).

TÍTULO I

DE LA LIBERTAD DADA POR VINDICTA, Y DE LA MANUMISIÓN ANTE EL CONSEJO

1. *El Emperador* ANTONINO, *Augusto, á* TERCIO. —No se suele volver á poner en duda el estado de los que son manumitidos ante el consejo después de aprobaba la causa ante los jueces y de verificada la manumisión, si se dijera que fueron hechos libres en virtud de una falsa demostración.

2. *Los Emperadores* DIOCLECIANO *y* MAXIMIANO, *Augustos y Césares, á* SALUSTIO.—Es muy cierto que una segunda manumisión no puede añadir ni quitar nada á la ciudadania romana, una vez concedida.

Dada á 1 de las Calendas de Mayo, bajo el consulado de los Augustos. [293—301.]

3. *Los mismos Augustos y Césares á* ATTONITA. —No es de dudoso derecho, que ni la mujer por medio de su marido, ni otro por medio de procurador pueden manumitir por vindicta.

4. *El Emperador* CONSTANCIO, *Augusto, á* MÁXIMO, *Prefecto del Pretorio.*—Los esclavos cuidadosos pueden adquirir por última voluntad de los patronos la libertad ante nuestro consejo, ó ante los cónsules, los pretores, los presidentes, ó los magistrados de aquellas ciudades, que tienen este derecho.

---

(1) libertate, *omitela Hal.*: libertatis, *el ms. Vat.*: De libertate vindictae, *el ms. Pl. I.*
(2) consilium, *los mms. Cas. Vat., y S. Perus.*
(3) manumissis, *los mms. Vat. Bg.*: manumissionis, *S. Perus.*
(4) Terentio, *S. Perus.*
(5) approbatam, *la ed. Schf., cuya lectura favorecen los mms. Pl. I. 2.*
(6) vocari, *los mms. Pl. I. 2. Gt., todos los de Russ., y la ed. Schf.; pero vease la ley 9. D. XL. 2.*
(7) etiamsi, *el ms. Pl. 2.*; et si, *el ms. Bg.*
(8) *Bk.*; AA. CC., *Russ. y despues los demás; Hal. omite la indicación de la fecha.*
(9) Aclae, Attiae, Annatiae, *nuestros mms.*; Adciae, Adltiae, Adriae, *otros.*
(10) ad Maximum P. P., *los más de los mms.*
(11) consilium, *el ms. Pl. I., y la ed. Schf.*
(12) nostrum, *omitela el libro de Aured. segun Char.*
(13) *Los mms. Pl. I. 2. Bg. Gt., todos los mms. de Russ. y de Cont., y las ed. Schf. Cont. 62. Bk.*: praesules, *insertan las ed. Nbg. Hal. y las demás.*
(14) Dat. III. Kal. Ianuar. Eusebio et Hypatio Conss. (359.), *añade Bk. segun la ley 16. Th. C. VI. 4.*

Digitized by Google

TIT. II

DE TESTAMENTARIA MANUMISSIONE

1. *Impp.* SEVERUS *et* ANTONINUS *AA.* PRIMO. — Si codicillos maior (1) viginti annis fecisset, confirmationis tempus libertati non nocere certum est; nec enim potestas iuris, sed iudicii consideratur.

2. *Iidem AA.* PHILETO.—Ex testamento defuncti libertates praestari non possunt hereditate non adita, vel si rei memoria propter crimen, quod morte non intercidit, damnata est.

3. *Iidem AA.* EUPHROSYNAE (2). — Libertas testamento (3) data adita hereditate contingit, et licet (4) heres scriptus per in integrum restitutionem abstinuerit hereditate, tamen (5) nihil ea res libertati obest.

S. XVII. Kal. Mai. APRO et MAXIMO Conss. (6) [207.]

4. *Iidem AA.* (7) ARCHELAO (8). — Quum testamento directam libertatem pater tuus sit consecutus, quamvis ei heres exstiteris, frustra tamen rationes, quas tempore servitutis gessit, ut reddas, compelleris, quum non ea conditione acceperit libertatem. Is autem, cui libertas, seu fideicommissaria seu directa, si rationes reddidisset, relicta est, ante reliqua illata et ea, quae malo consilio amota sunt, ad libertatem non potest pervenire. Sin autem non debitor ex rationibus fuerit repertus, post aditam hereditatem quasi puram libertatem consequitur.

Proposita VII. (9) Kal. Decemb. LAETO II. et CEREALE Conss. (10) [215.]

5. *Imp.* ALEXANDER *A.* QUINTIANO (11).—In fraudem creditorum testamento datae libertates, quamvis debitori heres, qui solvendo (12) est, exstiterit, per legem Aeliam Sentiam non valent.

6. *Imp.* GORDIANUS *A.* PISISTRATO.— Si hereditas eius, a quo testamento dicis te esse manumissum, ob aes alienum spernitur ab heredibus, conservandae libertatis gratia non iniusta ratione, creditoribus hereditariis satis offerens, iudicium testatoris servari (13) tibi postulabis, maxime quum id etiam a divo Marco consultissimo principe sit constitutum; quod in extranea (14) quoque persona observari oportet.

7. *Idem A.* IUSTAE (15).—Contra voluntatem ma-

(1) *Cuyacio dice que en algunos códices se lee así:* Si codicillos, qui minor testamentum fecerat, maior.
(2) *Los mms. Pist. Cas. Vat. Pl. 1.;* Effrosinae, *el ms. Bg.;* Euphrosino, *las ed.*
(3) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los de Russ., y la ed. Schf.;* defuncti, *insertan las ed. Nbg. Hal. y las demás.*
(4) et si, *los mms. Pl. 1. 2. Bg., y la ed. Nbg.*
(5) tamen, *omitenla los mms. Bg. Gt., todos los de Russ., y la ed. Schf.*
(6) *Hal. omite la indicación de la fecha.*
(7) Imp. Antoninus A., *Bk.*
(8) Achillao, *el ms. Pist.;* Auchilao, *los más de los mms.*

TÍTULO II

DE LA MANUMISIÓN TESTAMENTARIA

1. *Los Emperadores* SEVERO *y* ANTONINO, *Augustos, á* PRIMO.—Si el mayor de veinte años hubiese hecho codicilos, es cierto que no le perjudica á la libertad el tiempo de la confirmación; porque no se considera la potestad de derecho, sino la de la última voluntad.

2. *Los mismos Augustos á* FILETO.—No se puede dar la libertad en virtud de testamento de un difunto no habiendo sido adida la herencia, ó si la memoria del reo fué condenada por causa de crímen que no se extingue con la muerte.

3. *Los mismos Augustos á* EUFROSINA.—La libertad dada en testamento compete habiendo sido adida la herencia, y aunque el heredero instituido se haya abstenido de la herencia mediante la restitución por entero, en nada obsta ello, sin embargo, á la libertad.
Sancionada á 17 de las Calendas de Mayo, bajo el consulado de APRO y de MÁXIMO. [207.]

4. *Los mismos Augustos á* ARQUELAO.—Habiendo conseguido tu padre en testamento la libertad directa, aunque hayas quedado heredero de él, esto no obstante, en vano serás compelido á rendir las cuentas que él llevó durante el tiempo de la esclavitud, no habiendo él recibido la libertad con esta condición. Mas aquel á quien se le dejó la libertad, ó por fideicomiso ó directamente, si hubiese rendido cuentas, no puede llegar á la libertad antes de haber entregado los remanentes y lo que con mal designio fué amovido. Mas si no hubiere sido hallado como deudor por virtud de las cuentas, consigue como dada puramente la libertad después de adida la herencia.
Propuesta á 7 de las Calendas de Diciembre, bajo el segundo consulado de LETO y el de CEREAL. [215.]

5. *El Emperador* ALEJANDRO, *Augusto, á* QUINCIANO.—Por la ley Elia Sencia no es válida la libertad dada por testamento en fraude de acreedores, aunque al deudor le hubiere quedado heredero, que sea solvente.

6. *El Emperador* GORDIANO, *Augusto, á* PISISTRATO.—Si la herencia de aquel por quien dices que fuiste manumitido en testamento es rechazada á causa de las deudas por los herederos, no sin justa razón pedirás que se mantenga para ti la última voluntad del testador para conservar la libertad, ofreciendo fianza á los acreedores de la herencia, mayormente habiendo sido establecido esto también por el divino Marco, príncipe muy docto; lo que debe observarse también respecto á una persona extraña.

7. *El mismo Augusto á* JUSTA.—Contra la volun-

(9) pp. VI., *el ms. Pist.*
(10) *Hal. omite la indicación de la fecha.*
(11) *Los mms. Cas. Vat. Bg., y S. Perus.;* Quintio, *el ms. Pl. 1.;* Quintiniano, *la ed. Nbg.;* Quintiliano, *Hal. y los demás.*
(12) non, *inserta la ed. Nbg., á la que sigue Hal. en el texto, corrigiéndola en la nota.*
(13) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Schf. Bk.;* observari, *las ed. Nbg. Hal. y las demás;* φυλαττῆναι, *Schol. Bas.*
(14) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., y la ed. Schf.;* extranei, *las ed. Nbg. Hal. y las demás; pero* ἐξωτικῷ προσώπῳ, *Schol. Bas.*
(15) Iusto, *algunos mms.;* Vestae, *otros.*

Digitized by Google

tris tuae libertatem in eum conferre, quem illa liberum fieri prohibuit, non debes, ne videaris iura pietatis violare.

PP. X. Kal. Febr. SABINO II. et VENUSTO Conss. (1) [240.]

8. *Imp.* PHILIPPUS *A. et* PHILIPPUS *C.* GEMELLO (2). — Quum testator libertatem tempore nuptiarum filii sui vel filiae servo dari iussit, non tempus praestandae libertatis (3) praestituit (4), sed potius conditioni locum fecit, ut non insecutis (5) nuptiis libertas iure posci non possit.

tad de tu madre no debes concederle la libertad á quien ella prohibió que fuere hecho libre, para que no parezca que violas los deberes filiales.

Publicada á 10 de las Calendas de Febrero, bajo el segundo consulado de SABINO y el de VENUSTO. [240.]

8. *El Emperador* FILIPO, *Augusto, y* FILIPO, *César, á* GEMELO.—Cuando el testador mandó que al tiempo de las nupcias de su hijo ó hija se diera la libertad á un esclavo, no prefijó el tiempo en que se haya de dar la libertad, sino que más bien dió lugar á una condición, de suerte que, no habiéndose verificado las nupcias, no se pueda pedir con derecho la libertad.

9. *Imppp.* CARUS, CARINUS *et* NUMERIANUS *AAA.* MAURO (6). — Servo tuo defunctus, licet te heredem scripsisse proponatur (7), directam tamen libertatem dare non potuit; iure enim directo libertatem servis alienis nemo potest dare.

9. *Los Emperadores* CARO, CARINO *y* NUMERIANO, *Augustos, á* MAURO.—El difunto, aunque se exponga que te instituyó heredero, no pudo, sin embargo, dar á un esclavo tuyo directamente la libertad; porque nadie puede dar con derecho directo la libertad á esclavos ajenos.

10. *Impp.* DIOCLETIANUS *et* MAXIMIANUS *AA. et CC.* GERMANO.—Directis verbis iure data libertate, non sola (8) impositione pilei, sed (9) adita hereditate, si nulla iuris impediat constitutio, liberti constituuntur Orcini.

10. *Los Emperadores* DIOCLECIANO *y* MAXIMIANO, *Augustos y Césares, á* GERMANO. — Habiendo sido dada en derecho con palabras directas la libertad, no con la sola imposición del pileo, sino adida la herencia, si no lo impidiera ninguna constitución de derecho, se hacen Orcinos los libertos.

11. *Iidem AA. et CC.* LAURINAE (10). — Si iure non subsistit testamentum, in hoc nec libertates (quum non fuisse adiectum (11), ut pro codicillis scriptum valeret, proponas) recte datas constabit (12).

11. *Los mismos Augustos y Césares á* LAURINA— Si con arreglo á derecho no subsiste el testamento, (como expones que no se añadió que lo escrito valiese como codicilo), será evidente que ni la libertad fué dada válidamente en él.

12. *Iidem AA. et CC.* RHYSO (13). — Si heredes iure facto testamento solemniter adierint hereditatem, ex testamento tibi libertas quaesita, postea (14) colludentibus tam scriptis heredibus, quam ab intestato vindicantibus successionem, adimi non potuit. Quodsi sponte repudiaverint sibi delatam successionem, omnia, quae in testamento fuerant scripta, defecisse convenit. Si vero, ut vos fraudarent (15) libertate, collusisse eos (16) praeses animadverterit, secundum haec, quae divus Pius Antoninus constituit (17), libertatibus consuli providebit.

12. *Los mismos Augustos y Césares á* RISO. — Si los herederos, habiendo sido hecho con arreglo á derecho el testamento, hubieren adido solemnemente la herencia, no se te pudo quitar la libertad adquirida en virtud del testamento, verificándose después colusión tanto entre los herederos instituídos como entre los que abintestato reivindican la sucesión. Pero si espontáneamente hubieren repudiado la herencia á ellos deferida, fué conveniente que quedara sin efecto todo lo que se había escrito en el testamento. Mas si el presidente hubiere conocido que hubo colusión entre ellos para defraudaros en la libertad, proveerá que sea amparada la libertad, según lo que estableció el divino Pio Antonino.

S. Kal. Decem. Sirmii, AA. Conss. (18) [293—304.]

Sancionada en Sirmio las Calendas de Diciembre, bajo el consulado de los Augustos. [293—304.]

13. *Iidem AA. et CC.* MARTIALI. — Statuliberis datam libertatem adimi ab herede non posse, certum est; nec alienatio nec usucapio statulibero, quo minus exsistente conditione libertatem consequatur, nocere potest.

13. *Los mismos Augustos y Césares á* MARCIAL. —Es cierto que no se les puede quitar por el heredero la libertad dada á los instituídos libres bajo condición en el testamento; y á ellos no pueden perjudicarles ni la enajenación ni la usucapión, para que no consigan la libertad cumpliéndose la condición.

---

(1) *La indicación de la fecha, que falta en Hal. y en los demás, ha sido restituída según el ms. Pist.*

(2) *Los mms. Cas. Vat. Pl. 1., y S. Perus.;* Zemello, *el ms. Bg.;* Cemellio, *la ed. Nbg.;* Tremellio, *Hal. y los demás.*

(3) libertati, *las ed. Schf. Hal., concordando con Schol. Bas.*

(4) praestitit, *los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Hal. Russ.;* praestiterit, *la ed. Schf.;* δέδωκεν, *Schol. Bas.*

(5) secutis, *los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y todos los de Russ.*

(6) Thauro, *el ms. Bg.;* Auro, *el ms. Pl. 1.*

(7) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y la ed. Schf.;* proponitur, *las ed. Nbg. Hal. y las demás.*

(8) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los mms. de Russ., y la ed. Schf.;* solum, *las ed. Nbg. Hal. y las demás.*

(9) *El ms. Pl. 1.:* sed ab, *el ms. Gt.;* sed et, *los demás mms., y las ed.*

(10) Laurino, *algunos mms.;* Laurae, Launae, Largino, *otros.*

(11) additum, *los mms. Pl. 1. Bg. Gt., y la ed. Schf.;* aditum, *el ms. Pl. 2.*

(12) *Cuyacio pone aquí la indicación de la fecha de la ley 2. C. II. 33.*

(13) Phico, Phito, Chizo, Ruchzo, Riso, *nuestros mms.*

(14) post, *los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y la ed. Schf.*

(15) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y la ed. Schf.;* defraudarent heredes, *las ed. Nbg. Hal. y las demás; pero* heredes, *omítenla todos los mms. de Russ. y Schol. Bas.*

(16) heredes, *inserta el ms. Gt., y la ed. Schf.*

(17) *Schol. Bas. traduce como si se leyese:* quae divus Pius et Antoninus constituerunt.

(18) S. K. d. Sir. aa. cc. ss., *el ms. Pist.: la indicación de la fecha falta en Hal. y en los demás.*

Digitized by Google

14. *Impp.* THEODOSIUS *et* VALENTINIANUS *AA.* FLORENTIO *P. P.*— Directas libertates graecis verbis liceat in testamentis relinquere, ut ita libertates directae (1) datae videantur, ac si legitimis verbis eas testator dari iussisset.

Dat. prid. Id. Septemb. Constantinop. (2) THEOSIO A. XVII. et FESTO Conss. (3) [439.]

15. *Imp.* IUSTINIANUS *A.* IOANNI *P. P.* (4)—Quum constitutio divi Marci declarat (5), si quis condito testamento, vel sine testamento moriens, ut locus fiat ab intestato successioni, libertates reliquerit, nemo autem adire vult (6) defuncti hereditatem, eo quod suspecta esse videtur (7), et fuerint libertates forsitan et (8) sine scriptis fideicommissariae relictae, licere vel cuilibet extraneo vel uni ex servis, qui et ipse libertate donatus est et pro sua periclitatur conditione, adire hereditatem sub hac conditione et satisdatione, quod et creditoribus omnibus satisfaciat, et libertates imponat his, quibus voluit testator; variae dubitationes ex hac constitutione emerserunt. Nam si res hereditariae herede minime invento venierint, an et post venditionem earundem rerum possibile est (9), vel servum vel quemlibet alium adire, et recuperare quidem ab emtoribus res, satisfacere autem creditoribus et libertatibus, quaerebatur. Et licet divus Severus semel rebus venditis hoc non admisit, nobis tamen, Ulpiani sententia admonente (10), placuit, maxime propter libertates, ne depereant, et post venditionem rerum annale remedium dare divi Marci constitutioni, intra quod et creditoribus omnibus satisfiat, et emtores nihil novi patiantur, qui annalem saepe sentiebant rescissionem (11), et licere servo, qui libertate donatus est, vel alii cuidam extraneo vel ante venditionem rerum, vel post venditionem, intra annale tamen (12) tempus, adire hereditatem et res recuperare, prius satisdatione danda, ut tam libertatibus quam creditoribus satisfiat (13).

§ 1.—Sin autem libertatibus quidem omnibus satisfacere quis polliceatur, creditoribus autem non in solidum, sed in partem solvere creditum, illi autem huiusmodi pactionem admiserint, sancimus, et in huiusmodi casu consultissimi principis locum habere constitutionem, et eum modis omnibus admittendum esse censemus, maxime quum ex voluntate creditorum hoc (14) interponitur; nolentibus etenim creditoribus admitti talem petitionem (15) nullo modo concedimus.

14. *Los Emperadores* TEODOSIO *y* VALENTINIANO, *Augustos, á* FLORENCIO, *Prefecto del Pretorio.*—Sea lícito dejar en los testamentos con palabras griegas directamente la libertad, de suerte que se considere dada directamente la libertad lo mismo que si con palabras legales hubiese mandado el testador que se diese aquella.

Dada en Constantinopla á 1 de los Idus de Septiembre, bajo el décimo séptimo consulado de TEODOSIO, Augusto, y el de FESTO. [439.]

15. *El Emperador* JUSTINIANO, *Augusto, á* JUAN, *Prefecto del Pretorio.*—Como la constitución del divino Marco declara, que si alguno, habiendo hecho testamento, ó muriendo sin testamento, de suerte que haya lugar á la sucesión abintestato, hubiere dejado libertades, pero nadie quiere adir la herencia del difunto, porque parece que es sospechosa, y se hubieren acaso dejado aun sin escritura libertades por fideicomiso, le es lícito á cualquier extraño ó á uno de los esclavos, á quien también se le hizo donación de la libertad y que corre riesgo respecto á su propia condición, adir la herencia bajo esta condición y mediante la fianza de que pagará á todos los acreedores, y dará la libertad á quienes quiso el testador, surgieron de esta constitución varias dudas. Porque si no hallándose heredero hubieren sido vendidos los bienes de la herencia, se preguntaba si es posible que aun después de la venta de los mismos bienes ada la herencia un esclavo ú otro cualquiera, y recupere ciertamente de los compradores los bienes, pero les pague á los acreedores y dé las libertades. Y aunque el divino Severo no admitió esto, una vez vendidos los bienes, nos plugo, sin embargo, por advertencia de la opinión de Ulpiano, principalmente para que no queden sin efecto las manumisiones, dar aun después de la venta de los bienes para la constitución del divino Marco el recurso de un año, dentro del cual se les pague á todos los acreedores, y no sufran innovación alguna los compradores, que en muchos casos sufrian al cabo de un año la rescisión, y que le sea lícito al esclavo, á quien se le hizo donación de la libertad, ó á otro cualquier extraño, adir la herencia y recuperar los bienes ora antes, ora después, de la venta de los bienes, pero dentro del término de un año, dándose antes fianza tanto de dar las libertades, como de satisfacer á los acreedores.

§ 1.—Mas si alguno, á la verdad, prometiera dar todas las libertades, y no pagar á los acreedores íntegro su crédito, sino en parte, y ellos hubieren admitido este pacto, mandamos que también en este caso tenga lugar la constitución del muy docto príncipe, y disponemos que de todos modos debe ser él admitido, principalmente mediando esto por voluntad de los acreedores; porque no queriéndolo los acreedores, de ningún modo permitimos que sea admitida tal petición.

(1) directe, *Cont. 66. 71. 76. Char. Pac. Sp., contra el Nov. Theod.*
(2) pridie Septembris, *omitiendo el lugar. Russ.*
(3) *La indicacion de la fecha falta en Hal. Cont. Char. Pac. Sp.*
(4) Mennae P. P., *el ms. Pl. 1.*
(5) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y la ed. Schf.:* declaret, *las ed. Nbg. Hal. y las demas.*
(6) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf.:* velit, *Hal. y los demas.*
(7) *Los mms. Pl. 2. Gt., y la ed. Schf.:* videatur, *los mms. Pl. 1. Bg., y las demas ed.*
(8) et, *no tiene equivalente en Schol. Bas.*
(9) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf.:* sit, *Hal. y los demas.*

(10) *El ms. Pl. 1., y Russ. al márgen;* admodum, *los mms. Pl. 2. Bg., y las ed. El texto concuerda mejor con Schol. Bas., en el cual se traduce ἡ Οὐλπιανοῦ γνώμη ὑπομιμνήσκοντος.*
(11) refusionem, *Cont. al márgen;* ἀνάσχεσιν, *Schol. Bas.*
(12) tamen, *omitenla el ms. Bg., y Schol. Bas.*
(13) satisfaciat, *los mms. Pl. 1. Bg. Gt., y todos los mms. de Russ.*
(14) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., todos los mms. de Russ., y la ed. Schf.:* haec, *las ed. Nbg. Hal. y las demas; una y otra palabra faltan en el ms. Gt.*
(15) *El ms. Bg., y la ed. Nbg.;* condictionem, *el ms. Gt.:* pactionem, *los mms. Pl. 2. Bg., y todas las ed.; pero* τὴν τοιαύτην αἴτησιν, *Schol. Bas.*

Digitized by Google

§ 2.—Sin vero quidam ex servis libertatem amplexi fuerint, alii autem censuerint esse respuendam, et in hunc casum extendenda est divi Marci oratio, et procul dubio et in hac specie audiendus est petitor hereditatis, et maneat liberum arbitrium servorum, sive ad libertatem venire volunt, sive in servitute (1) remanere. Licet enim romanam civitatem recusare nemini servorum licitum sit (2), tamen in hoc casu, ne propter quorundam indevotionem alii maneant in servitute, volentibus quidem omnibus servis licere in libertatem pervenire, nolentibus autem quibusdam vel recusantibus spontaneam servitutem imminere oportet, et quem patronum habere noluerint, dominum suum, et forsitan acerbum, sentiant.

§ 3.—Sin vero non omnes libertates adimplere pollicitus fuerit, sed certum numerum servorum ex his, qui ad libertatem venire (3) iussi sunt, melius est, si quidem res hereditariae sufficiunt ad implendos creditores, etiam omnibus servis dare libertatem, etsi hoc pollicitus non est. Sin autem deest (4) in exsolventis (5) creditoribus, humanius est, ut pauci saltem veniant (6) ad libertatem.

§ 4.—Sed hoc quidem antiquis dubitationibus remedium invenimus. Bellissimam autem repletionem praefatae constitutioni donantes sancimus: Si (7) non unus veniat hereditatis petitor, sed plures, si quidem (8) uno momento uterque vel ampliores, omnibus detur licentia communiter hereditatem adire, prius satisdatione ab omnibus danda, ut creditoribus et libertatibus satisfaciant. Sin autem per intervalla temporum hoc fiat, qui primus veniat (9), habeat praerogativam, si etiam satisdationem praestare potest; illo enim (10) cessante hoc facere, alii gradatim secundum tempora petitionis succedant. Et hoc intra annale tempus observetur.

§ 5.—Sin autem uno pollicente quosdam liberos facere, non autem totos, alius emerserit, satisdationem paratus idoneam praestare, quod omnibus creditoribus et omnibus libertatibus satisfaciat, aequissimum est, eum admitti, ut omnes libertates indistincte celebrentur. Quod privilegium damus non solum servo, qui libertate donatus est, sed etiam ei, cui nulla libertas relicta est, ut aliquid venustum eveniat, ut per eum, cui relicta libertas non est, aliis libertas imponatur.

§ 6.—Sed si quidem, antequam prior hereditarias res et libertatem accipiat, hoc eveniat, secundo petitori vel tertio vel deinceps ampliores libertates pollicentibus fieri locum censemus. Sin autem iam rebus servo, qui primus petiit hereditatem, datis, et libertatibus ab eo quibusdam servis hereditariis impositis, quidam servus alius hereditarius vel liber (11) extraneus hoc facere maluerit, licebit

§ 2.—Pero si algunos esclavos hubieren aceptado la libertad, y otros hubieren estimado que debía ser rechazada, también ha de extenderse á este caso la oración del divino Marco, y sin duda alguna ha de ser oido aun en tal circunstancia el que reclama la herencia; y quede libre el arbitrio de los esclavos, ora si quieren llegar á la libertad, ora si permanecer en la esclavitud. Porque aun cuando á ningún esclavo le sea lícito rehusar la ciudadanía romana, sin embargo, en este caso, á fin de que por la falta de acatamiento de algunos no permanezcan otros en la esclavitud, conviene que les sea lícito á todos los esclavos que la quieran llegar á la libertad, y que á los que no la quieran ó la rehusen les apremié su espontánea esclavitud, y que al que no hubieren querido tener como patrono, lo sufran como dueño, y acaso duro.

§ 3.—Mas si no hubiere prometido dar todas las libertades, sino á cierto número de los esclavos que se dispuso que llegaran á la libertad, es mejor, si verdaderamente bastan los bienes de la herencia para pagar á los acreedores, darles también la libertad á todos los esclavos, aunque no haya prometido esto. Pero si falta para pagar por completo á los acreedores, es más humano que por lo menos unos pocos lleguen á la libertad.

§ 4.—Mas este fué ciertamente el remedio que encontramos para las antiguas dudas. Pero dándole muy adecuado complemento á la mencionada constitución, mandamos: Si no se presentara uno solo que pidiere la herencia, sino muchos, si verdaderamente en un mismo momento dos ó más, déseles á todos licencia para adir en común la herencia, debiéndose dar antes por todos ellos fianza de que satisfarán á los acreedores y darán las libertades. Mas si esto sucediera con intervalos de tiempo, tenga preferencia el primero que se presente, si también puede prestar la fianza; porque dejando él de hacer esto, le sucederán los otros por su orden con arreglo á la fecha de la petición. Y hágase esto dentro del término de un año.

§ 5.—Pero si prometiendo uno hacer libres á algunos, pero no á todos, apareciere otro, dispuesto á prestar fianza suficiente de que satisfará á todos los acreedores y dará todas las libertades, es muy justo que éste sea admitido, para que indistintamente se verifiquen todas las manumisiones. Cuyo privilegio damos no solamente al esclavo, á quien se hizo donación de la libertad, sino también á aquel á quien no se le dejó la libertad, de suerte que acontezca alguna cosa grata, dándose la libertad á otros por medio de aquel á quien no se le dejó la libertad.

§ 6.—Mas si esto aconteciera antes que el primero que los pida reciba los bienes de la herencia y la libertad, mandamos que se haga lugar á un segundo, ó tercero, ó posterior peticionario que prometa más manumisiones. Pero si habiéndose dado ya los bienes al esclavo que primero pidió la herencia, y dada por él la libertad á algunos esclavos de la herencia, hubiere querido hacer esto otro

(1) servitutem, *los mms. Pl. 1. 2., y todos los mms. de Russ.; pero Schol. Bas. dice:* εἰς τὴν δουλείαν διαμεῖναι.
(2) licet, *los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los de Russ., y la ed. Schf.*
(3) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los mms. de Russ., y la ed. Schf.;* iure, *insertan las ed. Nbg. Hal. y las demás, pero contra Schol. Bas.*
(4) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., y las ed. Nbg. Schf. Hal.;* aliquid, *añaden Russ. y los demás, también contra Schol. Bas.*
(5) exsolvendo, *el ms. Pl. 1.*
(6) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los de Russ., y la ed. Schf.;* perveniant, *las ed. Nbg. Hal. y las demás;* ἔλθωσι *Schol. Bas.*
(7) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont. 62.;* ut si, *Cont. 66. y los demás, contra Schol. Bas.*
(8) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., y las ed. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont. 62.:* quidem, *omitiendo* si, *Cont. 66. y los demás; pero* εἰ μέν, *Schol. Bas.*
(9) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., y las ed. Nbg. Schf.;* venit, *Hal. y los demás:* ὅστις πρῶτος ἔλθῃ, *Schol. Bas.*
(10) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y la ed. Schf.;* autem, *las ed. Nbg. Hal. y las demás; pero* ἐκείνου δέ, *Schol. Bas.*
(11) vel quilibet, *las ed. Nbg. Hal.; pero Schol. Bas. dice:* ἢ ἐλεύθερος.

Digitized by Google

quidem hoc ei impetrare, et sub maioribus pollicitationibus et satisdationibus hereditatem accipere, sed prior in libertate petitor maneat, licet res ab eo abstrahantur (1); his omnibus intra annum, secundum quod dictum est, celebrandis, ex quo prior petitor iudicem adierit.

cualquier esclavo de la herencia, ó una persona libre extraña, ciertamente que le será lícito impetrarlo, y recibir la herencia bajo mayores promesas y fianzas, pero el primer peticionario permanecerá en libertad, aunque se le quiten los bienes; habiéndose de hacer todas estas cosas, según lo que se ha dicho, dentro de un año desde que hubiere recurrido al juez el primer peticionario.

TIT. III

DE LEGE FUSIA (2) CANINIA (3) TOLLENDA

1. *Imp.* IUSTINIANUS *A.* MENNAE *P. P.*—Servorum libertates in testamento relictas, tam directas quam fideicommissarias, ad exemplum inter vivos libertatum indistincte valere censemus, lege Fusia Caninia de cetero cessante, nec impediente, testantium pro suis servis clementes dispositiones effectui mancipari.

Dat. Kal. Iun. IUSTINIANO PP. A. II. Cons. (4) [548.]

TÍTULO III

DE LA DEROGACIÓN DE LA LEY FUSIA CANINIA

1. *El Emperador* JUSTINIANO, *Augusto, á* MENNA, *Prefecto del Pretorio.*—Mandamos, que la libertad dejada en testamento á los esclavos, así directamente, como por fideicomiso, valga indistintamente, á la manera que la libertad dada por actos entre vivos, dejando de tener vigor en lo sucesivo la ley Fusia Caninia, y no impidiendo que tengan efecto las clementes disposiciones de los testadores á favor de sus esclavos.

Dada las Calendas de Junio, bajo el segundo consulado de JUSTINIANO, Augusto perpétuo. [548.]

TIT. IV

DE FIDEICOMMISSARIIS LIBERTATIBUS

1. *Impp.* SEVERUS *et* ANTONINUS *AA.* (5) PRIMO (6).—Quum proponas, hereditatem eius (7) aditam non esse, a quo tibi fideicommissariam libertatem relictam dicis, et ab intestato alium, quam qui scriptus est (8), hereditatem possedisse, si non a legitimo quoque herede fideicommissaria libertas repetita est, nullo iure praestari eam ab eo, qui rogatus non est, desideras. Plane si pecunia accepta heredem institutum omisisse hereditatem docueris, libertatem tibi praestare cogetur.

PP. XIII. Kal. Mart. LATERANO et RUFINO Conss. [197.]

2. *Imp.* ANTONINUS *A.* VALERIO. — Quamvis codicilli, quibus avunculo defunctae legatus esse videris (9), falsi pronuntiati sunt, tamen si ante motam criminis quaestionem iustam libertatem ea a legatario consecutus, posterior eventus non infirmat ita datam libertatem. Plane secundum divi Hadriani constitutionem datur heredi viginti aureorum repetitio.

3. *Imp.* ALEXANDER *A.* LUCIO.—Quum libertatem mulieribus sub conditione datam proponas, quid dubium est, eos, qui ex his ante impletam eam eduntur, servos nasci, et pertinere ad heredes iure dominii? His enim demum succursum est, qui post moram praestandae libertatis progeniti sunt, ut liberi et ingenui nati videantur.

TÍTULO IV

DE LA LIBERTAD DEJADA POR FIDEICOMISO

1. *Los Emperadores* SEVERO *y* ANTONINO, *Augustos, á* PRIMO.—Puesto que expones que no fué adida la herencia de aquel por quien, según dices, se te dejó por fideicomiso la libertad, y que otro que no es el instituido poseyó abintestato la herencia, si la libertad dejada por fideicomiso no fué reiterada también á cargo del heredero legítimo, sin derecho alguno deseas que se te dé por aquel á quien no se le rogó. Mas si probares que por haber recibido dinero dejó de aceptar la herencia el heredero instituido, será obligado á darte la libertad.

Publicada á 13 de las Calendas de Marzo, bajo el consulado de LATERANO y de RUFINO. [197.]

2. *El Emperador* ANTONINO, *Augusto, á* VALERIO. —Aunque hayan sido declarados falsos los codicilos en que parece fuiste legado al tio materno de la difunta, sin embargo, si antes de promovida la cuestión criminal conseguiste del legatario legítima libertad, el acontecimiento posterior no invalida la libertad dada de este modo. Pero con arreglo á la constitución del divino Adriano se le da al heredero acción para reclamar veinte áureos.

3. *El Emperador* ALEJANDRO, *Augusto, á* LUCIO.—Como quiera que expones que bajo condición se dió la libertad á mujeres, ¿qué duda hay de que nacen esclavos los que de ellas son dados á luz antes de haberse cumplido aquella, y de que por derecho de dominio pertenecen á los herederos? Porque solamente á los que fueron engendrados después de haberse incurrido en mora para la dación de la libertad se les auxilió de suerte que se les considere nacidos libres é ingénuos.

(1) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los mms. de Russ., Cuyacio, y Bk.:* distrahantur, *las demás ed.; pero Schol. Bas. dice* τὰ πράγματα παρ' αὐτοῦ ἀφαιρεθῶσι.

(2) Fufia, *los mms. Pl. 1. 2. Bg., y los más de los mms. de Cont.;* Fuffia, *la ed. Nbg., y S. Perus.*

(3) caniua, *los mms. Pl. 1. 2. Gt., y la ed. Nbg.;* candiva, *el ms. Pist.*

(4) *La indicación de la fecha falta en Hal.;* Dat. Kal. Iun.... AA. Couss., *Russ. y los demás, salvo que en Bk. se lee* A. Couss.

(5) Imp. Severus A. et Antoninus C., *Bk., atendiendo á la indicación de la fecha, pero contra los cod.*

(6) Primo, *omitenla los mms. Pist. Cas. Vat. Pl. 1. Bg., y S. Perus.;* Phileto, *Russ. al márgen.*

(7) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los mms. de Russ., la ed. Schf.;* testatoris, *insertan las ed. Nbg. Hal y las demás.*

(8) erat, *los mms. Pl. 1. Bg. Gt., y la ed. Schf.*

(9) videaris, *los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Schf. Nbg.*

Digitized by Google

4. *Idem A.* HADRIANO (1). — Si voluntate domini in libertate est morata, cui fideicommissaria libertas debita (2) fuit, secundum senatusconsultum et constitutiones ad id pertinentes (3) civis Romana facta, ingenuos peperit. Sed si nunquam ab ea (4) libertas petita est, sibimet imputare debet, quum (5) interea progeniti ex ea servi sunt (6).

4. *El mismo Augusto á* ADRIANO.—Si por voluntad del dueño vivió en libertad aquella á quien se le debió por fideicomiso la libertad, habiéndose hecho ciudadana romana conforme al senadoconsulto y á las constituciones relativas á esto, parió ingénuos. Pero si nunca se pidió por ella la libertad, se debe imputar á sí misma, si son esclavos los engendrados en ella en el intervalo.

5. *Idem A.* DIONYSIO.—Minor annis lege definitis nec per fideicommissum libertatem supremis suis elogiis (7) relinquere potest, nisi his, quorum causam probare (8) potest.

5. *El mismo Augusto á* DIONISIO. — El de menos años que los fijados en la ley no puede dejar por fideicomiso la libertad en sus últimas voluntades, á no ser á aquellos cuya causa puede probar.

6. *Idem A.* MAXIMO (9).—Deberi etiam alienae ancillae fideicommissariam libertatem placuit; nec deficit hoc debitum, si interim domina, si modo nihil ex iudicio eius, qui quaeve reliquit libertatem, perceperit, noluit vendere, quia possit tempore procedente, ubicunque occasio redimendae ancillae fuerit, praestari libertas.

6. *El mismo Augusto á* MÁXIMO.—Se determinó que también á una esclava ajena se le debía la libertad dejada por fideicomiso; y no se extingue esta deuda, si en el entretanto no quiso vendarla su dueña, en el caso de que nada hubiere percibido por virtud de la última voluntad del que ó de la que dejó la libertad, porque andando el tiempo, cuando hubiere ocasión de comprar la esclava, se le podría dar la libertad.

7. *Idem A.* NICOMEDI (10).—Hi, quibus per fideicommissum libertas supremis iudiciis relinquitur, eorum liberti efficiuntur, a quibus manumittuntur.

PP. Kal. April. Fusco (11) et DEXTRO Conss. (12) [225.]

7. *El mismo Augusto á* NICOMEDES.—Aquellos á quienes por fideicomiso se les deja en últimas voluntades la libertad se hacen libertos de aquellos por quienes son manumitidos.

Publicada las Calendas de Abril, bajo el consulado de Fusco y de DEXTRO. [225.]

8. *Idem A.* EUTYCHETI. — Quum proponas, fideicommissariam libertatem ita tibi datam, si uxori testatoris placuisset, licet ea (13) non adeunte hereditatem ad filium solida hereditas pertinere coepit (14), non refragante tamen uxore testatoris, potes petere libertatem.

PP. XV. Kal. Septemb. Fusco et DEXTRO Conss. (15) [225.]

8. *El mismo Augusto á* EUTIQUETES.—Puesto que expones que se te dió por fideicomiso la libertad de este modo, si le hubiese parecido bien á la mujer del testador, aunque por no adir ésta la herencia comenzó á pertenecerle al hijo toda la herencia, sin embargo, no oponiéndose la mujer del testador, puedes pedir la libertad.

Publicada á 15 de las Calendas de Septiembre, bajo el consulado de Fusco y de DEXTRO. [225.]

9. [**10.**] *Idem A.* (16) MERCURIALI. — Fideicommissaria quidem libertas ita tibi relicta, quum testatoris filius ad annum vicesimum quintum pervenisset (17), non intercidit, licet heredem intra praestitutam aetatem decessisse proponas; tempore quippe (18), quo, si viveret, praefinitam aetatem impleturus foret, spem libertatis non (19) intercidere, vetus placitum est.

PP. Kal. April. POMPEIANO et PELIGNO Conss. (20) [231.]

9. [**10.**] *El mismo Augusto á* MERCURIAL.— A la verdad, la libertad que por fideicomiso se te dejó de este modo, para cuando el hijo del testador hubiese llegado á los veinticinco años, no queda sin efecto, aunque, según expones, el heredero haya fallecido dentro de la edad prefijada; porque es resolución antigua que la esperanza de la libertad no se extinguia al tiempo en que, si viviese, hubiera de cumplir la edad prefijada.

Publicada las Calendas de Abril, bajo el consulado de POMPEYANO y de PELIGNO. [231.]

10. [**9.**] *Impp.* VALERIANUS *et* GALLIENUS *AA.* DAPHNIDI (21). — Etsi non adscripta libertate testa-

10. [**9.**] *Los Emperadores* VALERIANO *y* GALIENO, *Augustos, á* DAFNIDES. — Aunque no habiéndole

(1) **Arriano**, *los más de los mms.*
(2) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y la ed. Schf.;* **relicta**, *las ed. Nbg. Hal. y las demás; pero* ἐκεχρεώστητο, *Schol. Bas., en donde se lee το κατὰ πόδα.*
(3) *Aquí pone la coma Hal., quitándola despues de* fuit.
(4) **ab eo**, *la ed. Nbg.:* ἐξ αὐτῆς. *Schol. Bas.*
(5) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los mms. de Russ., y la ed. Schf.;* **cur**, *las ed. Nbg. Hal. y las demás; pero* ὁπότε, *Schol. Bas.*
(6) **sint**, *los mms. Pl. 1. Bg. Gt., y la ed. Schf.*
(7) **elogiis**, *omitenla el ms. Gt., y los mejores libros de Russ.;* **suis elogiis**, *omitelas el ms. Bg.;* **suis iudiciis**, *los mms. Pl. 1. 2., y la ed. Schf.*
(8) **causa probari**, *los mms. Pl. 1. Gt.*
(9) **Maximiano**, *el ms. Vat.;* **Maximae**, *Russ. al márgen.*
(10) **Nicomedio, Nicodemo**, *algunos mms.*
(11) **II.**, *inserta Bk.*
(12) *La indicación de la fecha falta en Hal.; la del texto se apoya en los mms. Veron. Pist.*

(13) **ea**, *omitenla los mms. Veron Pl. 1. 2.*
(14) **coeperit**, *las ed.; pero prefieren el indicativo los mms. Veron. Pl. 1. 2. Bg.;* **pertinere coepit**, *los colocan despues de* **hereditatem** *las ed. Nbg. Hal. y las demas, contra los mms. Veron. Pl. 1. 2. Bg., y la ed. Schf.*
(15) *El ms. Veron.; la indicacion de la fecha falta en Hal. y en los demás.*
(16) *Los mms. Veron. Cas. Pl. 1. 2. Bg.;* **Iidem AA.**, *las ed. Nbg. Hal. y las demás.*
(17) *Los mms. Pl. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf. Hal.;* **pervenerit**, *el ms. Pl. 1., Russ. y los demás; pero* **pervenisse**, *el ms. Veron.*
(18) **quidem**, *el ms. Bg., y las ed. Nbg. Hal.*
(19) **non**, *omitela erradamente el ms. Veron.*
(20) *La indicación de la fecha, que falta en Hal. y en los demas, fue restituida según el ms. Veron. Los fastos escriben* **Peligniano.**
(21) **Dafno, Daphon, Dafino, Dafinae, Alfino**, *nuestros mms.;* **Daphonio**, *S. Perus.;* **Daphnae**, *la ley 5. C. V. 28.*

Digitized by Google

tor servum suum tutorem filiis suis dederit, receptum est (1) et libertatis et pupillorum favore, ut per fideicommissum manumisisse eum videatur. Et si non suum proprium, sed alienum servum, conditionem eius sciens, tutorem adscripserit, aeque fideicommissariam libertatem datam, nisi aliud evidenter defunctum sensisse appareat, prudentibus placuit.

PP. III. Kal. Mart. SECULARE et DONATO Conss. (2) [260.]

11. *Impp.* DIOCLETIANUS *et* MAXIMIANUS *AA. et CC.* (3) FLAVIANO. — Si servus fuisti, ac tibi per fideicommissum libertas relicta fuit (4), pervides (5), sine manumissione te ad libertatem pervenire non potuisse. Quapropter, si verbis precariis constitutus servus libertatem accepisti, adiri praeses provinciae (6) oportet, ut causa cognita, si tibi deberi libertatem perspexerit, ad manumittendum eum, qui debet, urgeat, vel si latitet, contra latitantem interposito decreto tibi prospiciat.

Sine die et consule (7).

12. *Iidem AA. et CC.* IRENAEO (8). — Ex verbo: «commendo» testamento vel codicillis non videri fideicommissariam libertatem relictam (9), auctoritate iuris declaratur.

Dat. VI. Kal. Mai. Sirmii, Caess. Conss. (10) [294—305.]

13. *Iidem AA. et CC.* PYTHAGORIDAE.—Si te, donatam (11) ante matrimonium uxori suae, post(12), ei legato relicto, manumitti testamento (13) seu codicillis (14) verbis precariis a successoribus voluit, tam hos (15) ad redemtionem et manumissionem, quam eam, quae in capiendis relictis defuncti consensit iudicio, teneri, tibique fideicommissariam deberi libertatem, non ambigitur.

S. VII. Id. Decemb. Caess. Conss. (16) [294—305.]

14. *Imp.* IUSTINIANUS *A.* IULIANO (17) *P. P.*— Quum inter veteres dubitabatur, si fideicommissariam libertatem possibile esset relinqui servo, qui adhuc in ventre portaretur, et homo fieri speraretur, nos, vetus iurgium decidentes, libertatis favore censemus, et fideicommissariam nec non directam libertatem suam firmitatem habere sive in

asignado la libertad el testador les hubiere dado á sus hijos como tutor un esclavo suyo, se admitió en favor de la libertad y de los pupilos, que se consideraba que lo manumitió por fideicomiso. Y si hubiere impuesto como tutor no á un esclavo suyo propio, sino á uno ajeno, conociendo la condición de éste, les pareció bien á los jurisconsultos que igualmente fué dada por fideicomiso la libertad, á no ser que aparezca que evidentemente fué otra la intención del testador.

Publicada á 3 de las Calendas de Marzo, bajo el consulado de SECULAR y de DONATO. [260.]

11. *Los Emperadores* DIOCLECIANO *y* MAXIMIANO, *Augustos y Césares, á* FLAVIANO.—Si fuiste esclavo y se te dejó por fideicomiso la libertad, claramente ves que sin la manumisión no pudiste llegar á la libertad. Por lo cual, si siendo esclavo recibiste con palabras precarias la libertad, conviene que se recurra al presidente de la provincia, para que, conocida la causa, si viere que se te debe la libertad, apremie al que la debe para que manumita, ó para que si se ocultase mire por tí habiendo interpuesto decreto contra el que se oculta.

Sin designación de día ni de consul.

12. *Los mismos Augustos y Césares á* IRENEO.— Por la autoridad del derecho se declara, que con la palabra «encomiendo» no se considera que se dejó por fideicomiso la libertad en testamento ó en codicilos.

Dada en Sirmio á 6 de las Calendas de Mayo, bajo el consulado de los Césares. [294—305.]

13. *Los mismos Augustos y Césares á* PITAGORIDA.—Si el testador, habiéndote donado antes del matrimonio á su mujer, y habiéndole dejado después un legado, quiso con palabras de súplica en el testamento ó en codicilos que fueras manumitida por sus sucesores, no se duda que tanto éstos, como ella, que al aceptar las cosas dejadas prestó su consentimiento á la última voluntad del difunto, están obligados á la compra y á la manumisión, y que se te debe la libertad fideicomisaria.

Sancionada á 7 de los Idus de Diciembre, bajo el consulado de los Césares. [294—305.]

14. *El Emperador* JUSTINIANO, *Augusto, á* JULIÁN, *Prefecto del Pretorio.* — Como quiera que por los antiguos se dudaba si sería posible dejarle por fideicomiso la libertad á un esclavo, que todavía fuese llevado en el claustro materno, y que se esperase que se hiciera hombre, decidiendo nosotros la antigua contienda, mandamos, en favor de la li-

(1) *Los mms. Veron. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los mms. de Russ., y las ed. Nbg. Schf. Hal.;* tamen, *insertan Russ. y los demás, también contra Schol. Bas.*

(2) *El ms. Veron.; Hal. y los demás omiten la indicación de la fecha, la cual fué restituida según la ley 5. C. V. 28.*

(3) et CC., *omitenlas los mms. Cas. Bg., y las ed. Nbg. Hal.*

(4) fuerit, *los mms. Veron. Pl. 2.*

(5) provides, *los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf. Hal., pero contra el ms. Veron.;* σκοπεῖς, *Schol. Bas.*

(6) *El ms. Veron.;* adire praesidem [praeside *el ms. Bg.*] provinciae, *los mms. Pl. 1. 2. Bg., y la ed. Schf.;* adire praesidem provinciae te, *las ed. Nbg. Hal. y las demás; pero* προσέλευσιν δίξασθαι ὁ ἄρχων — ὀφείλει, *Schol. Bas., que dice* τὸ κατὰ πόδας.

(7) *El ms. Pist.:* Sine die et css., *el ms. Veron.:* Sine — cons., *omitenlas Hal. y los demas.*

(8) *El ms. Veron.:* Yreneo, Yrineo, Hirineo, Hereneo, *los demas mms. nuestros:* Hyreno, *la ed. Nbg.;* Hyrenio, *Hal. y los demás.*

(9) *Los mms. Veron. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y la ed. Schf.:* esse, *insertan las ed. Nbg. Hal. y las demás; pero con el texto también Schol. Bas.*

(10) *La indicación de la fecha, que falta en Hal. y en los demás, fue restituida según el ms. Veron.*

(11) donata, *el ms. Veron., pero contra Schol. Bas., en el que no tiene equivalente.*

(12) *Los mms. Veron. Pl. 1. 2. Bg., y la ed. Schf.;* postea, *las ed. Nbg. Hal. y las demás.*

(13) *Los mms. Veron. Pl. 1. 2., y la ed. Schf.:* testamento manumitti, *el ms. Bg., y las demas ed.*

(14) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf. Hal. Blc.:* seu, *insertan el ms. Veron., Russ. y los demás, pero contra Schol. Bas., que dice* τὸ κατὰ πόδας.

(15) *Los mms. Veron. Pl. 2. Bg., y la ed. Schf.;* eos, *las demás ed.;* heos, *el ms. Pl. 1.*

(16) *El ms. Veron.; la indicación de la fecha omitenla Hal. y los demás.*

(17) Mennae, *el ms. Pl. 1.;* Ioh., *S. Perus.*

Digitized by Google

masculo sive in femina, quae (1) adhuc in ventre vehitur materno (2), ut cum libertate solem respiciat, etsi mater sua adhuc in servitute constans eum vel eam ediderit. Sin autem plures creati vel creatae sint, sive unius fecit mentionem, sive pluraliter nuncupavit, nihilominus omnes ad libertatem a primis veniant cunabulis (3), quum in ambiguis sensibus melius est (4), et maxime in libertate, favore eius humaniorem amplecti sententiam.

Dat. Kal. Octob. Constantinop. (5) LAMPADIO et ORESTE VV. CC. Conss. (6) [530.]

bertad, que tenga validez la libertad dejada tanto por fideicomiso, como directamente, ora respecto á un varón como en cuanto á la hembra que es llevada todavía en el claustro materno, de suerte que con la libertad vea la luz, aunque la madre lo ó la hubiere parido estando todavía en esclavitud. Mas si hubieran sido procreados varios ó varias, ora si hizo mención de uno sólo, ora si los llamó en plural, lleguen, sin embargo, todos desde el primer momento á la libertad, puesto que en los casos dudosos, y mayormente tratándose de la libertad, es preferible que se acepte en favor de ésta el sentido más equitativo.

Dada en Constantinopla las Calendas de Octubre, bajo el consulado de LAMPADIO y de ORESTE, varones esclarecidos. [530.]

15. *Idem A.* IULIANO (7) *P. P.* — Ancillam sive servum, quum (8) fideicommissaria libertas eis (9) relicta sit, sancimus, si mora libertatis a debitore (10) facta fuerit, sententia praesidis eripi in (11) libertatem, et nullo facto aut voluntate ab herede exspectanda, sed talem habere eos libertatem, quasi ab ipso testatore directis verbis fuerint libertatem consecuti, quum satis impium atque absurdum est (12), heredes testatoris differre voluntates (13), maxime quum ad libertatem respiciant (14).

Dat. Kal. Octob. Constantinop. LAMPADIO et ORESTE VV. CC. Conss. (15) [530.]

15. *El mismo Augusto á* JULIÁN, *Prefecto del Pretorio.*—Mandamos, que cuando por fideicomiso se les haya dejado la libertad, si por el deudor se hubiere causado mora para la libertad, sean el esclavo ó la esclava arrancados para la libertad por sentencia del presidente, sin que se haya de esperar ningún acto ó la voluntad del heredero, sino que tengan de tal modo la libertad, como si con palabras directas hubieren conseguido del mismo testador la libertad, pues es bastante impío y absurdo, que los herederos difieran las disposiciones del testador, sobre todo cuando se refieran á la libertad.

Dada en Constantinopla las Calendas de Octubre, bajo el consulado de LAMPADIO y de ORESTE, varones esclarecidos. [530.]

16. *Idem A.* IULIANO *P. P.*—Si quis in suo testamento rogaverit suum heredem ex liberis ancillae suae, quam nominaverit, unum, quem elegerit, ad libertatem perducere, et, quum ancilla unum vel plures enixa est, heres, neque dum superest, in libertatem aliquem adduxerit, vel quum deliberat, quis ad libertatem perducendus (16) est, ab hac luce fuerit subtractus; dubitabatur ab antiquis, utrumne omnes, an quidam, aut (17) nemo ex his ad libertatem perveniant (18). Sed veteris quidem iuris altercatio multa sibi (19) super huiusmodi casibus resonavit (20). Nos autem heredis coercentes malignitatem, si non voluntatem testatoris adimpleverit, et mox, quum potuerit, non elegerit unum ex liberis ancillae et eum libertate donaverit, sancimus, compelli non solum eum, sed etiam heredes vel successores eius omnes ancillae liberos in libertatem perducere (21). Neque enim hoc contrarium est sententiae testatoris. Quum enim (22) omnimodo quendam ex his liberum esse disposuerit (23),

36. *Iidem AA. et CC.* Theodoro (2).— Post certi temporis ministerium ancillae liberam eam esse cum ea paciscendo, conventionis obtemperandi legi domina nullam habet necessitatem. Utque hoc verum est, ita e contrario, si filios suos, constituta cum his libera, in ministerium tibi tradere promisisse probetur, parere placitis non compellitur.

37. *Iidem AA. et CC.* Olympio.— Si filium tuum liberum genero vendidisti, qui tam proxima necessitudine coniunctus conditionis ignorantiam simulare non potest, utrisque sociis criminis accusator deest.

38. *Iidem AA. et CC.* Philesarphi (3). — Non idcirco minus, quod te limenarcha creato nemo contradixit, reipublicae nomine moveri tibi status quaestio potest.

Dat. XVI. Kal. Ianuar. (4) Nicaea (5), Caess. Conss. (6) [300—305.]

39. *Iidem AA. et CC.* Eutychio (7). — Liberos velut servos (8) profitentes statum eorum mutare non posse, constat.

S. VII. Kal. Ianuar. Sirmii, Caess. Conss. [300—305.]

40. *Exemplum sacrarum literarum* (9) *ad* Verinum (10). — Iuxta edicti nostri continentiam in liberalibus quoque negotiis, sive de libertinitate sive de ingenuitate moventur (11), absente nihilominus una parte causam discuti, et pro iustitiae ratione sententiam proferri, nihil prohibet.

41. *Impp.* Constantinus *et* Licinius *AA. ad* Titianum (12), *Praesidem Cappadociae.* — Iubemus, omnes epistolas actricis, quas ad Aelium tanquam principalem fecerat, inanes ac vacuas esse atque in irritum devocari, ac de ingenuitate eiusdem Aelii requeri, nec mulieri id obesse, quod ad eum tanquam decurionem ac principalem scripserit, vel id, quod idem se finxerit decurionem vel principalem, maxime quum non solum testium professione et cognationis eius iugum servile cognoscitur, verum etiam voce propria eiusdem Aelii apud aliud iudicium patuerat, quod conditionis servilis videretur.

42. *Imp.* Constantinus *A. ad* Maximum *P. U.* (13)

bienes de un pupilo, deja de poder soportar respecto á su persona la cuestión de esclavitud.

..... en Sirmio las Nonas de Diciembre, bajo el consulado de los Césares. [300—305.]

36. *Los mismos Augustos y Césares á* Teodoro. —Por haber pactado con ella que después de haber servido cierto tiempo como esclava ésta sería libre, no tiene su dueña ninguna necesidad de atemperarse á la ley de la convención. Y así como es verdad esto, así, por el contrario, si se probase que la que siendo libre juntamente con sus hijos prometió entregarte éstos en esclavitud, no es compelida á cumplir lo pactado.

37. *Los mismos Augustos y Césares á* Olimpio.— Si le vendiste un hijo tuyo libre á tu yerno, que unido por tan próximo parentesco no puede afectar ignorancia de la condición de aquel, falta acusador para ambos coautores del crimen.

38. *Los mismos Augustos y Césares á* Filesarfo. —No porque habiendo sido tú nombrado intendente de un puerto nadie se opuso, deja de podérsete promover á nombre de la república la cuestión de estado.

Dada en Nicea á 16 de las Calendas de Enero, bajo el consulado de los Césares. [300—305.]

39. *Los mismos Augustos y Césares á* Eutiquio. —Es sabido, que los que declaran como esclavos á sus hijos no pueden cambiar el estado de ellos.

Sancionada en Sirmio á 7 de las Calendas de Enero, bajo el consulado de los Césares. [300—305.]

40. *Copia de la carta sacra dirigida á* Verino.— Con arreglo al contenido de nuestro edicto, nada impide que también en los litigios relativos á la libertad, ora se promuevan sobre la condición de libertino, ora sobre la ingenuidad, se discuta la causa aun estando ausente una de las partes, y que se profiera sentencia conforme á justicia.

41. *Los Emperadores* Constantino *y* Licinio, *Augustos, á* Ticiano, *Presidente de la Capadocia.* — Mandamos, que sean nulas y sin efecto y que sean invalidadas todas las cartas que la actora había dirigido á Elio como á principal, y que se investigue respecto á la ingenuidad del mismo Elio, sin que le perjudique a la mujer que le haya escrito como á decurión y principal, ó que él mismo se haya fingido decurión ó principal, mayormente cuando no solamente se conoce por declaración de testigos hasta la condición servil de sus cognados, sino habiéndose evidenciado también en otro juicio por propia manifestación del mismo Elio, que se le consideraba de condición servil.

42. *El Emperador* Constantino, *Augusto, á* Má-

(1) *Russ. según los antiguos cód., y Bk.: la indicación de la fecha omitenla los demás.*
(2) Theodorae, *algunos mms.*
(3) Philoserapi, Philoseraphi, Filio Serassi, *algunos mms.*
(4) pp. X. K. Ian., *S. Perus.*
(5) Nicea, *S. Perus.*; Nic., *Russ. según los antiguos cód.*; Nicomed., *Cont. 66. y los demas.*
(6) *La indicación de la fecha omitenla Hal. Cont. 62.*
(7) Eytichio, *el ms. Cas.*; Eutichio, *S. Perus.*; Etichiae, *el ms. Pist.*; Poteseuticio, *el ms. Vat.*; Potesteuticio, *el ms. Bg.*; Potesentico, *las ed.*
(8) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y la ed. Schf.*; se, *insertan las ed. Nbg. Hal. y las demas, contra las Bas. y contra el genuino sentido, que es: que los padres que confiesan que sus hijos son esclavos, no cambian el estado de ellos. Vease l. 8. D. I. 5.*
(9) *Los mms. Cas. Vat. Pl. 1. 2. Bg., las ed. Nbg. Schf. y S. Perus.*; AA. et CC., *insertan Hal. y los demas.*
(10) *Los mms. Cas. Vat. Pl. 2. Bg.*; Verrinum, *la ed. Schf.*; Vernium, *el ms. Pl. 1.*; Verrianum, *S. Perus*; Verutum, *las ed. Nbg. Hal. y las demas.*
(11) *Los mms. Pl. 1. Bg. Gt.*; movetur, *el ms. Pl. 2.*; quaestio moveatur, *las ed., pero contra todos los mms. de Russ. en los cuales falta* quaestio, *y contra Schol. Bas., que dice* [illegible].
(12) *El ms. Cas., y S. Perus.*; ad Ticianum, *los mms. Vat. Bg.*; Aditicianum, *el ms. Pl. 1.*; ad Eutitum, *la ed. Nbg.*; ad Eutychium, *Hal. y los demas.*
(13) *Los mms. Pist. Vat. Bg.*; P. P., *los demás mms. y las ed. excepto Bk.*

Digitized by Google

—Placuit eos, qui nascuntur, matrum conditionibus (1) uti, quarum mox visceribus exponuntur. Ante litem vero (2) nati, suo omnes nomine (3) in quaestionem vocentur, quoniam hos solos, qui in lite nati erunt, omnem fortunam matrum complecti oportet, et (4) aut iustis tradi dominis, aut libertate cum lucis auctoribus frui.

Dat. prid. Id. Iul. (5) Sirmio (6), PROBIANO et IULIANO Conss. (7) [322.]

XIMO, *Prefecto de la Ciudad.* — Se determinó, que los que nacen disfruten de las condiciones de sus madres, de que luego se hace exposición en el fondo de la causa. Mas los nacidos antes del litigio sean todos ellos llamados en su propio nombre á la cuestión, porque es conveniente que solamente los que nacieron durante el litigio abracen toda la condición de sus madres, y ó sean entregados á sus legítimos dueños, ó disfruten de la libertad con los autores de sus días.

Dada en Sirmio á 1 de los Idus de Julio, bajo el consulado de PROBIANO y de JULIÁN. [322.]

TIT. XVII

DE ASSERTIONE TOLLENDA

1. *Imp.* IUSTINIANUS *A.* MENNAE *P. P.*—Lites super servili conditione movendas ad clementiorem tam examinationem quam terminum transferimus, iubentes, si quis vel adhuc serviens liberum se esse dixerit, vel in libertate commorans ad servitutem vocatus fuerit, assertoris difficultatem in utroque casu cessare, ipsumque per se (8) ad intentiones (9) eius, qui dominum sese asserit, respondere, et si ex possessione libertatis ad servitutem ducitur, etiam procuratorem dare minime prohiberi, quod his, qui ex servitute ad libertatem prosiluerint, penitus interdicimus; illis legibus, quae dudum et secunda et tertia (10) vice assertorias lites examinari praecipiebant, in posterum conquiescentibus, quum sit iustum, primam definitionem in suis manere viribus, quum provocatio nulla oblata fuerit. Qua porrecta, ad similitudinem aliorum negotiorum iudex, ad quem res ex provocatione ducitur (11), eam examinabit (12), cuius et ipsius iudicium ad secundam exquisitionem minime deducetur occasione legum, quae super assertoriis litibus positae sunt.

§ 1.—Super peculio etiam eorum vel aliis rebus aut causis veterem defensoris (13) observationem tollimus, praecipientes, illorum tantummodo peculia, qui ex possessione servitutis super libera conditione litigant, aliasque res, quae vindicantur, in tuto pro dispositione iudicis collocari.

§ 2.—Omnes vero, qui pro libertate periclitantur, si quidem possint (14) fideiussorem dare, eum exigi; sin vero revera datio eius impossibilis eis sit, hocque iudici manifeste ostendatur, iuratoriae cautioni committi; scientes quod, si post huiusmodi expositionem abfuerint, et edictis citati in absentia nihilominus per unum annum duraverint, omnimodo servituti obnoxii erunt, et eius dominio, qui litem eis intulit, sine ulla dubitatione assignabuntur.

TÍTULO XVII

DE LA ABOLICIÓN DE LA ASERCIÓN

1. *El Emperador* JUSTINIANO, *Augusto, á* MENNA, *Prefecto del Pretorio.*—Llevamos tanto á exámen como á término más clemente los litigios que se hayan de promover sobre la condición de esclavo, mandando, que ya si alguno estando todavía en esclavitud dijere que él es libre, ya si viviendo en libertad hubiere sido reclamado á esclavitud, desaparezca en uno y en otro caso la dificultad del asertor, y que él mismo responda por sí á la demanda del que afirma ser su dueño, y que si de la posesión de la libertad es llevado á esclavitud tampoco se le prohiba nombrar procurador, cosa que les prohibimos en absoluto á los que de la esclavitud se hubieren lanzado á la libertad; quedando en lo sucesivo sin vigor aquellas leyes que poco há preceptuaban que se examinasen segunda y tercera vez los litigios de aserción, pues es justo que permanezca en su vigor la primera resolución, no habiendo sido interpuesta ninguna apelación. Habiéndose interpuesto, el juez, á quien en virtud de la apelación se lleva el asunto, lo examinará á la manera que los demás negocios, y su fallo no será llevado á segunda discusión con ocasión de las leyes que se promulgaron sobre los litigios de aserción.

§ 1.—También abolimos la antigua observancia de defensor respecto al peculio, ó á los demás bienes ó causas de los mismos, mandando que solamente los peculios de los que en posesión de la esclavitud litigan por su condición de libre, y los demás bienes que son reivindicados, se pongan en seguro por disposición del juez.

§ 2.—Mas exíjasele fiador, si pudieran darlo, á todos los que en cuanto á su libertad se hallan en peligro; pero si en realidad les fuera imposible darlo, y esto se le demostrara evidentemente al juez, sean sujetados á la caución juratoria; sabiendo, que, si se ausentaren después de tal exposición, y citados por edictos hubieren, no obstante, permanecido ausentes un año, quedarán de todos modos sujetos á esclavitud, y serán asignados sin duda alguna al dominio del que les promovió el litigio.

(1) et iure, *inserta el C. Theod.*
(2) Ante vero litem, *las ed. Nbg. Hal. y despues las demás, contra los mms. y el C. Theod.*
(3) suo nomine omnes, *las ed. Nbg. Hal. y despues las demás, contra los mms. y el C. Theod.*
(4) *Los mms. Pl. 1. 2., la ed. Schf., y el C. Theod.:* et, *omitenla el ms. Bg., y las demás ed., contra Schol. Bas.*
(5) Iun., *el C. Theod., y Bk.; pero* Iul., *que se halla en Russ. y en los demás, confírmala el ms. Pist.*
(6) *El C. Theod. y la ed. Haenel.;* Sirmii, *Bk.: el lugar falta en las demás ed.*
(7) *Este consulado, que también se halla en el ms. Pist., ha sido restituido por Bk. según el C. Theod.*
(8) *Los mms. Pl. 1. 2. Bj. Gt., todos los de Russ., y las ed. Nbg. Schf. Hal.;* et, *incertan Russ. y los demás, también contra Schol. Bas.*
(9) *Los mms. Pl. 2. Gt.:* intentionem, *los mms. Pl. 1. Bg., y las ed.: pero πρὸς τὰς ἐναγωγάς, Schol. Bas.*
(10) tertia et quarta, *se debe leer según Schol. Bas.*
(11) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Hal.:* deducitur, *las ed. Schf. Russ. y las demás.*
(12) existimabit, *el ms. Bg.*
(13) *Los mms. Pl. 1. 2.;* defensionis, *el ms. Bg., y las ed.; pero τοῦ παλαιοῦ δεξένσορος, Schol. Bas., por lo que parece que también se debe leer* veteris, *como en el ms. Bg.*
(14) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y la ed. Schf.;* possunt, *las demas ed.*

Digitized by Google

§ 3.—Scire vero eos volumus, qui aliquem ad servitutem vocant, quod, si post primam accusationem in quocunque iudicio vel ex divali iussione factam, et (1) admonitionem ei oblatam, qui servus esse dicitur, in alio iudicio eum accusaverint (praeterquam si eius occasionem ipse, qui servus esse dicitur, praestiterit), etsi domini sint, suo iure privabuntur.

Dat. III. Id. Decemb. Dom..... (2).

2. *Idem A.* Ioanni *P. P.* — Expeditam antea quaestionem, in praesenti autem ex nostra lege, quam de assertione tollenda posuimus, in quandam difficultatem incidere periclitantem, compendioso remedio fulciendam esse censemus. Quum enim (3) per assertores super libertate iudicium agitabatur, si in medio, assertore litem agente, assertus ab hac luce fuerat subtractus, necessitas imponebatur nihilominus assertori litem implere, ut emtor, si victus erat, et pro libertate fuerat pronuntiatum, habeat regressum adversus venditorem, ut ei quasi liberae personae venditor reddat id, quod emtionali instrumento continebatur vel natura contractus exigebat. In praesenti autem, quia assertorum vana nomina reiecta sunt, si persona, pro cuius conditione lis agitur, mortua fuerit, quemadmodum iudicium potest adimpleri, una tantummodo (4) persona in iudicium veniente? Sancimus itaque, in praesenti casu licentiam esse emtori adversus suum auctorem venire, quatenus vel ostendat venditor, servum se vendidisse, vel, si non potuerit, quasi libera persona vendita evictionis (5) periculum ad eum revertatur.

Dat. Kal. Sept..... (6).

TIT. XVIII

QUIBUS AD LIBERTATEM PROCLAMARE NON LICET, ET DE REBUS EORUM, QUI AD LIBERTATEM PROCLAMARE NON PROHIBENTUR

1. *Imp.* Gordianus *A.* Proculo. — Dispar causa est eius, qui dissimulata conditione sua distrahi se passus est, et eius, qui pretium participatus est. Nam superiori quidem non denegatur libertatis defensio, posteriori autem, etsi civis Romanus sit, et participatus est pretium, libertas denegatur. Eandemque et (7) in eo distinctionem adhibendam, cui fideicommissaria libertas debetur, meritissimi (8) iuris auctores responderunt.

PP. Kal. Mai. Gordiano A. et Aviola Conss. (9) [239.]

2. *Impp.* Diocletianus *et* Maximianus *AA. et CC.* (10) Melanae (11). — De latronum familia descendentibus, ex largitione principali vel auctori-

§ 3.—Pero queremos que sepan los que á esclavitud llaman á alguno, que si después de la primera acusación hecha en cualquier juicio ó por mandato imperial, y después de presentada la citación al que se dice que es esclavo, hubieren acusado á éste en otro juicio (salvo si para ello hubiere dado ocasión el mismo que se dice que es esclavo), serán privados de su derecho, aunque sean dueños.

Dada á 3 de los Idus de Diciembre.....

2. *El mismo Augusto á* Juan, *Prefecto del Pretorio.*—Creemos que se debe confirmar con conveniente remedio la cuestión antes resuelta, pero que al presente corre riesgo de tropezar con cierta dificultad en virtud de nuestra ley, que promulgamos sobre la abolición de la aserción. Porque como el juicio sobre la libertad se ventilaba por medio de asertores, si en el tiempo intermedio, sosteniendo el litigio el asertor, había fallecido el vindicado, se le imponía, sin embargo, al asertor la necesidad de terminar el litigio, de suerte que el comprador, si era vencido, y si se había fallado á favor de la libertad, tuviera acción para repetir contra el vendedor, á fin de que el vendedor le devolviese, como á una persona libre, lo que se contenía en el instrumento de compra ó lo que exigía la naturaleza del contrato. Mas al presente, como ha sido repelido el vano nombre de los asertores, si hubiere muerto la persona en favor de cuya condición se ventila el juicio, ¿cómo se podría terminar el juicio, asistiendo al juicio una sola persona? Así, pues, mandamos, que en el presente caso tenga permiso el comprador para dirigirse contra su vendedor, á fin de que ó el vendedor pruebe que él vendió un esclavo, ó, si no lo hubiere podido, recaiga sobre él el riesgo de la evicción como si hubiera sido vendida una persona libre.

Dada las Calendas de Septiembre.....

TÍTULO XVIII

Á QUIÉNES NO LES ES LÍCITO PROCLAMARSE EN LIBERTAD, Y DE LOS BIENES DE AQUELLOS Á QUIENES NO SE LES PROHIBE PROCLAMARSE EN LIBERTAD

1. *El Emperador* Gordiano, *Augusto, á* Próculo. —Diferente es la situación del que habiendo disimulado su propia condición consintió ser vendido, y la del que participó del precio. Porque al primero ciertamente no se le deniega la defensa de la libertad, pero al segundo, aunque sea ciudadano romano, y haya participado del precio, se le deniega la libertad. Y los más reputados autores del derecho respondieron, que la misma distinción se ha de hacer también respecto á aquel á quien se le debe por fideicomiso la libertad.

Publicada las Calendas de Mayo, bajo el consulado de Gordiano, Augusto, y de Aviola. [239.]

2. *Los Emperadores* Diocleciano *y* Maximiano, *Augustos y Césares, á* Melana.—Los príncipes antecesores decretaron que se les denegase la liber-

(1) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf. Hal.;* post, *insertan Russ. y los demás, contra Schol. Bas.*
(2) *Esta indicación de la fecha ha sido restituida por Russ.; parece que se debe completar así:* Decemb. Dn. Iustiniano. A. II. Cons. (528.) *Véase la nota de la indicación de la fecha de la ley 1. C. VII. 3.*
(3) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y la ed. Schf.;* etenim, *las demás ed.*
(4) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf.;* tantum, *Hal. y los demás.*
(5) emptionis, *el ms. Bg.*
(6) *El día ha sido puesto según el ms. Pist.*
(7) et, *omitenla los mms. Pl. 1. 2. Bg., y la ed. Schf.*
(8) meritissimo, *Russ. al márgen, y en el ms. Bg. antes la corrección; también Schol. Bas. dice* ἀξίως.
(9) *En Hal. falta la indicación de la fecha.*
(10) Imp. Gor. A. et C., *el ms. Pist.*
(11) Mellianae, Mellianae, Incilianae, *algunos mms.;* Molanae, *S. Perus.*

Digitized by Google

tate fiscali servis factis, retro principes libertatem denegari decreverunt.

3. *Imp.* CONSTANTINUS *A. ad* MAXIMUM *P. U.* (1) —Si quis in libertatem proclamaverit, id, quod apud se esse eius, qui se dominum dicit, profitebitur, quoniam de eo non dubitatur, reddi ac referri iudex protinus pronuntiabit. Quod vero petitur, si fuerit negatione dubium (2), per cautionem conservabitur, ac petitio differetur (3), ut, si fuerit approbata (4) libertas, (quoniam et ipsis, qui his rem commiserunt, medendum est) gestarum rerum ab eodem ratio atque omne, quod debetur (5), reposcatur, ut servitute depulsa (6), qui pro domino quondam fuerat, habeat, quod ut servo domini (7) iure largitus est, et quae ex earum rerum quaestu ac fructibus congregata (8) sunt, et quae de furtivis compendiis obscure capta ac parata (9) sunt, quum liberum esse non oporteat, quod apud servum dominus peculii nomine collocaverat. Ea vero, quae testamento vel donatione quaesita sunt, aut quae ex earum rerum emolumentis emta confectaque sunt, eidem ingenuo deputentur. Quae tamen universa exacto libertatis iudicio, quatenus (10) a supradictis rebus discernuntur (11), in sequestro (12) esse oportet, ut, his ab utroque deductis atque in medio iure (13) collocatis (14), ad eorum proprietatem uterque contendat.

Dat. XV. Kal. Mart. Thessalonica (15) SEVERO et RUFINO Conss. [323.]

3. *El Emperador* CONSTANTINO, *Augusto, á* MÁXIMO, *Prefecto de la ciudad.*—Si el que se hubiere proclamado en libertad, confesare que lo que está en su poder es del que se dice dueño, el juez dispondrá inmediatamente que se le devuelva y entregue, puesto que no se duda sobre el particular. Mas si lo que se pide fuere dudoso por virtud de negación, se conservará mediante caución, y se diferirá la demanda, para que, si hubiere sido aprobada la libertad, se reclame del mismo, (pues también se ha de atender á los que á éstos les confiaron los bienes), cuenta de los bienes administrados y todo lo que por él se debe, de suerte que, desestimada la esclavitud, tenga el que antes había sido como dueño lo que con derecho de señor le dió al esclavo, lo que por ganancia de estos bienes y con los frutos se acumuló, y lo que en secreto se adquirió y acaparó con furtivos provechos, pues no debe quedar libre lo que á título de peculio había puesto el señor en poder del esclavo. Mas atribúyasele al mismo ingénuo lo que fué adquirido por testamento ó donación, ó lo que se compró é hizo con los emolumentos de estos bienes. Pero todas estas cosas, como se separan de las antes mencionadas, deben estar, terminado el juicio sobre la libertad, en secuestro, á fin de que, presentadas por ambas partes y puestas legalmente en lugar intermedio, cada cual reclame la propiedad de las mismas.

Dada en Tesalónica á 15 de las Calendas de Marzo, bajo el consulado de SEVERO y de RUFINO. [323.]

TIT. XIX

DE ORDINE COGNITIONUM

1. *Imp.* ALEXANDER *A.* VITALIO.—Quum et ipse confessus es, status te controversiam pati, qua ratione postulas, priusquam de conditione constaret tua, accusandi tibi tribui potestatem contra eum, qui te servum esse contendit? Quum igitur, sicut allegas, statu tui generis fretus es, iuxta ius ordinarium praesidem pete, qui, cognita prius liberali causa, ex eventu iudicii, quid de crimine statuere debeat, non dubitabit.

PP. V. Id. M..... (16) MAXIMO II. et AELIANO Conss. (17) [223.]

2. *Idem A.* GALLO (18). — Si de hereditate et libertate controversia est, prius agi causa libertatis debet. Sed si de hereditate agetur, ordinanda (19) quidem est causa libertatis, sed sufficit ei, qui li-

TÍTULO XIX

DEL ORDEN EN EL CONOCER

1. *El Emperador* ALEJANDRO, *Augusto, á* VITALIO. —Puesto que tú mismo has confesado que sostienes controversia sobre tu estado, ¿con qué razón pides, antes que conste lo relativo á tu condición, que se te conceda facultad para acusar al que sostiene que eres esclavo? Así, pues, como, según alegas, confías en el estado de tu linaje, dirígete con arreglo al derecho ordinario al presidente, quien, conocida antes la causa sobre la libertad, no dudará en virtud del resultado del juicio qué es lo que deba determinar respecto al crímen.

Publicada á 5 de los Idus de M..... bajo el segundo consulado de MÁXIMO y el de ELIANO. [223.]

2. *El mismo Augusto á* GALO. —Si la controversia es sobre la herencia y la libertad, primeramente se debe ventilar la cuestión de la libertad. Pero si se tratare de la herencia, se ha de plantear cier-

(1) *El ms. Vat., el ms. Cont., el C. Theod., y Bk.;* P. P., *los demás.*
(2) negotiatione controversum, *el C. Theod.; pero* τῇ ἀμφιβόλου, *Schol. Bas., en que se lee* τὸ κατὰ πόδας.
(3) differtur, *el C. Theod.*
(4) propria, *inserta el C. Theod.; pero concuerda con el texto Schol. Bas.*
(5) debebitur, *la ed. Schf., y el C. Theod.*
(6) depulsus, *el C. Theod.; pero* τῆς δουλείας ἐκβληθείσης, *Schol. Bas.*
(7) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., las ed. Nbg. Schf. Bk., y el C. Theod.;* dominii, *Hal. y los demás, con quienes concuerda Schol. Bas., que dice:* δικαίῳ δεσποτείας.
(8) conciliata, *el C. Theod.*
(9) parta, *el C. Theod.*
(10) quae, *los mms. Pl. 1. 2. Gt.; también Schol. Bas. dice* ἅπερ; quo, *el C. Theod.*
(11) discernantur, *los mms. Pl. 2. Bg. Gt., y Hal.;* discernatur, *la ed. Schf.*
(12) sequestri, *el C. Theod.*
(13) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., la ed. Schf., el C. Theod., y Cuyacio Obss. XII. 6.;* iure, *omitenla las ed. Nbg. Hal. y las demás; pero* ἐν μέσῳ δικαίῳ. *Schol. Bas.*
(14) collatis, *el ms. Pl. 1., y la ed. Schf.;* locatis, *el C. Theod.*
(15) *El C. Theod. y la ed. Haenel.;* Thessalonicae, *Hal. y los demás.*
(16) PP. Id., *Russ. y los demás:* p. V. id. m., *escribiendo* mai. ó mart.), *el ms. Pist., el cual confirma este consulado, pero omitiendo* II. *despues de* Max.
(17) *Hal. omite la indicación de la fecha.*
(18) Galliae, Iuliae, *nuestros mms.*
(19) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed Nbg. Hal.;* prius, *insertan las ed. Schf. Russ. y las demás, contra Schol. Bas.*

Digitized by Google

bertate utitur, ad victoriam, de hereditate secundum eum esse pronuntiatum.

PP. V. Id. August. Maximo II. et Aeliano (1) Conss. [223.]

3. *Idem A.* Valeriano (2). — Si crimen aliquod inferatur ei, quam ingenuam esse dicis, ante liberalis causa suo ordine agi debet, cognitionem suam praeside praebente, quoniam necesse est ante sciri, si delictum probatum fuerit, utrum ut in liberam et ingenuam, an ut in ancillam constitui oportet (3).

PP. VI. Kal. Decemb. Maximo II. (4) et Aeliano Conss. (5) [223.]

4. *Imp.* Gordianus *A.* Menedemo. — Si status controversiam pateris, lite prius liberali terminata, si pro te fuerit pronuntiatum, agere etiam adversus eum, qui se dominum tuum esse contendit, non prohiberis. Quodsi ideo te ab accusatione elidet (6), quasi servum non proprium sed alienum, liberale quidem iudicium cessat, causae autem examinatio apud eum, qui iudicat, ostendet, utrumne accusatio induci debeat propter statum personae, an evanescat.

Dat. X. Kal. Decemb. Gordiano A. et Aviola Conss. (7) [239.]

5. *Impp.* Diocletianus *et* Maximianus *AA. et CC.* Alpheno (8). — Quum status quaestionem tibi moveri, et te debita velle petere commemores, ordinarium est, prius solemnibus interpositis, si hoc iuris admiserit ratio, causam liberalem apud praesidem provinciae decidi, ut, si liber fueris vel servus non esse pronuntiatus, tunc tibi iure debita restitui iubeat, quum, hoc incerto (9), utrumne tibi libero constituto, an domino tuo, si servum te sententia declaraverit, debeatur, ad solutionem debitorem tuum urgeri non oporteat (10).

S. prid. Kal. Mai. Beraci (11), AA. Conss. (12) [293—304.]

6. *Iidem AA. et CC.* Alexandriae (13). — Si res tuas raptas (14) vel amotas esse dicis ab his, quos servos tuos esse contendis, hique in libertatem proclamaverint, causa liberalis prius adversus eos, et tunc damni dati rerumque amotarum lis apud praesidem provinciae contestanda est, ut, si quidem liberi vel servi non esse pronuntientur, tunc demum damni dati et amotarum rerum procedere possit, adhibita probatione, condemnatio, si vero secus, quaestio rerum amotarum evanescat.

(1) *La indicación de la fecha falta en Hal. Cont. 62.*; et Aeliano, *omite las Russ. Cont. 66. y los demas, excepto Bk.; pero con el texto el ms. Pist.*

(2) *Los mms. Pist. Cas. Vat. Pl. 1.*; Iuliano, *el ms. Bg.*; Valerio, *las ed.*

(3) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., y la ed. Nbg.*: oporteat, *las ed. Schf. Hal. y las demás*; iudicium, *añaden las ed. Nbg. Hal. Russ. Cont. 62. Sp. Bk., contra los mms. Pl. 1. 2. Gt., todos los mms. de Russ., y contra las ed. Schf. Cont. 66. 71. 76. Char. Pac.: analoga adición hay en el ms. Bg., en el cual se lee* constitui poenam oportet.

(4) 11., *omitela el ms. Pist.*

(5) *La indicacion de la fecha ha sido puesta segun el ms. Pist.*

(6) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf. Hal.*; elidat, *Russ. y los demas.*

(7) *Hal. omite la indicación de la fecha.*

tamente la cuestión de la libertad, mas al que disfruta de la libertad le basta para su victoria que se haya fallado á su favor sobre la herencia.

Publicada á 5 de los Idus de Agosto, bajo el segundo consulado de Máximo y el de Eliano. [223.]

3. *El mismo Augusto á* Valeriano.—Si se le imputa un crimen á la que dices que es ingénua, debe ventilarse antes por su orden la cuestión de la libertad, conociendo de ella el presidente, pues es necesario que antes se sepa, si se hubiere probado el delito, si se debe fallar como contra una libre é ingénua, ó como contra una esclava.

Publicada á 6 de las Calendas de Diciembre, bajo el segundo consulado de Máximo y el de Eliano. [223.]

4. *El Emperador* Gordiano, *Augusto, á* Menedemo.—Si estuvieres sujeto á controversia sobre tu estado, terminado primeramente el litigio sobre la libertad, no se te prohibe, si se hubiere fallado á tu favor, dirigirte también contra el que sostienes que es tu dueño. Pero si te repeliese de la acusación como por ser esclavo, no propio de él, sino de otro, deja ciertamente de tener lugar el juicio sobre la libertad, pero el exámen de la causa mostrará al que juzga, si por razón del estado de la persona se deberá presentar la acusación, ó si deja de haber lugar para ella.

Dada á 10 de las Calendas de Diciembre, bajo el consulado de Gordiano, Augusto, y el de Aviola. [239.]

5. *Los Emperadores* Diocleciano *y* Maximiano, *Augustos y Cesares, á* Alfeno.— Puesto que manifiestas que se te promueve la cuestión de estado, y que quieres reclamar deudas, está en el orden, que, llenadas primeramente las formalidades, si esto lo consintiere el derecho, se decida ante el presidente de la provincia la cuestión de la libertad, de suerte que, si fueres libre ó no fuiste declarado esclavo, mande que entonces se te pague lo que en derecho se te debe, porque, siendo incierto si se te debe á tí siendo libre, ó á tu señor, si la sentencia te hubiere declarado esclavo, no es conveniente que tu deudor sea apremiado al pago.

Sancionada en Beraco á 1 de las Calendas de Mayo, bajo el consulado de los Augustos. [293—304.]

6. *Los mismos Augustos y Cesares á* Alejandría. —Si dices que cosas tuyas han sido robadas ó amovidas por los que sostienes que son esclavos tuyos, y éstos se proclamaren en libertad, primeramente se ha de contestar ante el presidente de la provincia la causa sobre la libertad contra ellos, y luego el litigio sobre el daño causado y las cosas amovidas, á fin de que, si verdaderamente se declarase que son libres ó que no son esclavos, sólo entonces pueda ser procedente, suministrada la prueba, la condena del daño causado y de las cosas amovidas, pero si al contrario, deje de haber lugar á la cuestión de cosas amovidas.

(8) Alpheo (Alphaeo, Alfeo), *los mms. Pist. Cas. Pl. 1. Bg., S. Perus., y la ed. Nbg.*

(9) cum hoc incertum est, *las ed. Schf. Nbg.*: Dum hoc incertum est. *Hal. Bk., pero una y otra palabra contra los cód. y Schol. Bas., en que τὸ κατὰ πόδας se halla:* ὑπὸτὸ τοῦτο ἀδήλου ὄντος.

(10) oportet, *el ms. Pl. 1., y las ed. Nbg. Hal. Bk.*

(11) *Así también el lugar en el ms. Pist., debiéndose leer acaso* Hieraci.

(12) *Hal. omite la indicación de la fecha.*

(13) Alexandro, *el ms. Pist., y S. Perus.*

(14) ruptas, *enmienda Cuyácio Obss. XVIII. 22.*: *pero Schol. Bas. dice* ἁρπαγέντα.

Digitized by Google

Dat. III. Id. Ianuar. Sirmii (1), AA. Conss. [293—304.]

7. *Imp.* CONSTANTINUS *A. ad* BASSUM *P. P.* (2)— Si quando negotium status fuerit exortum, si (3) ab eius parte, qui dicitur servus, aliquid dicatur dominus abripuisse (4), prius considerari placet, utrum de possessione servitutis in libertatem reclamandum putet, an vero ex possessione libertatis in servitutem vocetur. Ac (5) si eum de obsequiis servilibus libertatem constiterit flagitare, ante decidi status convenit causam, atque ita praeberi direptorum negotiorum, si res exegerit, audientiam. Quodsi ei, qui ad servitutem vocatur, quidquam direptum esse memoretur, universa, quae constiterit ablata, ita demum reddi convenit ei, qui servus esse contenditur, si modo salvam rem futuram per idoneos fideiussores promiserit. Nam si tales non potuerit dare, tunc ea convenit, de quibus in iudicio tractabitur, sequestrari in eum diem, in (6) quo controversia sopietur (7), ita ut ex iisdem, si alia (8) facultas esse non poterit, tantum litis sumtibus (9) et alimoniae hominis (10) subministretur, quantum moderato iudicis arbitrio fuerit aestimatum.

§ 1.—Quum autem, necdum lite de statu mota, res ab aliquo direptae sint, et, sententia de restituenda possessione rerum lata, ille, ne (11) sententiae satisfieret, de statu controversiam movit, necessitatem habebit et sine satisdatione easdem res reddere, et tunc causam liberalem secundum iuris ordinem exercere.

Dada en Sirmio á 3 de los Idus de Enero, bajo el consulado de los Augustos. [293--304.]

7. *El Emperador* CONSTANTINO, *Augusto, á* BASSO, *Prefecto del Pretorio.*—Si cuando hubiere surgido la cuestión de estado se dijera por parte del que se dice que es esclavo que el señor le quitó alguna cosa, está determinado que primeramente se considere, si estima que de la posesión de la esclavitud ha de ser reclamado para la libertad, ó si de la posesión de la libertad será llamado á la esclavitud. Y si constare que prestando servicios de esclavo reclama la libertad, conviene que antes se decida la cuestión de estado, y que de este modo se conceda audiencia respecto á las cosas robadas, si el caso lo exigiere. Mas si se dijese que se le quitó alguna cosa al que es llamado á esclavitud, conviene que todo lo que constare que fué quitado se le devuelva al que se sostiene que es esclavo, solamente si hubiere prometido con fiadores abonados que la cosa quedará á salvo. Porque si no hubiere podido darlos tales, en este caso es conveniente que los bienes de que se tratare en el juicio sean puestos en secuestro hasta el dia en que se dirima la controversia, de suerte que, si no pudiere tener otros recursos, se suministre de ellos para los gastos del litigio, y para alimento de aquel hombre, tanto cuanto por moderado arbitrio del juez se hubiere estimado.

§ 1.—Mas cuando, no habiéndose promovido todavía litigio sobre el estado, se hubieran robado bienes por alguno, y, proferida sentencia para que se restituya la posesión de los bienes, aquel promovió controversia sobre el estado para no cumplir la sentencia, tendrá necesidad de devolver los mismos bienes aun sin fianza, y de seguir entonces según el orden de derecho el litigio sobre la libertad.

TIT. XX

DE COLLUSIONE DETEGENDA

1. *Impp.* DIOCLETIANUS *et* MAXIMIANUS *AA. et CC.* (12) THEODORAE (13). — Quum servum matris tuae et stupro violasse dominam suam, et turpis coniunctionis maculam excogitandae ingenuitatis collusione ac falsae captivitatis velamento apud competentem iudicem obtegere voluisse proponas, nec libertatem ei matrem tuam dedisse, sed in solam ingenuitatem eum nudae voluntatis mendacio producere (14) nisam (15) asseveres, servum esse palam est, quando etiam divi Pii rescriptum super captivitate emissum, quam non intercessisse significas, ingenuum fecisse non videatur, nec asseveratio consensus tui ingenuitatis ius tribuere potuerit.

PP. XIV. Kal. Iul. DIOCLETIANO IV. et MAXIMIANO III. AA. Conss. (16) [290.]

TÍTULO XX

DEL DESCUBRIMIENTO DE LA COLUSIÓN

1. *Los Emperadores* DIOCLECIANO *y* MAXIMIANO, *Augustos y Césares, á* TEODORA.—Puesto que expones que un esclavo de tu madre violó con estupro á su dueña, y quiso encubrir ante el juez competente la mancha de su torpe unión mediante colusión para inventar su ingenuidad y con el pretexto de una falsa cautividad, y que tu madre no le dió la libertad, pero aseveras que apoyada en la mentira de una nuda voluntad lo presenta en la sola ingenuidad, es evidente que es esclavo, pues se considera que ni aun el rescripto del divino Pio dado sobre la cautividad, que indicas no existió, lo hizo ingénuo, ni la aseveración de tu consentimiento pudo darle el derecho de la ingenuidad.

Publicada á 14 de las Calendas de Julio, bajo el cuarto consulado de DIOCLECIANO y el tercero de MAXIMIANO, Augustos. [290.]

(1) **Sirdi**, *el ms. Pist., el cual confirma también lo demás de la indicación de la fecha.*
(2) **P. P.**, *omitenlas los mms. Cas. Vat. Bg., la ed. Nbg., y S. Perus.*
(3) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf.:* **si quidem**, *Hal. y los demás.*
(4) **dicatur esse a domino abreptum**, *el ms. Pl. 1., y la ed. Schf.*
(5) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., y las ed. Nbg. Hal. Russ. Cont. 62. Bk.:* **At**, *los demás, contra Schol. Bas.*
(6) **in**, *omitenla los mms. Bg. Gt.*
(7) *Los mms. Pl. 1. Bg. Gt., y la ed. Schf.:* **sopiatur**, *el ms. Pl. 2., y las demás ed.*
(8) **si aliqua**, *los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y la ed. Nbg.;* **si aliqua alia**, *las ed. Schf. Hal. y las demás; pero ἐὰν ἄλλη τυχόντα, Schol. Bas.*
(9) *Los mms. Bg. Gt., y la ed. Schf.:* **sumtus**, *los mms. Pl. 1. 2., y las ed. Nbg. Hal. y las demás; pero τοῖς τῆς δίκης ἀναλώμασι, Schol. Bas.*
(10) *Los mms. Bg. Gt., y la ed. Schf.:* **homini**, *los mms. Pl. 1. 2., y las demás ed.; pero τῇ τροφῇ τοῦ ἀνθρώπου, Schol. Bas.*
(11) *Los mms. Bg. Gt.:* **huic**, *insertan Russ. y despues los demás; lo mismo insertan despues de* **sententiae** *los mms. Pl. 1. 2., y las ed. Nbg. Hal.; y despues de* **satisfieret**, *lo inserta la ed. Schf.; pero con el texto concuerda Schol. Bas.*
(12) **et CC.**, *omitenlas las ed. Nbg. Hal. Bk.*
(13) *Los mms. Cas. Vat. Pl. 1. Bg., y S. Perus.:* **Theodoro**, *las ed.*
(14) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf. Hal. Russ.:* **perducere**, *Cont. y los demás.*
(15) **enisam** (**enixam**), *los mms. Pl. 2. Bg. Gt., y la ed. Schf.*
(16) *La indicación de la fecha, la cual ha sido restituida por Russ. según los antiguos cod., falta en Hal. Cont. 62.*

Digitized by Google

2. *Iidem AA. et CC.* MILESIO. — Libertinae conditionis constitutis privatis pactis mutare (1) statum (2) non licere, Ninniano (3) senatusconsulto contra collusorem poena statuta praemioque detegenti promisso, manifeste declaratur.

Dat. V. Kal. Decemb. Caess. Conss. (4) [294—305.]

TIT. XXI

NE DE STATU DEFUNCTORUM POST QUINQUENNIUM QUAERATUR

1. *Impp.* SEVERUS *et* ANTONINUS *AA.* NICONI.— Aditus competens iudex causam praescriptionis examinabit, et si Domitiae patronum, qui (5) civis Romanus (6) in diem mortis vixit, ante quinque annos, quam (7) lis bonorum mulieris inchoaretur, vita decessisse constiterit, libertae status ex persona manumissoris non retractabitur.

2. *Iidem AA.* (8) MAXIMO. — Si is, qui te heredem fecit, propter matris conditionem servus dicitur, et mater ante quinque annos litis motae vita decessit, praescriptioni locus erit, quum quaeri de statu non possit, nisi de conditione matris retractetur (9). Hoc ita, si, quamdiu vixit, sine interpellatione ut civis Romana egit.

PP..... Sept. (10) ANTONINO A. II. (11) et GETA C. II. (12) Conss. [205.]

3. *Imp.* ALEXANDER *A.* OLYMPIADI.— Quamvis defunctus sit maritus quondam tuus, cui status quaestio inferebatur, causa tamen etiam post obitum eius propter emolumentum successionis durat, eamque apud eum, qui de hereditate vel singulis rebus iudicaturus est, decidi oportet.

4. *Idem A.* MARCIANO. — Si is, quem servum tuum fuisse et a fratre tuo manumissum atque heredem scriptum (13) proponis (14), ut civis Romanus vixit, nec intra quinquennium post mortem eius status quaestionem movere coepisti, intelligis, neque heredibus ab eo scriptis, neque his, quos liberos esse voluit, controversiam te contra formam senatusconsulti facere posse. Quodsi prius, quam id temporis spatium excederet, agere coepisti, et peculium eius more iudiciorum persequi, et cum manumissis, ordinata lite, secundum formam edicti experiri non prohiberis.

(1) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y la ed. Schf.;* immutare, *las ed. Nbg. Hal. y las demás.*
(2) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Hal.;* tuum, *inserta la ed. Schf.;* suum, *Russ. y los demás, pero el texto concuerda con Schol. Bas.*
(3) *Los libros antiguos que cita Cuyacio, y con los cuales concuerda Schol. Bas. que dice,* τῶν Νιννίων ὀόγματι; niniano, *el ms. Bg.;* viviano, *el ms. Pl. 1.;* viano, *el ms. Pl. 2.;* iul., *la ed. Schf.;* Noniano, *Hal. Russ.;* Numiano, *las ed. Nbg. Cont. y las demás.*
(4) *Hal. omite la indicación de la fecha.*
(5) *Los mms. Pl. 1. Bg. Gt.;* ut, *inserta el ms. Pl. 2., y las ed., contra Schol. Bas.*
(6) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los de Russ., y la ed. Schf.;* usque, *insertan las ed. Nbg. Hal. y las demás.*
(7) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y la ed. Schf.:* annos quinque ante quam (antequam), *las ed. Nbg. Hal. y las demás; pero* πρὸ πέντε ἐναυτῶν, πρὶν, *Schol. Bas.*

2. *Los mismos Augustos y Césares á* MILESIO.— Evidentemente se declara, habiéndose establecido en el senadoconsulto Ninniano pena contra el que comete colusión, y habiéndose prometido premio para el que la descubre, que no les es lícito á los que son de condición libertina cambiar su estado por pactos privados.

Dada á 5 de las Calendas de Diciembre, bajo el consulado de los Césares. [294—305.]

TÍTULO XXI

DE QUE NO SE HAGA INVESTIGACIÓN SOBRE EL ESTADO DE LOS FALLECIDOS DESPUÉS DE UN QUINQUENIO

1. *Los Emperadores* SEVERO *y* ANTONINO, *Augustos, á* NICÓN.—El juez competente á que se hubiere recurrido examinará la causa de la prescripción, y si constare que el patrono de Domicia, que vivió como ciudadano romano hasta el día de su muerte, falleció cinco años antes que se incoase el litigio sobre los bienes de la mujer, no se revocará el estado de la liberta por causa de la persona del manumisor.

2. *Los mismos Augustos á* MÁXIMO.—Si se dice que por razón de la condición de la madre es esclavo el que te hizo heredero, y la madre falleció cinco años antes de haberse promovido el litigio, habrá lugar á la prescripción, pues no se puede cuestionar sobre el estado, si no se hiciera revocación respecto á la condición de la madre. Esto así, si, mientras vivió, vivió sin contradicción como ciudadana romana.

Publicada á..... de Septiembre, bajo el segundo consulado de ANTONINO, Augusto, y el segundo de GETA, César. [205.]

3. *El Emperador* ALEJANDRO, *Augusto, á* OLIMPIADES.—Aunque haya fallecido el que fué tu marido, á quien se le promovía la cuestión de estado, continúa, sin embargo, aun después de su fallecimiento el juicio por razón del emolumento de la sucesión, y debe ser decidido ante el que haya de juzgar sobre la herencia ó sobre cada cosa.

4. *El mismo Augusto á* MARCIANO.—Si el que dices que fué esclavo tuyo, y manumitido é instituido heredero por tu hermano, vivió como ciudadano romano, y no comenzaste dentro del quinquenio después de su muerte á promover la cuestión de estado, ten entendido que no puedes promoverles ni á los herederos instituídos por él, ni á los que él quiso que fueran libres, la controversia contra la determinación del senadoconsulto. Mas si comenzaste á ejercitar la acción antes que transcurriese este espacio de tiempo, y á reclamar su peculio en la forma acostumbrada en los juicios, no se te prohibe que, planteado el litigio, ejercites también contra los manumitidos la acción de conformidad á lo establecido en el edicto.

(8) *Los mms. Pist. Cas. Vat. Pl. 1.;* et CC., *añaden el ms. Bg., Hal. y los demás excepto Bk., en el cual hay* et C.
(9) *Todos los libros de Russ., y la ed. Schf.:* retractaretur, *el ms. Bg.;* retractatur, *el ms. Pl. 2.;* tractetur, *el ms. Pl. 1., las ed. Nbg. Hal. y las demás; pero* ἀναξηλαφηθῇ, *Schol. Bas.*
(10) P. D. S., *Russ. y después los demás.*
(11) V., *el ms. Pist.*
(12) II., *omítela Bk.; Hal. omite la indicación de la fecha.*
(13) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los de Russ., y la ed. Schf.;* esse, *insertan las ed. Nbg. Hal. y las demas.*
(14) post manumissionem, *insertan Hal. en la nota, y Russ. Cont. 62., contra todos los mms. de Russ. y los nuestros, y contra Schol. Bas.*

Digitized by Google

PP. V. Id. (1) Iun. Modesto et Probo Conss. [228.]

5. *Imp.* Gordianus *A.* Severo. — Quod est constitutum, post quinquennium de statu defunctorum quaestionem incipere non posse, ad speciem emancipationis, iure nec ne perfecta sit, minime pertinet.

6. *Impp.* Valerianus *et* Gallienus *AA.* Pollae.— Si mater tua quasi ingenua communi opinione vixit, et quinquennium a die mortis eius excessit, potes rempublicam et pupillos, si tibi status quaestionem movere tentaverint, nota praescriptione repellere. An autem pro ingenua in die (2) mortis egerit, in iudicio requiretur. Quodsi varietas interveniat, posteriora tempora spectari convenit.

PP. VI. (3) Id. Iun. Seculare II. (4) et Donato Conss. [260.]

7. *Impp.* Diocletianus *et* Maximianus *AA.* (5) Heliodoro. — Si pater tuus velut ingenuus vixit, nec status controversiam, quasi fisci servus esset, apud praesidem provinciae, qui super huiusmodi quaestionibus iudicare solet, sed apud curatorem reipublicae (6) non competentem iudicem passus est, postque eius mortem quinquennium effluxerit (7), status tuus ex (8) praescriptione, quae ex senatusconsulto emanat, protectus est.

8. *Iidem AA. et CC.* (9) Theodorae (10). — Repetitio peculii rerum servi tui, si nullo iusto titulo praecedente (11) corpora possideantur ab aliquo, nulla temporis praescriptione mutilabitur. Nec enim senatusconsultum, quo (12) super non retractandis defunctorum statibus sancitum est, intervenit, si defunctus in fuga conversatus (13) atque latitans decessit.

Dat. X. Kal. Decemb. Mediolani, Diocletiano et Maximiano AA. Conss. (14) [293—304.]

Publicada á 5 de los Idus de Junio, bajo el consulado de Modesto y de Probo. [228.]

5. *El Emperador* Gordiano, *Augusto, á* Severo. —Lo que se estableció, que después de un quinquenio no se puede promover cuestión sobre el estado de los fallecidos, no se refiere al caso de si una emancipación fué hecha, ó no, con arreglo á derecho.

6. *Los Emperadores* Valeriano *y* Galieno, *Augustos, á* Pola.—Si tu madre vivió según la opinión común como ingénua, y transcurrió un quinquenio desde el día de su muerte, puedes repeler con la prescripción conocida á la república y á los pupilos, si hubieren intentado promoverte la cuestión de estado. Mas se investigará en el juicio si vivió como ingénua el día de su fallecimiento. Pero si hubiera habido variación, conviene que se atienda á los últimos tiempos.

Publicada á 6 de los Idus de Junio, bajo el segundo consulado de Secular y el de Donato. [260.]

7. *Los Emperadores* Diocleciano *y* Maximiano, *Augustos, á* Heliodoro.—Si tu padre vivió como ingénuo, y no contestó controversia sobre su estado, como si fuese esclavo del fisco, ante el presidente de la provincia, que es quien suele juzgar en estas cuestiones, sino ante el curador de la república, que no es juez competente, y después de su muerte hubiere transcurrido un quinquenio, está protegido tu estado en virtud de la prescripción, que emana del senadoconsulto.

8. *Los mismos Augustos y Césares á* Teodora. — La acción para repetir los bienes del peculio de tu esclavo, si materialmente fueran poseídos por alguien no precediendo ningún justo título, no se menoscabará por ninguna prescripción de tiempo. Porque no tiene lugar el senadoconsulto en que se dispuso que no se debe revocar el estado de los que fallecieron, si el difunto se dió á la fuga y falleció estando oculto.

Dada en Milán á 10 de las Calendas de Diciembre, bajo el consulado de Diocleciano y de Maximiano, Augustos. [293—304.]

TIT. XXII

DE LONGI TEMPORIS PRAESCRIPTIONE, QUAE PRO LIBERTATE ET NON ADVERSUS LIBERTATEM OPPONITUR

1. *Impp.* Diocletianus *et* Maximianus *AA. et CC.* Mutiano. — Mala fide morato in libertate diu prodesse non potest (15) temporis praescriptio. Unde, quum confitearis, fuga te ab eo, cuius meministi, recessisse, intelligis ex hoc solo, sine dolo malo in possessione te libertatis non esse.

(1) Id., *la cual falta en todos, insértase según el ms. Pist.: Hal. omite la indicación de la fecha.*
(2) in diem, *los mms. Bg. Gt.:* ἕως τελευτῆς, *Schol. Bas.*
(3) VII., *Russ. al márgen.*
(4) *El ms. Pist., y Bk.:* II., *omitenla Russ. y los demás; la indicación de la fecha falta en Hal.*
(5) *El ms. Cas., y las ed. Nbg. Hal. Bk.:* et CC., *insertan las demás.*
(6) *Los mms. Bg. Gt., todos los mms. de Russ., y Bk.:* procuratorem reipublicae, *los mms. Pl. 1. 2., y las demas ed.:* procuratorem rei privatae, *enmienda Cujacio Obss. I. 21.; pero* παρὰ τῶν κουράτωρι τῆς πόλεως, *las Bas. Vease la ley 6. D. I. 22.*
(7) fluxit, *los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y la ed. Schf.*
(8) ex, *omitenla los mms. Pl. 2. Bg.*
(9) *Los mms. Pist. Cas. Vat. Pl. 1. Bg.:* et CC., *omitenlas las ed.*

(10) Theodoro, *los mms. Cas. Pl. 1., y S. Perus.*
(11) *Los mms. Pl. 1. 2., aprobándolo Russ. al márgen:* intercedente, *el ms. Bg., y las ed.:* pero μηδενὸς δικαίου τίτλου προϋπαχθέντος, *Schol. Bas.*
(12) *Los mms. Pl. 1. 2. Gt., las ed. Nbg. Hal. Bk., y tambien el ms. Bg. antes de la correccion;* quod, *las ed. Schf. Russ y las demás.*
(13) *Hal.:* in fugam conversatus, *los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf.:* in fugam conversus, *Russ. y los demas; pero* ἐν φυγῇ ἀναστραφείς, *Schol. Bas.*
(14) *Hal. omite la indicacion de la fecha.*
(15) *Los mms. Bg. Gt.:* longi, *insertan los mms. Pl. 1. 2., y las ed., contra Schol. Bas., en que se lee* τὸ κατὰ πόλας.

TÍTULO XXII

DE LA PRESCRIPCIÓN DE LARGO TIEMPO QUE SE OPONE EN FAVOR DE LA LIBERTAD Y NO CONTRA LA LIBERTAD

1. *Los Emperadores* Diocleciano *y* Maximiano, *Augustos y Césares, á* Muciano.— Al que de mala fe vivió largo tiempo en libertad no puede aprovecharle la prescripción del tiempo. Por lo cual, como confiesas que por la fuga te alejaste de aquel de quien hiciste mención, ten entendido que por esto solo no estás sin dolo malo en posesión de la libertad.

Digitized by Google

S. Kal. (1) Septemb. AA. Conss. (2) [293—299.]

2. *Iidem AA. et CC.* Carterio (3). — Praestat firmam defensionem libertatis ex iusto initio longo tempore obtenta possessio. Favor enim libertati debitus et salubris iampridem ratio suasit, ut his, qui (4) bona fide in possessione libertatis per viginti annorum spatium sine interpellatione morati essent, praescriptio adversus inquietudinem status eorum prodesse debeat, ut et liberi et cives Romani fiant.

Dat. VII. (5) Kal. Iul. Antiochiae, Constantio (6) IV. (7) et Maximiano IV. (8) Caess. Conss. [302.]

3. *Exemplum sacrarum litterarum* Constantini *et* Licinii *AA. ad* Dionysium, *vicariam Praefecturam* (9) *agentem.* —Sola temporis longinquitate (10), etiamsi sexaginta annorum curricula excesserit (11), libertatis iura minime mutilari (12) oportere, congruit aequitati.

Dat. IV. (13) Kal. Mai. Volusiano et Anniano Conss. (14) [314.]

TIT. XXIII

DE PECULIO EIUS, QUI LIBERTATEM MERUIT

7. *Impp.* DIOCLETIANUS *et* MAXIMIANUS *AA. et CC.* ISIDORAE. — Ex stipulatione parta actione, pacisci proximis personis suadendo praeses provinciae verborum obligationem, quam certo iure tolli tantum licet, exstinguere non potest, nec vox omnis iudicis iudicati continet auctoritatem, quum potestatem sententiae certis finibus concludi, saepe constitutum sit. Quapropter, si nihil causa cognita secundum iuris rationem pronuntiatum est, vox pacisci suadentis praesidis actionem tuam (1) perimere, si quam habuisti, minime potuit.

7. *Los Emperadores* DIOCLECIANO *y* MAXIMIANO, *Augustos y Césares, á* ISIDORA.—El presidente de la provincia, aconsejándote que, en méritos de acción nacida de una estipulación, pactes con tus parientes, no puede extinguir la obligación verbal, que solamente es lícito extinguir con cierto derecho, ni toda manifestación del juez tiene la autoridad de cosa juzgada, pues muchas veces se ha declarado, que la autoridad de una sentencia se encerraba en ciertos límites. Por lo cual, si nada se falló con conocimiento de causa según razón de derecho, las palabras del presidente, que te aconsejaba que pactases, no pudo de ninguna manera extinguir tu acción, si alguna tuviste.

8. *Iidem AA. et CC.* LICINIO. — Libera quidem Theodora, quam ex emtionis causa vel in solutum creditori traditam proponis, pronuntiata, citra provocationis auxilium sententia rescindi non potest. Verum si mota quaestione, praemissa denuntiatione ei, qui auctor huius (2) mulieris fuit, iudicatum processit, quanti tua interest, emti, si emisti, vel ob debitum reddendum, si in solutum data est, repetere non prohiberis.

8. *Los mismos Augustos y Césares á* LICINIO. — Declarada ciertamente libre Teodora, quien, según expones, fué entregada á un acreedor por causa de compra ó en pago, la sentencia no puede ser revocada sin el recurso de la apelación. Mas si, promovida la cuestión, se profirió la sentencia habiéndosele enviado antes intimación al que fué tu derechocausante respecto á esta mujer, no se te prohibe que repitas cuanto te importa, con la acción de compra, si la compraste, ó para que se pague la deuda, si fué dada en pago.

9. *Iidem AA. et CC.* DOMNO. — Post sententiam, quae finibus certis concluditur, ab eo, qui pronuntiaverat, vel eius successore de quaestione, quae iam decisa est, statuta rei iudicatae non obtinent auctoritatem; nam nec de possessione pronuntiata proprietati ullum praeiudicium afferunt, nec interlocutiones ullam causam plerumque perimunt.

S. Non. April. Caess. Conss. (3) [294—305.]

9. *Los mismos Augustos y Césares á* DOMNO. — Después de la sentencia, que se encierra en límites ciertos, no tiene autoridad de cosa juzgada lo determinado por el que la había pronunciado, ó por su sucesor, sobre la cuestión que ya se decidió; porque ni lo declarado respecto á la posesión causa perjuicio alguno á la propiedad, ni las sentencias interlocutorias terminan por lo general ninguna causa.

Sancionada las Nonas de Abril, bajo el consulade de los Césares. [294—305.]

10. *Iidem AA. et CC.* MENODORO. — Nulli, qui statuendi non habet facultatem, interdicere patriae (4) cuiquam permittitur.

..... III. Non..... (5).

10. *Los mismos Augustos y Césares á* MENODORO. —A nadie, que no tiene facultad para estatuir, se le permite poner á otro interdicción respecto á la patria.

..... á 3 de las Nonas de....

11. *Iidem AA. et CC.* TITIANO (6). — Quum iudex in definitiva sententia iusiurandum solummodo praestari praecipiat, non tamen addat, quid ex recusatione vel praestatione sacramenti fieri oportet, huiusmodi sententiam nullam vim obtinere palam est.

11. *Los mismos Augustos y Césares á* TICIANO. — Cuando el juez en la sentencia definitiva mande que solamente se preste juramento, pero no añada qué deba hacerse en virtud de haberse rehusado ó prestado el juramento, es evidente que no tiene fuerza alguna tal sentencia.

12. *Impp.* ARCADIUS *et* HONORIUS *AA.* IULIANO, *Proconsuli Asiae* (7). — Iudices tam latina quam graeca lingua sententias proferre possunt.

Dat. V. Id. Ianuar. (8) CAESARIO et ATTICO Conss. (9) [397.]

12. *Los Emperadores* ARCADIO *y* HONORIO, *Augustos, á* JULIÁN, *Procónsul de Asia.* — Los jueces pueden proferir sentencias en lengua tanto latina, como griega.

Dada á 5 de los Idus de Enero, bajo el consulado de CESARIO y de ATTICO. [397.]

13. *Imp.* IUSTINIANUS *A.* DEMOSTHENI *P. P.*— Nemo iudex vel arbiter existimet neque consultationes, quas non rite iudicatas esse putaverit, sequendum, et multo magis sententias eminentis-

13. *El Emperador* JUSTINIANO, *Augusto, á* DEMÓSTENES, *Prefecto del Pretorio.*—No estime ningun juez ó árbitro que deba atenerse á las respuestas de consultas, que juzgare no fueron dadas con

(1) *Los mms. Pl. I. 2. Bg. Gt., todos los de Russ., y la ed. Schl.:* tuam, *omitenla las ed. Nbg. Hal. y las demás.*
(2) *Los mms. Pl. I. 2. Bg., y la ed. Nbg.;* huiusmodi, *las demas ed.*
(3) *Esta indicación de la fecha fué puesta por Russ. según un cod.*
(4) *Los mms. Pl. I. 2. Bg. Gt., los antiguos cód., que cita Cujacio, y las ed. Nbg. Schl. Hal.:* patria, *Russ. y los demas.*
(5) III. Non., *omitelas Hal.*
(6) *Requieren este nombre los mms. Cas. Vat. Bg., y S. Perus.;* Liciano, *la ed. Nbg.;* Luciano, *Hal. y los demas.*
(7) Africae, *S. Perus, y Russ. al margen. Vease la nota siguiente.*
(8) *Jac. Godofr. en Prosopogr. Cod. Theod. p. 63. advierte que en algunos codices se lee* Dat. Mediolani, *lo que no puede concordar con la inscripción. Acaso en esta se deberia poner* Africae.
(9) *Russ., que restableció esta indicación de la fecha, halló expresados en su códice de este modo los cónsules:* C. et Amico; *pero el mismo Russ. indica al margen por conjetura los consules del texto.*

Digitized by Google

simorum praefectorum vel aliorum procerum. Non enim, si quid non bene dirimatur, hoc et in aliorum iudicum vitium extendi oportet, quum non exemplis, sed legibus iudicandum est, nec (1) si cognitionales sint amplissimae praefecturae vel alicuius maximi magistratus prolatae sententiae. Sed omnes iudices nostros veritatem et legum et iustitiae sequi vestigia sancimus.

Dat. III. Kal. Novemb..... (2).

14. *Idem A.* Demostheni *P. P.*—Quum Papinianus, summi ingenii vir, in Quaestionibus suis rite disposuit (3), non solum iudicem de absolutione rei iudicare (4), sed et (5) ipsum actorem, si e contrario obnoxius fuerit inventus, condemnare, huiusmodi sententiam non solum roborandam, sed etiam augendam esse sancimus, ut liceat iudici vel contra actorem ferre sententiam, et aliquid eum daturum vel facturum pronuntiare, nulla ei opponenda exceptione, quod non competens iudex agentis esse cognoscatur (6). Cuius enim in agendo observat arbitrium, eum habere et contra se iudicem in eodem negotio non dedignetur.

Dat. XV. Kal. Decemb. Lampadio et Oreste VV. CC. Conss. (7) [530.]

Authent. *de executoribus.* § *fin.* (*Nov. 96. c. 2.*) —Et consequenter ego ab aliquo conventus, si vicissim ipsum pulsare velim, statim quidem hoc non licet, nisi apud eundem iudicem. Qui si displicat, intra viginti dies recusari potest, aliumque meremur (8), apud quem rursus utrumque negotium ventiletur. Alioquin lite contra me mota prius ventilata et (9) terminata, tunc demum et ego admittar.

Epitome graec. const. Iustiniani ex Bas.

15.—Constitutio iubet, si multa sint in lite capita, posse iudicem super quibusdam eorum sententiam definitivam pronuntiare, tuncque rursus de aliis quaerere, et sententiam, quae ipsi placuerit, proferre, neque compelli unam sententiam de omnibus capitibus simul dicere.

16. *Idem A.* Iuliano *P. P.* — Quum solitum est, in sententiis iudicum sic interlocutionem proferri, ut non liceat partibus ante definitivam sententiam ad appellationis vel recusationis venire auxilium, quidam putabant, non licere ante litem contestatam nec iudicem recusare, quemadmodum nec ab eo appellare. Quum enim simul (10) utrumque vocabulum ponitur tam appellationis quam recusationis, provocatio autem ante litem contestatam

arreglo á la ley, y mucho menos á las sentencias de los eminentísimos prefectos ó de otros próceres. Porque si alguna cuestión no es bien dirimida, no es conveniente que esto se extienda para error de otros jueces, pues se ha de juzgar no por ejemplos, sino con arreglo á las leyes, ni aun si las sentencias hubieran sido proferidas en virtud de conocimiento de causa por la muy magnífica prefectura ó por algún alto magistrado. Pero mandamos que todos nuestros jueces sigan la verdad y las huellas de las leyes y de la justicia.

Dada á 3 de las Calendas de Noviembre.....

14. *El mismo Augusto á* Demóstenes, *Prefecto del Pretorio.*—Habiendo resuelto con arreglo á la ley Papiniano, varón de sumo ingénio, en sus Cuestiones, que el juez juzgue no solamente sobre la absolución del reo, sino que también condene al mismo actor, si por el contrario se hubiere hallado que está obligado, mandamos que no solo se debe robustecer, sino también ampliar, esta resolución, de suerte que al juez le sea lícito proferir sentencia aun contra el actor, y declarar que él debe dar ó hacer alguna cosa, sin que se le haya de oponer excepción alguna, porque no se reconozca que es el juez competente del actor. Porque el que como actor se atiene al arbitrio de él, no se ha de desdeñar de tenerlo por juez aun en contra de sí en el mismo negocio.

Dada á 15 de las Calendas de Diciembre, bajo el consulado de Lampadio y de Oreste, varones esclarecidos. [530.]

Auténtica *de executoribus.* § *final.* (*Nov. 96. c. 2.*) — Y consiguientemente, demandado yo por alguno, si á mi vez quisiera demandar al mismo, ciertamente que no es esto lícito inmediatamente, sino ante el mismo juez. Si éste no gustara, puede ser recusado dentro de veinte días, y obtendremos otro ante quien de nuevo se ventilarán ambos negocios. En otro caso, solamente habiendo sido ventilado y terminado antes el litigio promovido contra mí, seré yo también admitido.

Epitome de la Constitución griega de Justiniano, tomado de las Basílicas.

15.—Manda la constitución, que si en un litigio hubiera muchas cuestiones, pueda el juez pronunciar sentencia definitiva sobre algunas de ellas, y entonces conocer nuevamente de las demás, y proferir la sentencia que bien le hubiere parecido, y que no sea compelido á dictar una sola sentencia á la vez sobre todas las cuestiones.

16. *El mismo Augusto á* Julián, *Prefecto del Pretorio.*—Como fué costumbre que en las sentencias de los jueces se profiriese una providencia interlocutoria, para que no les fuera lícito á las partes acudir antes de la sentencia definitiva al recurso de la apelación ó de la recusación, opinaban algunos que no era lícito antes de la contestación de la demanda ni recusar al juez, ni tampoco apelar de él. Porque como ambas palabras, así la de ape-

(1) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf.*; sit, nec, *Hal.*: sit neque, *los demás.*
(2) *Hal. omite el dia.*
(3) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf.*: disposuerit. *Hal. y los demás.*
(4) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., y las ed. Nbg. Schf. Hal. Bk*; iudicatae, *Russ. y los demás.*
(5) et, *omitenla los mms. Bg Gt., y la ed. Schf.*
(6) cognoscitur, *los mms. Pl. 1. 2. Bg., y la ed. Nbg.*
(7) *Hal. omite la indicación de la fecha.*
(8) *Los mms Pl. 1. 2. Bg., y la ed. Nbg.*; aliumque mereri, *las ed. Schf. Hal. Russ.*: aliusque mereri, *Cont. 62. y los demas.*
(9) ventilata et, *omitenlas los mms. Pl. 1. 2. Bg.*: prius tibi terminata, *la ed. Schf.*
(10) semel, *el ms. Pl. 1.*

Digitized by Google

non potest porrigi, putabant, quod nec (1) recusare quidem iudicem cuiquam (2) conceditur (3) ante litem contestatam. Quod minime vetitum est. Caveant itaque iudices huiusmodi sermonem simul et sine certa distinctione proferre.

lación, como la de recusación, se ponen juntas, pero la apelación no se puede presentar antes de haber sido contestada la demanda, opinaban que á nadie ciertamente se le concede ni aun recusar al juez antes de la contestación de la demanda. Lo que de ningún modo se vedó. Eviten, pues, los jueces proferir tal palabra junta y sin cierta distinción.

TIT. XLVI

DE SENTENTIA, QUAE SINE CERTA QUANTITATE PROFERTUR (4)

1. *Impp.* SEVERUS *et* ANTONINUS *AA.* AELIANAE.—Quum iudicem, quoad pecunia condemnationis soluta fuisset, de pendendis (5) usuris legem dixisse profitearis, non contra iuris formam sententiam datam, palam est.

2. *Imp.* ALEXANDER *A.* MARCELLINO. — Quamquam pecuniae quantitas sententia curatoris reipublicae non continetur, sententia tamen eius rata est, quoniam indemnitatem reipublicae praestari iussit.

3. *Imp.* GORDIANUS *A.* AEMILIO. — Haec sententia: «omnem debiti quantitatem cum usuris competentibus solve», iudicati actionem parere (6) non potest, quum apud iudices ita demum sine certa quantitate facta condemnatio auctoritate rei iudicatae censeatur, si parte aliqua actorum certa sit quantitas comprehensa.

4. *Idem A.* SATURNINAE.—Haec sententia: «quae bona fide (7) accepisti, solve» (8), quum incertum esset, quid accepisset quantumque ab eo peteretur, praesertim quum ipse, qui extra ordinem iudicabat, interlocutus sit, dotem datam, quae repeteretur, non liquidam (9) esse, iudicati auctoritate non nititur. Quum igitur is, qui postea iudicabat, contra te certam sententiam protulit (10), neque a statutis provocaveris, ipsa tuo facto confirmasti iudicatum.

TÍTULO XLVI

DE LA SENTENCIA QUE SE PROFIERE SIN EXPRESIÓN DE CANTIDAD CIERTA

1. *Los Emperadores* SEVERO *y* ANTONINO, *Augustos, á* ELIANA.—Puesto que confiesas que el juez declaró la obligación de que se paguen intereses hasta que se hubiese satisfecho la cantidad de la condenación, es evidente que la sentencia no fué dada contra la forma de derecho.

2. *El Emperador* ALEJANDRO, *Augusto, á* MARCELINO.—Aunque en la sentencia del curador de la república no se contiene cantidad de dinero, es, sin embargo, válida su sentencia, porque mandó que se indemnizase á la república.

3. *El Emperador* GORDIANO, *Augusto, á* EMILIO. —Esta sentencia: «paga toda la cantidad de la deuda con los intereses correspondientes», no puede producir la acción de cosa juzgada, porque la condenación hecha sin expresión de cantidad cierta es considerada ante los jueces con autoridad de cosa juzgada, solamente si en alguna parte de las actuaciones estuviera expresada la cantidad cierta.

4. *El mismo Augusto á* SATURNINA. — Esta sentencia: «paga lo que de buena fe recibiste», siendo incierto lo que uno hubiese recibido y cuánto se le pidiera, sobre todo, habiendo declarado por interlocutoria el que juzgaba extraordinariamente, que no era líquida la dote dada, que se reclamaba, no se apoya en la autoridad de cosa juzgada. Así, pues, como el que después juzgaba profirió contra tí sentencia cierta, y no apelaste de lo resuelto, tú misma confirmaste con tu acto lo juzgado.

TIT. XLVII

DE SENTENTIIS, QUAE PRO EO, QUOD INTEREST, PROFERUNTUR

1. *Imp.* IUSTINIANUS *A.* IOANNI *P. P.* — Quum pro eo, quod interest, dubitationes antiquae in infinitum productae sunt (11), melius nobis visum est huiusmodi prolixitatem, prout possibile est, in angustum coarctare. Sancimus itaque, in omnibus casibus, qui certam habent quantitatem vel naturam, veluti in venditionibus et locationibus et omnibus contractibus, hoc, quod interest, dupli quantitatem minime excedere; in aliis autem casibus, qui incerti esse videntur, iudices, qui causas dirimendas suscipiunt, per suam subtilitatem requirere,

TÍTULO XLVII

DE LAS SENTENCIAS QUE SE PROFIEREN RESPECTO Á LOS INTERESES

1. *El Emperador* JUSTINIANO, *Augusto, á* JUAN, *Prefecto del Pretorio.*—Como se han llevado hasta lo infinito las antiguas dudas respecto á los intereses, nos ha parecido mejor restringir tal prolijidad, en cuanto es posible. Así, pues, mandamos, que en todos los casos que contienen una cantidad ó cosa, cierta, como en las ventas y en los arrendamientos y en todos los contratos, los intereses no excedan en manera alguna de la cantidad del duplo; pero que en los demás casos, que parece que son inciertos, investiguen con su sutileza los jueces, que se encargan

(1) ne, *Sp. Bk.*
(2) cuidam, *los mms. Pl. 1. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf.*
(3) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Hal.;* concedatur, *las demás ed.*
(4) prolata est, *los mms. Pl. 2. Bg., la ed. Schf., y S. Perus.;* prolata, *el ms. Pl. 1.*
(5) dependendis, *el ms. Bg., y la ed. Nbg.;* pendendis, *los mms. Pl. 1. 2., omitiendo* de, *que también falta en los mms. de Concio y en el ms. Gt.*
(6) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt. Rg., y las ed. Nbg. Hal. Russ. Cont. 62.;* praestare, *las ed. Schf. Cont. 66. y las demás.*
(7) fide, *omitela Pac.*
(8) *Con arreglo á las Bas. el orden de las palabras es este:* quae accepisti bona fide solve.
(9) liquidum, *Hal.*
(10) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf. Hal.;* protulerit, *Russ. y los demás.*
(11) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf.;* sint, *Hal. y los demás.*

Digitized by Google

ut (1), quod re vera inducitur damnum, hoc reddatur, et non ex quibusdam machinationibus et immodicis perversionibus in circuitus inextricabiles redigatur, ne, dum in infinitum computatio reducitur, pro sua (2) impossibilitate cadat, quum scimus (3) esse naturae congruum, eas tantummodo poenas exigi, quae (4) cum competente moderamine proferuntur vel a legibus certo fine conclusae statuuntur. Et hoc non solum in damno, sed etiam in lucro nostra amplectitur constitutio, quia et ex eo veteres id (5), quod interest, statuerunt. Et sit omnibus, secundum quod dictum est, finis antiquae prolixitatis huius constitutionis recitatio.

Dat. Kal. Septemb. Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. (6) [531.]

de dirimir las causas, para que se restituya el daño que en realidad se infiere, y no se lleve por virtud de ciertas maquinaciones y de inmoderadas alteraciones á inextricables rodeos, no sea que elevándose el cómputo á lo infinito quede sin efecto por su propia imposibilidad, pues sabemos que es conforme á la naturaleza que se exijan solamente aquellas penas que se profieren con la competente moderación, ó que por las leyes se establecen encerradas en ciertos límites. Y esto lo comprende nuestra constitución no solamente respecto al daño, sino también en cuanto al lucro, porque también respecto á éste determinaron los antiguos el interés. Y sea para todos término de la antigua prolijidad, conforme á lo que se ha dicho, el contexto de esta constitución.

Dada en Constantinopla las Calendas de Septiembre, después del consulado de Lampadio y de Oreste, varones esclarecidos. [531.]

TIT. XLVIII

SI A NON (7) COMPETENTE IUDICE IUDICATUM ESSE DICATUR

1. *Imp.* Alexander *A.* Sabiniano (8). — Iudex ad certam rem datus, si de aliis pronuntiavit, quam quod ad eam rem (9) pertinet, nihil egit.

IV. (10) Non. Ianuar. (11) Maximo II. et Aeliano Conss. (12) [223.]

2. *Imp.* Gordianus *A.* Liciniae (13).—Si militaris iudex super ea causa, de qua civilibus actionibus disceptandum fuit, non datus, a quo dari poterat, cognovit, etiam remota appellatione id, quod ab eo statutum est, firmitatem iudicati non habet.

3. *Impp.* Diocletianus *et* Maximianus *AA. et CC.* Philetae. — Si de proprietate datus iudex adversus te nihil super hac statuit, rector provinciae aditus causam hanc cognoscere suaque decidere sententia curabit, quum, et si quid de possessione pronuntiatum probetur, hoc causae proprietatis minime noceat.

S. Non. Novemb. [Herc. et Caes. (14)] Conss.

4. *Imppp.* Gratianus, Valentinianus *et* Theodosius *AAA. ad* Potitum, *Vicarium* (15).—Et (16) in privatorum causis huiusmodi forma servetur, ne quemquam litigatorum sententia non a suo iudice dicta constringat.

Dat. X. Kal. Octob. Romae, Ausonio (17) et Olybrio Conss. (18) [379.]

TÍTULO XLVIII

DE SI SE DIJERA QUE SE JUZGÓ POR JUEZ NO COMPETENTE

1. *El Emperador* Alejandro, *Augusto, á* Sabiniano.—El juez nombrado para cierto asunto, si falló sobre algo distinto de lo que á este asunto se refiere, no hizo cosa válida.

A 4 de las Nonas de Enero, bajo el segundo consulado de Máximo y el de Eliano. [223.]

2. *El Emperador* Gordiano, *Augusto, á* Licinia. —Si un juez militar, no nombrado por aquel por quien podía ser nombrado, conoció de negocio sobre que se debió discutir mediante acciones civiles, aun habiéndose prescindido de la apelación no tiene la firmeza de cosa juzgada lo que por él se resolvió.

3. *Los Emperadores* Diocleciano *y* Maximiano, *Augustos y Césares, á* Filetea.—Si el juez nombrado para conocer de la propiedad nada resolvió sobre esta contra ti, el gobernador de la provincia á quien se haya recurrido cuidará de conocer de este negocio y de decidirlo por sentencia suya, porque aun cuando se pruebe que se declaró algo respecto á la posesión, esto no puede de ningún modo perjudicar á la cuestión de la propiedad.

Sancionada las Nonas de Noviembre, bajo el consulado de Herc. y César.

4. *Los Emperadores* Graciano, Valentiniano *y* Teodosio, *Augustos, á* Potito, *Vicario.*—Aun en los negocios de particulares obsérvese esta norma, que no obligue á cualquiera de los litigantes la sentencia dictada por el que no es juez suyo.

Dada en Roma á 10 de las Calendas de Octubre, bajo el consulado de Ausonio y de Olibrio. [379.]

---

(1) *El ms. Bq.*; hoc, *insertan los mms. Pl. 1. 2., y las ed., pero en los mms. Pl. 1. 2. se omite despues de* damnum *el siguiente* hoc. *Parece, pues, que se debe suprimir uno u otro* hoc. *El texto concuerda con las Bas.*

(2) sui, *omitiendo* pro, *el ms. Pl. 1.*

(3) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf.*; sciamus, *Hal. y los demas.*

(4) vel, *insertan las ed. Schf. Hal. y despues las demas, contra los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., la ed. Nbg., y las Bas.*

(5) id, *omitenla los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf.*

(6) *El ms. Pist., y Russ.*: Conss., *omitiendo* VV. CC., *Cont. 62. y los demas. Hal. omite la indicacion de la fecha.*

(7) Si non a, *los mms. Pist. Vat. Pl. 1. 2. Bg., y S. Perus.*

(8) Sabino, Sabiano, *algunos mms.*

(9) ad cum, *el ms. Pl. 1.*; ad eas res, *los mms. Pl. 2. Gt.*

(10) III., *el ms. Pist.*

(11) *El mes fue puesto segun el ms. Pist., el cual conforma lo demas de la indicacion de la fecha.*

(12) *Hal. omite la indicacion de la fecha.*

(13) Licinniae, *los mas de los mms.*

(14) *Asi Russ. Cont. 66. y los demas; pero parece que se deberia leer* S. Non. Novemb. Heracleae, Caess. Conss. [201 208.

(15) Post alia, *Cont. 62. y los demas con el C. Theod. pero contra los mms. Pist. Cas. Vat. Pl. 1. 2. Bg., y las ed. Nbg. Hal. Russ.*

(16) Et, *omitela el C. Theod.*; *pero* Καὶ ἐπὶ τούτοις, *las Bas.*

(17) *El C. Theod., y Bk.*; Auxonio (Oxonio, *Cont. 62. y los demas.*

(18) *Hal. omite la indicacion de la fecha; Russ. pone el dia en el texto, y el lugar y los cónsules al márgen segun el C. Theod.*

Digitized by Google

TIT. XLIX

DE POENA IUDICIS, QUI MALE IUDICAVIT, VEL EIUS, QUI IUDICEM VEL ADVERSARIUM CORRUMPERE CURAVIT (1)

1. *Imp.* ANTONINUS *A. ad* CASSIUM SABINUM (2).— Constitit in quacunque causa, sive privata, sive publica, sive fiscali, ut, cuicunque data fuerit pecunia, vel iudici vel adversario, amittat actionem is, qui diffidentia iustae sententiae in pecuniae corruptelam (3) spem negotii reposuerit.

Dat. XIV. (4) Kal. Ianuar. duobus ASPRIS Conss. (5) [212.]

AUTHENT. *ut litigantes iurent in exordio litis.* § *Si quis autem ex litigatoribus (Nov. 124. c. 2.)* — Novo iure, qui dicit se dedisse alicui vel promisisse, et personam declaraverit, et hoc probaverit, veniam meretur. Sed qui accepit vel promissionem suscepit, si causa pecuniaria sit, dati triplum, promissi duplum a comite privatarum rerum exigatur, dignitate seu cingulo amisso. Si vero criminalis causa fuerit, confiscatis omnibus bonis in exsilium mittatur. Sed si datum vel promissum probare litigator nequiverit, persona, quae dicitur suscepisse, iuret, quod neque per se, neque per aliam personam accepit aut promissionem habuit, et sic libera sit. Sed litigator, qui ostendere non potuit, in causa pecuniaria aestimationem litis a comite rerum privatarum exigatur, lite sustinente proprium eventum; in criminali bonis omnibus confiscatis, causis apud competentem iudicem legitime terminandis. Sed si persona a litigatore manifestata praedictum iusiurandum refutaverit, memoratis subiaceat poenis. Sed si quis litigantium iuraverit, se non dedisse vel promisisse, si intra decem menses post sententiam (6) ostendatur (7) dedisse vel promisisse, memoratis poenis dantes et accipientes subiacebunt.

2. *Imp.* CONSTANTINUS *A. ad* FELICEM (8). — De eo, qui pretio depravatus aut gratia perperam iudicaverit, ei vindicta, quem laeserit, non solum existimationis (9) dispendii (10), sed etiam litis discriminis (11) praebeatur.

Dat. VIII. (12) Kal. Novemb. Sirmio, CONSTANTINO (13) A. V. et LICINIO C. Conss. (14) [319.]

TIT. L

SENTENTIAM RESCINDI NON POSSE

1. *Imp.* GORDIANUS *A.* SECUNDO. — Neque suam,

(1) **temptaverit**, *el ms. Bg.*
(2) *El ms. Vat., los antiguos libros, que cita Cuyacio, y la ley 1. § 3. D. III. 6.:* **ad Gaudianum**, *Coll. Ans. ded.:* **ad Gaudium**, *los demás mms. y las ed.*
(3) **corruptelas**, *los mms. Pl. 2. Bg.;* **corruptela**, *el ms. Gt., la ed. Nbg., y Coll. Ans. ded.*
(4) **XV.**, *Coll. Ans. ded., la cual concuerda con lo demás de la indicacion de la fecha.*
(5) *Hal. omite la indicación de la fecha.*
(6) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., y las ed. Nbg. Schf.:* **memoratam**, *insertan los demas.*
(7) **ostendat**, *Hal. Russ.*
(8) **Praesidem Corsicae**, *añade el C. Theod.*

TÍTULO XLIX

DE LA PENA DEL JUEZ QUE JUZGÓ MAL, Ó DEL QUE TRATÓ DE CORROMPER AL JUEZ Ó Á SU ADVERSARIO

1. *El Emperador* ANTONINO, *Augusto, á* CASSIO SABINO.—Fué constante, que en cualquier causa, ya privada, ya pública, ya fiscal, si se le hubiere dado dinero á cualquiera, sea al juez, sea al adversario, pierda su acción el que por desconfianza de una sentencia justa hubiere puesto la esperanza del negocio en la corrupción de dinero.

Dada á 14 de las Calendas de Enero, bajo el consulado de los dos ASPROS. [212.]

AUTÉNTICA *ut litigantes iurent in exordio litis.* § *Si quis autem ex litigatoribus. (Nov. 124. c. 2.)* — Por el nuevo derecho, el que dice que él dió ó prometió alguna cosa á alguien, y declarare cuál es la persona, y lo probare, merece perdón. Mas al que recibió la cosa ó admitió la promesa, si la causa fuere pecuniaria, exíjasele por el conde de los bienes privados el triplo de lo dado, ó el duplo de lo prometido, perdiendo la dignidad ó el cíngulo. Pero si la causa fuere criminal, sea enviado al destierro, habiéndosele confiscado todos los bienes. Mas si el litigante no hubiere podido probar lo dado ó lo prometido, jure la persona que se dice que lo aceptó, que ni por sí, ni por medio de otra persona recibió cosa alguna ó admitió la promesa, y de esta manera quede libre. Pero al litigante, que no pudo probarlo, exíjasele por el conde de los bienes privados la estimación del litigio en causa pecuniaria, soportando el litigio su propio resultado; en materia criminal, confiscados todos los bienes, las causas habrán de terminarse legalmente ante el juez competente. Mas si la persona manifestada por el litigante hubiere rehusado el susodicho juramento, quede sujeto á las penas mencionadas. Pero si uno de los litigantes hubiere jurado, que él no dió ó prometió cosa alguna, y dentro de diez meses después de la sentencia se prueba que la dió ó prometió, quedarán sujetos á las mencionadas penas los que la dieron y los que la recibieron.

2. *El Emperador* CONSTANTINO, *Augusto, á* FÉLIX.—Respecto al que corrompido por precio ó por favor hubiere juzgado mal, désele al que él hubiere lesionado acción para perseguir no solamente la pérdida de la reputación, sino también el perjuicio del litigio.

Dada en Sirmio á 8 de las Calendas de Noviembre, bajo el quinto consulado de CONSTANTINO, Augusto, y el de LICINIO, César. [319.]

TÍTULO L

DE QUE NO PUEDA SER REVOCADA UNA SENTENCIA

1. *El Emperador* GORDIANO, *Augusto, á* SEGUNDO.

(9) *Los mms. Pl. 1. Bg. Gt., las ed. Schf. Hal. Bk., el C. Theod., Coll. Ans. ded., y Cuyacio;* **extimationis**, *el ms. Pl. 2.:* **aestimationis**, *las ed. Nbg. Russ. y las demas.*
(10) **dispendiis**, *el C. Theod. en cuya ed. de Haenel se suprime la coma despues de* **laeserit**; **dispendio**, *Coll. Ans. ded.*
(11) **discrimine**, *el C. Theod., en cuya ed. de Haenel se pone aqui coma, y Coll. Ans. ded.*
(12) **VII.**, *Coll. Ans. ded.;* **IX.**, *el C. Theod., y Bk.*
(13) *El C. Theod. y la ed. Haenel.:* **Sirmii, Constantino**, *Bk.:* **Constantinop.**, *omitiendo el nombre del Emperador, Russ. Cont. Char. Pac., quienes concuerdan con el ms. Pist. y con Coll. Ans. ded.:* **Constantinop. Constantino**, *Sp.*
(14) *Hal. omite la indicacion de la fecha.*

Digitized by Google

neque decessoris sui sententiam quemquam posse revocare (1), in dubium non venit; nec necesse esse ab huiusmodi decreto interponere provocationem, explorati iuris est.

PP. Kal. Mart..... (2).

2. *Impp.* Diocletianus *et* Maximianus *AA. et CC.* Alexandro (3). — Peremtorias exceptiones omissas in (4) initio, antequam sententia feratur (5), opponi posse, perpetuum edictum manifeste declarat. Quodsi aliter actum fuerit, in integrum restitutio permittitur (6). Nam iudicatum contra maiores annis viginti quinque non oppositae (7) praescriptionis velamento, citra remedium appellationis, rescindi non potest.

VII. Kal. Ianuar. Nicomediae, Caess. Conss. (8) [294—305.]

3. *Imp.* Constantinus *A. ad* Proculum.—Impetrata rescripta non placet admitti, si decisae semel causae fuerint iudiciali sententia, quam provocatio nulla suspendit; sed eos, qui tale rescriptum (9) meruerint (10), etiam limine (11) iudiciorum expelli.

Dat. VI. (12) Kal. Ianuar. Constantino A. V. (13) et Licinio (14) Conss. [319.]

—No se pone en duda, que nadie puede revocar una sentencia suya, ni de su predecesor; y es de sabido derecho, que no hay necesidad de interponer apelación contra un decreto de tal naturaleza.

Publicada las Calendas de Marzo.....

2. *Los Emperadores* Diocleciano *y* Maximiano, *Augustos y Césares, á* Alejandro.—Manifiestamente declara el edicto perpétuo, que las excepciones perentorias omitidas en un principio pueden ser opuestas antes que se profiera la sentencia. Pero si se hubiere obrado de otro modo, se permite la restitución por entero. Porque sin el recurso de la apelación no puede ser revocada la sentencia dada contra mayores de veinticinco años, so pretexto de no haberse opuesto la prescripción.

En Nicomedia á 7 de las Calendas de Enero, bajo el consulado de los Césares. [294—305.]

3. *El Emperador* Constantino, *Augusto, á* Proculo.—No place que sean admitidos los rescriptos impetrados, si una vez hubieren sido ya decididas las causa por sentencia judicial, que ninguna apelación suspendió; mas á los que hubieren obtenido tal rescripto écheseles hasta de la entrada del tribunal.

Dada á 6 de las Calendas de Enero, bajo el quinto consulado de Constantino, Augusto, y el de Licinio. [319.]

TIT. LI

DE FRUCTIBUS ET LITIS (15) EXPENSIS

1. *Impp.* Diocletianus *et* Maximianus *AA. et CC.* (16) Alexandro (17). — Hoc fructuum nomine continetur, quod iustis sumtibus deductis superest.

III. Non. April. Caess. Conss. (18) [294—305.]

2. *Impp.* Valentinianus *et* Valens *AA.* Olybrio *P. U.* (19). — Litigator victus, qui post conventionem rei incumbit (20) alienae, non in sola rei redhibitione teneatur, nec tantum fructuum (21) praestationem (22) eorum, quos ipse percepit, agnoscat, sed (23) eos, quos percipi (24) potuisse (25), non quos eum redegisse constabit (26), exsolvat ex eo (27), ex quo re (28) in iudicium deducta scientiam malae (29) possessionis (30) accepit. Heredis quoque succedentis in vitium par habenda fortuna est.

TÍUULO LI

DE LOS FRUTOS Y DE LOS GASTOS DEL LITIGIO

1. *Los Emperadores* Diocleciano *y* Maximiano, *Augustos y Césares, á* Alejandro. — Compréndese con esta denominación de frutos lo que queda después de deducidos los gastos legítimos.

A 3 de las Nonas de Abril, bajo el consulado de los Césares. [294—305.]

2. *Los Emperadores* Valentiniano *y* Valente, *Augustos, á* Olibrio, *Prefecto de la Ciudad.*—El litigante vencido, que después de la citación detenta una cosa ajena, no esté obligado á la sola devolución de la cosa, ni haga entrega solamente de los frutos que él percibió, sino que pague los que pudo percibir, no los que constare que recogió, desde que llevada la cosa á juicio adquirió conocimiento de que era mala su posesión. Igual ha de ser la suerte también del heredero que le suceda en tal vicio.

(1) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los mms. de Russ. y de Cont., y la ed. Schf.;* **retractare**, *las ed. Nbg. Hal. y las demás;* ἀνακαλεῖσθαι, *las Bas.*
(2) *Este dia, que lo confirma el ms. Pist., falta en Hal.*
(3) **Alexandrae**, *los mms. Cas. Bg.;* **Alexandriae**, *el ms. Vat., y S. Perus.*
(4) **in**, *omitela el ms. Bg.*
(5) **proferatur**, *los mms. Bg. Gt.*
(6) **promittitur**, *enmienda Cuyacio.*
(7) **opposito**, *las ed. Schf. Hal.*
(8) *La indicación de la fecha, que la confirma el ms. Pist., falta en Hal.*
(9) *Los mms. Pl. 1. 2. Gt., las ed. Nbg. Hal., y el C. Theod.;* **talia rescripta**, *el ms. Bg., y las ed. Schf. Russ. y las demás.*
(10) *Los mms. Pl. 1. Bg., la ed. Nbg., y el C. Theod.:* **meruerunt**, *los demás.*
(11) **lumine**, *Pac. Sp., contra los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt. Rg. y las demás ed., y el C. Theod.*
(12) **VII.**, *el C. Theod., y Bk.; pero* **VI.**, *el ms. Pist.*
(13) *El C. Theod., y Bk.;* **Const. A. R.**, *el ms. Pist.:* **V.**, *omitenla Russ. Cont. 62.;* **A. V.** *omitenla Russ. y los demás.*
(14) *El C. Theod.:* **C.**, *añade Bk., con arreglo á los fastos;* **AA.**, *Cont. 66. y despues los demás;* **Licin. Conss.**, *omitenlas Russ. Cont. 62.; Hal. omite la indicación de la fecha.*
(15) *Los mms. Pist. Cas. Vat. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los mms. de Russ., la ed. Schf., S. Perus., y el C. Theod. IV. 18. en la rúbrica;* **litium**, *Hal. y despues los demás.*
(16) **et CC.**, *omitenlas los mms. Pist. Cas., y S. Perus.*
(17) **Etae**, *el ms. Pist.;* **Atae**, *el ms. Pl. 1.;* **Actae**, *los mms. Cas. Vat. Bg., y S. Perus.*
(18) *Hal. omite la indicación de la fecha.*
(19) *El ms. Pist., Bk., y el C. Theod.;* **P. P.**, *los demás.*
(20) **incubarit**, *el C. Theod.*
(21) **simplorum fructuum**, *el C. Theod.*
(22) **aut**, *insertan los mms. Pl. 2. Bg. Gt., la ed. Schf., y el C. Theod.*
(23) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los mms. de Russ., y las ed. Nbg. Schf. Hal.;* **etiam**, *insertan Russ. y los demás:* **sed duplos fructus et eos**, *el C. Theod.*
(24) *El ms. Gt., y probablemente el ms. Pl. 1. antes de la corrección, y acaso tambien el ms. Bg., todos los mms. de Russ., y el C. Theod.;* **percipere**, *el ms. Pl. 2., y las ed.*
(25) *El ms. Bg., y el ms. Pl. 1. antes de la corrección:* **potuisset**, *los mms Pl. 2. Gt., y las ed.;* **oportuisse**, *el C. Theod., contra las Bas.;* **oportuisset**, *todos los mms. de Russ.*
(26) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., las ed. Nbg. Hal. Bk., y el C. Theod.;* **constabat**, *la ed. Schf.;* **constat**, *Russ. y los demás.*
(27) *Los mms. Pl. 2. Bg., y el C. Theod.;* **tempore**, *añaden las ed., y el ms. Pl. 1.*
(28) **res**, *el ms. Gt., el ms. Pl. 1. segun corrección, y la ed. Schf.*
(29) *Los mms. Pl. 1. Bg., y el C. Theod.;* **fidei**, *añaden el ms. Pl. 2., y las ed.*
(30) **possessoris**, *el ms. Gt., y las ed. Nbg. Hal. Russ. Cont. 62., contra nuestros cód. y el C. Theod.*

Digitized by Google

Dat. VII. Kal. Mai. (1) Treviris, VALENTINIANO N. P. (2) et VICTORE Conss. (3) [369.]

Dada en Tréveris á 7 de las Calendas de Mayo, bajo el consulado del noble joven VALENTINIANO y el de VÍCTOR. [369.]

3. *Impp.* HONORIUS *et* THEODOSIUS *AA.* ASCLEPIODOTO *P. P.* — Terminato transactoque negotio posthac nulli (4) actio, neque ex rescripto, super sumtuum repetitione (5) praestetur, nisi iudex (6), qui de principali negotio sententiam promulgavit, cominus partibus constitutis, iuridicta pronuntiatione significaverit (7): victori causae restitui debere expensas, aut: super his querelam iure competere. Post absolutum enim dimissumque iudicium nefas est litem alteram consurgere ex litis primae materia (8).

3. *Los Emperadores* HONORIO *y* TEODOSIO, *Augustos, á* ASCLEPIODOTO, *Prefecto del Pretorio.*—Terminado y transigido un negocio, á nadie se le conceda después, ni aun por rescripto, acción para la repetición de los gastos, á no ser que el juez, que sobre el negocio principal publicó la sentencia, hubiere significado, hallándose presentes las partes, en la declaración jurídica, que al vencedor se le deben restituir los gastos de la causa, ó, que respecto á ellos compete en derecho querella. Porque después de fallado y terminado un juicio no es lícito que surja otro litigio de la materia del primer pleito.

Dat. III. Kal. April. Constantinop. ASPLEPIODOTO et MARINIANO (9) Conss. (10) [423.]

Dada en Constantinopla á 3 de las Calendas de Abril, bajo el consulado de ASCLEPIODOTO y de MARINIANO. [423.]

4. *Impp.* VALENTINIANI *et* MARCIANI (11) *AA. edictum ad populum* (12). — Non ignoret is, cuius ex interpellatione aliquis secundum datam formam in longinqua protractus fuerit examina, quod, si culpa sui (13) fuerit dilata cognitio, vel minime actioni suae adfuerit, vel delata (14) non (15) probaverit, pro calumnia quidem poenam luat (16) legibus constitutam, pro pecuniaria vero causa, post dispendia (17), post sumtus, considerata quantitate postulatorum vel medii itineris intervallo, condemnationem pro aestimatione iudicis sustinebit.

4. *Edicto de los Emperadores* VALENTINIANO *y* MARCIANO, *Augustos, al pueblo.*— No ignore aquel por virtud de cuya demanda alguien hubiere sido obligado á largas investigaciones con sujeción á la forma establecida, que si por su culpa se hubiere diferido el conocimiento del asunto, ó si no instare su acción, ó si no hubiere probado sus asertos, sufrirá ciertamente la pena establecida en las leyes para la calumnia, y tratándose de causa pecuniaria, después de los gastos, y después de las costas, soportará, considerada la cuantía de lo pedido ó el intervalo del camino intermedio, la condena según la estimación del juez.

Dat. V. Id. Octob. (18) Constantinop. VALENTINIANO A. VII. et AVIENO V. C. (19) Conss. [450.]

Dada en Constantinopla á 5 de los Idus de Octubre, bajo el séptimo consulado de VALENTINIANO, Augusto, y el de AVIENO, varón esclarecido. [450.]

Epitome graec. const. Zenonis (20) ex Bas.

5.—Constitutio sancit, ut omnis iudex in sententia sua iubeat victum praestare omnes expensas in iudicio erogatas; concessa ipsi iudici potestate et excedendi summam expensarum ad decimam usque partem eorum, quae impensa sunt, si eum victi impudentia ad hoc permoverit, ita ut id, quod expensas excedit, ad publicas rationes pertineat, nisi forte iudex, morae detrimentum parti victrici sarcire volens, partem aliquam eorum ei addicat; condemnando non solum actore et reo, si iudex utrique competens sit, verum etiam si actori sit incompetens, si is vincatur ex reconventione, quum non possit illum iudicem recusare, sive praesides iudices fuerint, sive delegati a principe arbitri; nam et hi exsecutores et compulsores habent. Quodsi iu-

Epitome de la Constitución griega de Zenon, tomado de las Basílicas

5.—Dispone la constitución, que todo juez mande en su sentencia que el vencido pague todas las costas invertidas en el juicio; estándole concedida al mismo juez facultad aun para aumentar la suma de las costas hasta una décima parte de lo que se gastó, si á esto le moviere la impudencia del vencido, de suerte que lo que exceda de las costas pertenezca á los fondos públicos, á no ser que acaso el juez, queriendo resarcir á la parte victoriosa el perjuicio de la demora, le adjudique alguna parte de aquello; debiendo ser condenado el actor y el reo no solamente si el juez fuera el competente para ambos, sino también si fuera incompetente para el actor, si éste fuese vencido en la reconvención, porque no puede recusar á aquel juez, ya fueren

(1) III. Kal. Mart., *Russ., lo que confirma el ms. Pist.*
(2) Valeriano nobis. cc., *el ms. Pist., en el que se debería leer* nobiliss. Caes.
(3) *Hal. omite la indicación de la fecha; en Russ. faltan los cónsules en el texto.*
(4) nulla, *el ms. Pl. 2., y Hal.*
(5) *Los mms. Pl. 1. Gt., Bk., el C. Theod., y M. Vacar. (en Dirksen p. 476.):* petitione, *los mms. Pl. 2. Bg., y las demás ed.*
(6) cognitor, *el C. Theod.*
(7) signaverit, *el ms. Pl. 2., la ed. Nbg., y el C. Theod.*
(8) natura, *el ms. Bg.*
(9) Maximiano, *Cont. Char.*
(10) *La indicación de la fecha fue puesta por Russ. según el C. Theod.*
(11) *Los mms. Cas. Vat. Pl. 1. 2. Bg., los mms. de Concio y Nov. Marc.;* Valentiniani et Arcadii, *las ed. Nbg. Bk.;* Valent. Theod. et Arcad., *Hal. y los demás. En los mms. más bien se lee* Marciani *que* Martiani.
(12) ad populum, *omitelas Nov. Marc.*
(13) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., la ed. Nbg., y el Nov. Marc.:* sua, *las ed. Schf. Hal. y las demás.*
(14) dilata, *Hal., pero contra los cód., el Nov. Marc., y las Bas.*
(15) non, *omítenla los mms. Bg. Gt., los antiguos libros de Cont., la ed. Nbg., y el Nov. Marc.*
(16) solvat, *el ms. Bg., y la ed. Schf.*
(17) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los antiguos libros según Cuyacio, la ed. Schf., y el Nov. Marc.:* post dispendia, *faltan en las ed. Nbg. Hal. y las demás; pero τὰ ὀπαναλώματα καὶ τὰ ξενώματα, las Bas.*
(18) *Russ. Bk., y el Nov. Marc.;* Novemb., *Cont. y los demás.*
(19) *El Nov. Marc.:* V. C., *omítenlas Russ. y los demás; Hal. omite la indicación de la fecha.*
(20) *La fecha indica que esta constitución es de Zenon. Vease Nov. 82. pr.*

Digitized by Google

dex hoc non fecerit, ipse hoc damnum victrici parti sarcire cogitur.

§ 1.—Si vero aliquis reus officii memor solverit, vel actor a lite destiterit, vel etiam iudex eum revera non calumniatorem deprehenderit, sed de re dubia condemnatum, hic expensarum condemnationem evitat.

§ 2.—Manifestum autem est, in pedaneis iudicibus praesidem eum esse, qui eis apparitorem assignare debeat haec exsequentem.

Dat. VII. Kal. Aprl. post consulatum Longini (1). [487.]

6. *Imp.* Anastasius *A.* Stephano, *Magistro militum.*—Quum quidam per leges sacrasque constitutiones, alii per speciales largitates sibi praestita (2) privilegia praetendunt, tam super sportulis pro conventionibus usque ad certam quantitatem praebendis, quam super expensis litium vel minuendis vel penitus non agnoscendis, per hanc legem decernimus, ut, quicunque huiusmodi privilegio munitus est vel postea talem praerogativam quolibet modo meruerit, sciat, et si quos ipse, utpote obnoxios sibi pro quacunque criminali vel civili causa constitutos, in accusationem deduxerit, hos nihilominus iisdem privilegiis potituros, quoniam non est ferendum, eos, qui praefatas praerogativas, ut (3) ante latum est, praetendunt, aliquid plus ab adversariis suis quaerere concedi, quam ipsi ab aliis pulsati facere patiantur; ita scilicet, ut haec (4) forma modis omnibus observetur super privilegiis per liberalitates, vel generaliter quibusdam officiis aut scholis seu dignitatibus, vel specialiter certis personis, praestitis vel postea praebendis, sive hoc ipsum expressim (5) principalibus dispositionibus vel affatibus insertum, sive praetermissum sit vel fuerit.

presidentes los jueces, ya árbitros delegados por el príncipe; porque también éstos tienen ejecutores y apremiadores. Pero si el juez no hubiere hecho esto, es obligado él mismo á resarcir este daño á la parte vencedora.

§ 1.—Pero si acordándose de su deber hubiere pagado el demandado, ó el actor hubiere desistido del litigio, ó también el juez hubiere hallado que en realidad éste no era calumniador, sino condenado respecto á una cosa dudosa, éste evita la condena de las costas.

§ 2.—Mas es evidente, que respecto á los jueces pedáneos es el presidente quien les debe asignar alguacil para que ejecute estas cosas.

Dada á 7 de las Calendas de Abril, después del consulado de Longino. [487.]

6. *El Emperador* Anastasio, *Augusto, á* Estéban, *Maestre militar.*—Por cuanto algunos pretenden que se les otorgaron privilegios por leyes y sacras constituciones, y otros que por especiales liberalidades, tanto para satisfacer hasta cierta cantidad espórtulas por las citaciones, como, respecto á las costas de los litigios, ó para rebajarlas, ó para no pagar ningunas, mandamos por esta ley, que sepa cualquiera que esté provisto de tal privilegio, ó que después obtuviere de cualquier modo tal prerogativa, que también si él mismo acusare á otros, como estándole obligados por cualquier causa civil ó criminal, éstos disfrutarán, no obstante, de los mismos privilegios, porque no se ha de tolerar, que á los que pretenden las susodichas prerogativas, según antes se dijo, se les conceda exigir de sus adversarios algo más de lo que ellos mismos, demandados por otros, consientan hacer; esto así, por supuesto, de suerte que esta disposición se observe de todos modos respecto á los privilegios concedidos, ó que después se hayan de conceder, por liberalidades, ya en general á algunas oficinas, ó escuelas, ó dignidades, ya especialmente á ciertas personas, ora si esto mismo se haya expresamente insertado, ó se insertare, ora si se haya omitido, ó se omitiere, en las disposiciones ó en los rescriptos imperiales.

TIT. LII

DE RE IUDICATA

1. *Imp.* Antoninus *A.* Stellatori. — Rebus quidem iudicatis standum est. Sed si probare poteris, eum, cui condemnatus es, id, quod furto amisisse videbatur, recepisse, adversus iudicati agentem doli exceptione opposita tueri te poteris.

XII. Kal. Mart. Antonino A. IV. et Balbino (6) Conss. [213.]

2. *Idem A.* Pacatiano. — Res iudicatae si sub praetextu computationis instaurentur, nullus erit litium finis.

PP. prid. Non..... (7) Romae, Laeto (8) et Cereale Conss. [215.]

TÍTULO LII

DE LA COSA JUZGADA

1. *El Emperador* Antonino, *Augusto, á* Stelator.—Ciertamente que se ha de estar á la cosa juzgada. Pero si pudieres probar, que aquel, á cuyo favor fuiste condenado, recobró lo que parecía haber perdido por hurto, podrás ampararte oponiendo la excepción de dolo contra él, si ejercita la acción de cosa juzgada.

A 12 de las Calendas de Marzo, bajo el cuarto consulado de Antonino, Augusto, y el de Balbino. [213.]

2. *El mismo Augusto á* Pacaciano.—Si so pretexto de computación se planteasen de nuevo las cosas juzgadas, no habría término alguno para los litigios.

Publicada en Roma á 1 de las Nonas de..... bajo el consulado de Leto y de Cereal. [215.]

(1) *Cuyacio restableció esta indicación de la fecha tomándola de un antiquísimo codice, en el que halló una nota que decía que faltaba esta constitución griega. Véase la nota 17. de la ley 4. C. VI. 31.*

(2) praestituta, *el ms. Pl. 1. antes de la corrección, y los mms. Pl. 2. Bg.*

(3) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los de Russ., y la ed. Nbg.:* iam, *insertan las ed. Schf. Hal. y las demas.*

(4) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y la ed. Schf.:* quidem, *no insertan las ed. Nbg. Hal. y las demas.*

(5) expressum, *el ms. Pl. 1., y la ed. Schf.*

(6) II., *inserta Blc.; Hal. omite la indicación de la fecha.*

(7) *Debiéndose acaso suplir* Nov.

(8) II., *inserta Blc.; Hal. omite la indicación de la fecha.*

Digitized by Google

3. *Idem A.* DEMETRIO (1). — Si pecuniam, quam mala ratione intercepisse vos apparuit (2), iussi sitis (3) inferre cum poena, et comperto (4) praecepto praesidis non provocaveritis, universam quantitatem debetis inferre.

4. *Imp.* GORDIANUS *A.* ANTONINO. — Sub specie novorum instrumentorum postea repertorum res iudicatas restaurari (5), exemplo grave est.

Dat. VIII. Id. Mart..... (6).

5. *Impp.* DIOCLETIANUS *et* MAXIMIANUS *AA. et CC.* VALENTINO. — Ad solutionem dilationem petentem acquievisse sententiae manifeste probatur, sicut eum, qui quolibet modo sententiae acquieverit. Nec enim instaurari finita, rerum iudicatarum patitur auctoritas.

Prid. Id:..... (7).

6. *Impp.* HONORIUS *et* THEODOSIUS *AA.* IULIANO, *Proconsuli* (8) *Africae.*—Gesta, quae sunt translata in publica monumenta, habere volumus perpetuam (9) firmitatem. Neque enim morte cognitoris perire debet publica fides.

Dat. III. Kal. Septemb. Ravennae (10), CONSTANTIO et CONSTANTE (11) Conss. [414.]

3. *El mismo Augusto á* DEMETRIO.—Si se os mandó que además de la pena pagaséis el dinero, que por mala cuenta apareció que habíais quitado, y conocida la disposición del presidente no apelastéis, debéis pagar toda la cantidad.

4. *El Emperador* GORDIANO, *Augusto, á* ANTONINO.—Es grave por el ejemplo, que so pretexto de nuevos instrumentos descubiertos después se planteen de nuevo los asuntos juzgados.

Dada á 8 de los Idus de Marzo.....

5. *Los Emperadores* DIOCLECIANO *y* MAXIMIANO, *Augustos y Cesares, á* VALENTÍN. — Evidentemente se prueba, que el que pide una dilación para el pago se aquietó con la sentencia, á la manera que el que de algún modo se hubiere conformado con la sentencia. Porque la autoridad de las cosas juzgadas no consiente que se planteen de nuevo las terminadas.

A 1 de los Idus de.....

6. *Los Emperadores* HONORIO *y* TEODOSIO, *Augustos, á* JULIÁN, *Procónsul de Africa.* — Queremos que tengan perpétua fuerza los actos que fueron transcritos en documentos públicos. Porque no debe morir la fe pública con la muerte del juzgador.

Dada en Rávena á 3 de las Calendas de Septiembre, bajo el consulado de CONSTANCIO y de CONSTANTE. [414.]

TIT. LIII

DE EXSECUTIONE REI IUDICATAE

1. *Impp.* SEVERUS *et* ANTONINUS *AA.* IUSTINO.— Nimis propere iudex pignora Marcellae capi ac distrahi iussit ante rem iudicatam. Prius est ergo, ut servato ordine actionem adversus eam dirigas, et causa cognita sententiam accipias.

PP. III. Kal. Februar. ALBINO et AEMILIANO Conss. (12) [206.]

35.—Iam tricesima secunda constitutione dicente, in omnibus magistratibus illustribus, a quibus est appellatio, principem de appellatione cognoscere, quia praesens constitutio invenit ius notum, quod adversus sententiam praefectorum appellatio quidem non est, sed retractatio, et, si alius quidem sit praefectus, credibile est, rescissurum eum apud alterum iudicata, si vero idem rursus praefectus factus fuerit, qui iam pronuntiavit, adversus cuius sententiam et supplicationes oblatae sunt, quia praesumitur pro vetere sua sententia dicturus, praecipit constitutio, ut quaestor simul cognoscat cum eo, qui iterum aut tertium praefectus creatus est et in priore suo magistratu latas sententias examinat, statuens, ut nulla sit adversus eiusmodi sententias retractatio.

Epitome de la constitución griega de Justiniano, tomado de las Basílicas.

35.—Diciendo ya la trigésima segunda constitución, que respecto á todos los magistrados ilustres, de quienes hay apelación, conoce de la apelación el príncipe, como la presente constitución halló establecido el derecho de que contra la sentencia de los prefectos no hay apelación, sino revisión, y si otro fuera ciertamente el prefecto es creíble que éste revoque lo juzgado ante otro, pero si hubiere sido nombrado otra vez prefecto el mismo que ya falló, contra cuya sentencia también se presentaron súplicas, se presume que habrá de resolver conforme á su antigua sentencia, manda la constitución, que el cuestor conozca junto con el que por segunda ó tercera vez fué nombrado prefecto y examina sentencias proferidas durante su anterior magistratura, estableciendo que contra tales sentencias no haya revisión alguna.

Epitome graec. const. Iustiniani ex Bas.

36.—Tota lite finita appellationem interponere oportet (neque enim laeditur quis, si in media lite facta interlocutio fuerit, quae deneget ius ei competens, id est vel testium productionem vel instrumenti recitationem; potest enim in appellatione omnia persequi), ne contra mediam interlocutionem interposita appellatione lis protrahatur, saepius in eadem causa appellatione interposita et examinata, rursus alio capitulo ventilato, et rursus adversus ipsum porrecta appellatione. Si vero iudex delegatus est, qui media interlocutione ius aliquod ipsis denegavit, iubet scriptis ei contradicere, ut in appellatione de eo defensionem sine praeiudicio conservent. Si vero contra haec factum fuerit, iudex appellationem ne recipito, et ipse appellator pro transgressione quinquaginta libras argenti persolvito.

Epitome de la constitución griega de Justiniano, tomado de las Basílicas.

36.—Conviene que se interponga la apelación estando terminado todo el litigio, (porque nadie se perjudica, si durante el litigio se hubiere dictado sentencia interlocutoria que le deniegue un derecho que le competa, esto es, ó la presentación de testigos ó la lectura de un instrumento; porque todo puede pretenderlo en la apelación), á fin de que no se alargue el litigio por virtud de apelación interpuesta contra una sentencia interlocutoria del tiempo intermedio, interponiéndose y viéndose muchas veces apelación en una misma causa, ventilándose de nuevo otro capítulo y presentándose de nuevo apelación contra el mismo. Mas si fué delegado el juez, que por sentencia interlocutoria intermedia les denegó á los mismos algún derecho, manda que por escrito se le opongan, á fin de que conserven sin perjuicio la acción para defenderse sobre ello en la apelación. Pero si en contra de esto se hubiere obrado, no admita el juez apelación, y pague el mismo apelante cincuenta libras de plata por la transgresión.

(1) si, *insertan los mms. Pl. 1. 2. Bq., y la ed. Nbg.*
(2) prospexerint, *el ms. Bg., y las ed. Nbg. Hal.;* prospexerit, *el ms. Pl. 2.*
(3) *Los mms. Pl. 1. 2. Bq., y las ed. Nbg. Hal. Bk.;* contra provocationem, *las ed. Schf. Russ. y las demás.*
(4) offerre, *los mms. Pl. 1. 2., y todos los de Russ.*
(5) discernendum, *los mms. Pl. 1. 2., y las ed. Nbg. Schf. Hal.*

Digitized by Google

37. *Imp.* IUSTINIANUS *A.* (1) MENNAE *P. P.* — In offerendis provocationibus, ex quibus consultationum more negotium in sacrum nostrum palatium introduci solebat, hoc addendum esse censemus, ut, si quidem non excedat litis aestimatio decem librarum auri quantitatem, ex ipsa scilicet sententia iudicis discernendam (2), non duobus, sicut antea, magnificis iudicibus, sed uni tantummodo disceptatio negotii deputetur. Sin vero memoratam excedens quantitatem viginti libris auri terminetur, duobus tradatur (3) magnificis iudicibus, viris scilicet devotis epistolaribus cognitionalia certamina excipientibus, ita tamen, ut, si dissentirent (4), virum illustrem pro tempore quaestorem adhibeant, ut eo dubietatem dirimente finiatur negotium. His videlicet litibus, quarum aestimatio viginti librarum auri quantitatem excedit, in commune auditorium florentissimorum sacri nostri palatii procerum introducendis, ut tamen secundum iam statuta liceat quidem non solum victo, sed etiam victori consultationem, ad unum vel duos iudices mittendam, intra biennii tempus ei vel eis intimare; post excessum enim memorati temporis huiusmodi licentiam amputamus. Quae vero fuerint ab eo vel eis decreta, nulla provocatione suspendantur. Novas etiam (5) assertiones a partibus apud eundem vel eosdem iudices addi, ad exemplum consultationis ad sacrum nostrum palatium introducendae (6), permittimus.

Dat. VIII. (7) Id. April. Constantinop. DECIO Cons. [529.]

37. *El Emperador* JUSTINIANO, *Augusto, á* MENNA, *Prefecto del Pretorio.*—Respecto á las apelaciones que se hayan de interponer, en virtud de las cuales se solia llevar por vía de consulta el negocio á nuestro sacro palacio, consideramos que se debe añadir esto, que, si verdaderamente la estimación del litigio no excediera de la cuantía de diez libras de oro, se debe decidir ciertamente en virtud de la misma sentencia del juez, y el conocimiento del negocio no será encomendado, como antes, á dos magníficos jueces, sino solamente á uno. Mas si se terminara excediendo de la mencionada cuantía de veinte libras de oro, sea encomendado á dos magníficos jueces, recogiendo, por supuesto, los debates del conocimiento los adictos epistolares, pero de suerte, que, si disintieran, se agreguen el ilustre varón que á la sazón sea cuestor, para que dirimiendo éste la duda se termine el negocio. Debiéndose llevar á la verdad los litigios, cuya estimación exceda de la cuantía de veinte libras de oro, á la audiencia común de los muy brillantes próceres de nuestro sacro palacio, pero de suerte que segun lo ya establecido sea ciertamente lícito no solamente al vencido, sino también al vencedor, presentar á él ó á ellos, dentro del término de dos años, la consulta que se haya de dirigir á un solo juez, ó á dos; porque después del transcurso del mencionado tiempo suprimimos esta facultad. Pero lo que por él ó por ellos se hubiere decretado no se suspenderá por ninguna apelación. También permitimos que por las partes se añadan nuevas afirmaciones ante el mismo ó los mismos jueces, á la manera que en la consulta que haya de llevarse á nuestro sacro palacio.

Dada en Constantinopla á 8 de los Idus de Abril, bajo el consulado de DECIO. [529.]

38. *Idem A.* DEMOSTHENI *P. P.* — Si quando duciano iudicio appellatio fuerit oblata, sive ab ipsa qualitate iudicis, sive ex divina delegatione, viro spectabili duci destinata, sive inter spectabiles idem dux connumeretur, sive illustri dignitate decoretur (8), sive etiam maiore, quum etiam magisteriae potestatis homines nec non consulares saepe utilitate publica poscente ad huiusmodi curam perveniunt (9), nullo discrimine habito, non dignitatem, sed ducatus magistratum spectari, et appellationem ex quocunque duce pervenientem (10), non ut antea erat dispositum, sed apud virum sublimissimum magistrum officiorum nec non virum excellentissimum nostri palatii quaestorem, communi audientia proposita, in sacro auditorio more consultationum, viris devotis epistolaribus excipientibus, ventilari (11); nulla veteris legis in hac causa observatione custodienda, sed apud eosdem tantummodo excellentissimos iudices causa trutinanda.

38. *El mismo Augusto á* DEMÓSTENES, *Prefecto del Pretorio.*—Si se hubiere interpuesto apelación en el tribunal de un duque, ora hubiere estado encomendada al duque, varón respetable, por su misma cualidad de juez, ora por divina delegación, ya se cuente el mismo duque entre los respetables, ya esté revestido de dignidad de ilustre, ya de otra superior, puesto que también los individuos que tienen la potestad de maestre y aun los consulares llegan muchas veces á tener este cuidado por exigirlo la utilidad pública, atiéndase, sin considerar ninguna diferencia, no á la dignidad, sino á la magistratura del ducado, y la apelación que provenga de cualquier duque ventílese, no como antes se habia dispuesto, sino ante el muy sublime varón, maestre de los oficios y ante el excelentísimo varón, cuestor de nuestro palacio, celebrándose audiencia común, en nuestro sacro tribunal, en la forma acostumbrada para las consultas, llevando la tramitación los adictos epistolares; no debiéndose guardar en este negocio ninguna observancia de la antigua ley, sino debiéndose examinar la causa solamente ante los mismos excelentísimos jueces.

39. *Idem A.* IULIANO *P. P.* — Ampliorem providentiam subiectis conferentes, quam forsitan ipsi vi-

39. *El mismo Augusto á* JULIÁN, *Prefecto del Pretorio.* — Consagrando á nuestros súbditos mayor

(1) *Así, según los mms. Pist. Vat. Pl. 1. 2. Bq., las ed. Nbg. Hal. Russ. y S. Perus.;* Idem A., *Cont. y los demás.*
(2) *Los mms. Pl. 1. Bq., y la ed. Schf.;* discernenda, *los mms. Pl. 2. Gt., y las ed. Nbg. Hal.;* decernenda, *Russ. y los demás.*
(3) *Los mms. Pl. 1. 2. Bq. Gt., todos los de Russ., y la ed. Nbg.;* disceptatio. *insertan las ed. Schf. Hal. y los demás.*
(4) *Los mms. Pl. 1. 2. Bq., y las ed. Nbg. Schf.;* dissenserint, *el ms. Gt.;* dissentiant, *Hal. y los demás.*
(5) etiam, *las ed. Nbg. Hal.*
(6) introducere, *las ed. Schf. Hal.*
(7) VIIII., *el ms. Pist., el cual confirma lo demás de la indicación de la fecha. Hal. la omite.*
(8) decoratur, *los mms. Pl. 1. 2. Bq.*
(9) *Los mms. Pl. 1. 2. Bq. Gt., y las ed. Nbg. Schf.;* perveniant, *Hal. y los demás.*
(10) venientem, *los mms. Pl. 2. Bq. Gt., y la ed. Schf.*
(11) *Los mms. Pl. 1. 2. Bq. Gt., todos los de Russ., y las ed. Nbg. Schf. Hal.;* sancimus, *añaden Russ. y los demás.*

Digitized by Google

gilantes inveniunt, antiquam observationem emendamus, quum in appellationum auditoriis is solus post sententiam iudicis emendationem meruerat, qui ad provocationis convolasset auxilium, altera parte, quae hoc non fecisset, sententiam sequi, qualiscunque fuisset, compellenda. Sancimus itaque, si appellator semel in iudicium venerit et causas appellationis suae proposuerit, habere licentiam et adversarium eius, si quid iudicatis opponere maluerit, si praesto fuerit, hoc facere et iudiciale mereri praesidium; sin autem absens fuerit, nihilominus iudicem per suum vigorem eius partes adimplere.

§ 1.—In refutatoriis autem libellis, qui solent maxime in sacro auditorio prudentissimorum nostrorum procerum recitari, caveant tam litigatores quam libellorum dictatores verbosis uti adscriptionibus (1), et ea, quae iam perorata sunt, iterum resuscitare, sed haec sola eis inscribere, quae compendiosa narratione causas provocationis possunt explanare, vel aliquid novi continent, vel addere quod derelictum est; scituri, quod, si hoc fuerit praetermissum, non deerit adversus libellorum conditores amplissimi iudicii competens indignatio, quod sufficiant gestorum volumina introducta et virorum spectabilium magistrorum scriniorum breves omnia apertissime ostendere.

§ 2.—Sed quum (2) scimus, legem nostram esse promulgatam, per quam more consultationum in causis quidem, quae usque ad decem libras auri extenduntur, unum iudicem sanximus (3) superponi (4), viginti autem duos sublimissimos iudices, sed (5) quum prima quidem facie (6) videbatur non tantam summam (7) excedere, in definitiva autem sententia apparebat iudici vel iudicibus etiam maiorem quantitatem debere imponere, non erat eis possibile formam, qua erant conclusi, excedere. Sed nos definimus et omnem eis damus facultatem, si hoc ita fuerit subsecutum, licere eis et ampliorem summam praefata quantitate, in qua dati sunt iudices, excedere, et non ad modum suae rationis, sed ad veritatis indaginem ferre sententiam, ne tanti iudices, quasi vinculis praepediti, non possint legum veritati et iudiciali vigori per omnia satisfacere.

Dat. VI. Kal. April. Constantinop. Lampadio et Oreste Conss. (8) [530.]

TIT. LXIII

DE TEMPORIBUS ET REPARATIONIBUS APPELLATIONUM SEU CONSULTATIONUM

1. *Imp.* Constantinus *A. ad* Crispinum.—Si quis per absentiam nominatus, vel ad duumviratus aliorumque honorum infulas vel (9) munus aliquod

(1) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los mms. de Russ. y de Cont., y las ed. Nbg. Schf.:* adsertionibus, *Hal. y los demas.*
(2) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf.:* Sed enim, *Hal. y los demas, pero contra todos los mms. de Russ.*
(3) *Los mms. Pl. 1. 2.:* sanccimus, *el ms. Bg.:* sancimus, *las ed.*
(4) *Los mms. Veron. Pl. 1. 2. Gt., y la ed. Schf.:* supponi, *el ms. Bg., y las demas ed.:* in, *añade el ms. Veron.*

previsión que la que acaso ellos mismos vigilando alcanzan, enmendamos la antigua observancia, según la que en las audiencias de las apelaciones sólo habia obtenido después de la sentencia del juez la enmienda de la misma el que se hubiese apresurado á utilizar el recurso de la apelación, debiendo ser compelida la otra parte, que no hubiese hecho esto, á atenerse á la sentencia, cualquiera que hubiese sido. Asi, pues, mandamos, que una vez que el apelante haya comparecido en el juicio y expuesto las causas de su apelación, tenga facultad también su adversario, si quisiere oponer algo á lo juzgado, estando presente, para hacerlo y para obtener el auxilio del juez; mas si estuviere ausente, cumpla, sin embargo, el juez su cometido por su propia autoridad.

§ 1.—Mas en los escritos de refutación, que se suelen leer principalmente en la sacra audiencia de nuestros sapientísimos próceres, cuiden tanto los litigantes como los redactores de los escritos de no emplear verbosas ampliaciones, y de no repetir lo que ya se ha dicho, sino de comprender en ellos solamente lo que en sucinta narración puede explanar las causas de la apelación, ó lo que contiene algo nuevo, ó de añadir lo que se omitió; debiendo de saber, que si esto hubiere sido desatendido, no faltará contra los redactores de los escritos la competente indignación del muy alto tribunal, porque bastan los volúmenes de actuaciones presentados y los sumarios de los excelentes varones maestres de las secretarías para mostrarlo todo clarísimamente.

§ 2.—Pero como sabemos que se promulgó una ley nuestra, por la cual mandamos que conforme á la costumbre de las consultas se nombrase un solo juez en los negocios que lleguen hasta diez libras de oro, y dos muy sublimes jueces en los que hasta veinte, y como á primera vista parecia ciertamente que no excedian de tal suma, pero al juez ó á los jueces les resultaba que en la sentencia definitiva debian poner una cantidad todavía mayor, no les era posible excederse de la cuantía, á que estaban limitados. Mas nosotros decidimos el caso, y les damos plena facultad, para que, si esto hubiere asi sucedido, les sea lícito excederse también á suma mayor que la expresada cantidad, para la cual fueron nombrados jueces, y proferir sentencia no conforme á la limitación de su propia cuantía, sino conforme á la investigación de la verdad, no sea que tales jueces no puedan, como impedidos por ligaduras, dar en todo satisfacción á la verdad de las leyes y á la fuerza judicial.

Dada en Constantinopla á 6 de las Calendas de Abril, bajo el consulado de Lampadio y de Oreste. [530.]

TÍTULO LXIII

DE LOS TÉRMINOS Y DE LAS REPARACIONES DE LAS APELACIONES Ó DE LAS CONSULTAS

1. *El Emperador* Constantino, *Augusto, á* Crispín.—Si nombrado uno, estando ausente, ó llamado para las insignias del duunvirato y de otros hono-

(5) sed, *se halla sobrescrita en el ms. Bg.: parece que se debe omitir, ó cambiar por* et.
(6) lis, *inserta el ms. Gt.*
(7) non tantum summa, *el ms. Bg.*
(8) et Or. VV. CC., *el ms. Veron., omitiendo* Conss.; *la indicacion de la fecha fue puesta por Russ. segun un cod.*
(9) et, *los mms. Pl. 2. Bg. Gt., y la ed. Schf.:* vel ad, *el ms. Pl. 1.*

Digitized by Google

evocatus, ad provocationis auxilium cucurrerit, ex eo die interponendae appellationis duorum mensium (1) spatia (2) ei computanda sunt, ex quo contra se celebratam nominationem didicisse monstraverit. Nam praesenti, qui factam nominationem cognoverit (3), et appellare voluerit, statim debent (4) duorum mensium spatia computari.

Dat. VIII. (5) Id. Iul. CONSTANTINO A. VI. et CONSTANTIO (6) C. Conss. [320.]

2. *Impp.* THEODOSIUS *et* VALENTINIANUS *AA.* CYRO *P. P.*—Tempora fatalium dierum pro seculi nostri beatitudine credimus (7) emendanda, ubique dilationum materias amputantes. Et primi quidem fatalis diei tempora post appellationem, sive a viro clarissimo rectore provinciae sive a spectabili iudice fuerit appellatum, sex mensium (8) esse iubemus. Quodsi primo fatali die lapsus est appellator, tricesimum primum diem alterum volumus esse fatalem. Quodsi eo quoque appellator exciderit, tertium similiter totidem diebus intermissis fatalem observari decernimus. Quodsi tertius quoque lapsus fuerit temporalis, quartum etiam fatalem post tricesimum primum diem similiter observari decernimus. Quodsi ita contigerit, ut quatuor fatalibus diebus qui appellavit exciderit, tunc intra trium aliorum mensium (9) spatium a nostro numine reparationem peti praecipimus; qua petita nec adversarium decernimus admoneri, nec temporalem diem ad petitionem reparationis numerari, sed trium mensium spatio ex quarto fatali numerando causam induci praecipimus, licet ante unum diem reparatio fuerit impetrata, licet allegata in iudicio virorum illustrium praefectorum non fuerit. Nec hoc parti nocebit adversae, quum non dubius, sed notus omnibus dies fatalis appareat. Hoc, (10) si adversus viri clarissimi rectoris provinciae vel spectabilium iudicum sententias fuerit appellatum.

§ 1.—Quodsi, (11) arbitro in provincia ex delegatione sacra disceptante, appellatio subsequatur, post priorem fatalem lapsum tres alii tantum fatales dies similiter, ut supra dictum est, servabuntur, nulla reparatione a nostro numine postulanda, ita ut, nonaginta tribus diebus elapsis, iudicata congruae exsecutioni mandentur. Sin autem ex sententia praetorianae praefecturae vel magistri officiorum vel ab (12) alio illustri dignitate decorato arbiter in hac sacratissima (13) civitate fuerit delegatus, et appellatio contra definitionem vel sententiam eius subsecuta fuerit, primus quidem fatalis dies duorum mensium (14), alii vero tres ad similitudinem supra dictorum fatalium numerentur. Qui vero delegatum vel a spectabili iudice seu praeside

(1) mensuum, *el ms. Veron.*
(2) tempora, *el ms. Veron., y el C. Theod.*
(3) cognovit, *el ms. Bq., las ed. Nbg. Hal., y el C. Theod.*
(4) debet, *y despues* spatium, *el ms. Veron., y el C. Theod.*
(5) VII., *el ms. Veron., en el que despues se lee* V. *en lugar de* VI.
(6) *Otros,* Constantino. *La indicación de la fecha, que fue puesta por Russ. según el C. Theod., omitenla Hal. Cont. 62.*
(7) credidimus, *los mms. Pl. I. 2., y la ed. Schf.*
(8) mensuum, *el ms. Veron.*
(9) trium alium mensum, *el ms. Veron., en el cual también más adelante se lee* mensum.

res, ó para otro cargo, hubiere recurrido al auxilio de la apelación, se le ha de computar para interponer la apelación el espacio de dos meses contaderos desde el dia que probare que supo el nombramiento que respecto de él se hizo. Porque al que, estando presente, hubiere tenido conocimiento del nombramiento hecho, y hubiere querido apelar, se le debe computar desde luego el término de los dos meses.

Dada á 8 de los Idus de Julio, bajo el sexto consulado de CONSTANTINO, Augusto, y el de CONSTANCIO, César. [320.]

2. *Los Emperadores* TEODOSIO *y* VALENTINIANO, *Augustos, á* CIRO, *Prefecto del Pretorio.*— Creemos que debemos corregir en beneficio de nuestro tiempo la duración de los términos fatales, suprimiendo en todos los casos los motivos de prórrogas. Y mandamos que la duración del primer término fatal después de la apelación sea de seis meses, ya se hubiere apelado de un muy esclarecido gobernador de provincia, ya de un respetable juez. Pero si el apelante perdió el primer dia fatal, queremos que sea otro fatal el dia trigésimo primero. Mas si también lo hubiere perdido el apelante, mandamos que se guarde del mismo modo un tercer término fatal, habiendo mediado otros tantos dias. Pero si también hubiere transcurrido el tercer término, disponemos que de igual modo se guarde también como cuarto dia fatal el primero después del trigésimo. Mas si aconteciere que el que apeló hubiere perdido los cuatro días fatales, mandamos que entonces se pida á nuestro número la reparación dentro del espacio de otros tres meses; pedida la cual, no mandamos que se prevenga al adversario, ni que se cuente el dia del término para la petición de la reparación, sino que preceptuamos que se presente la causa en el espacio de tres meses contadero desde el cuarto dia fatal, aunque la reparación hubiere sido impetrada un solo dia antes, y aunque no hubiere sido alegada en el tribunal de los ilustres prefectos. Lo cual no le perjudicará á la parte contraria, puesto que el término fatal aparece no dudoso, sino conocido para todos. Esto, si se hubiere apelado de sentencias del muy esclarecido varón gobernador de la provincia ó de respetables jueces.

§ 1.—Mas si, conociendo en una provincia un árbitro en virtud de sacra delegación, se siguiera apelación, se guardaran igualmente después del lapso del primer término fatal solamente otros tres términos fatales, según arriba se ha dicho, sin que se haya de pedir a nuestro numen ninguna reparación, de suerte que, transcurridos los noventa y tres dias, se lleve á la correspondiente ejecución lo juzgado. Pero si en virtud de sentencia de la prefectura del pretorio, ó del maestre de los oficios, ó de otro revestido de ilustre dignidad hubiere sido delegado un árbitro en esta sacratísima ciudad, y se hubiere interpuesto apelación contra su declaración ó sentencia, el primer término fatal cuéntese de dos meses, y los otros tres á la manera que

(10) *Los mms. Veron. Pl. I. 2. Bq. Gt.:* Et, *anteponen las ed.*
(11) *Los mms. Veron. Pl. I. 2. Bq. Gt., y la ed. Nbg.:* ab, *insertan las ed. Schf. Hal. y las demás.*
(12) ab, *omitenla los mms. Veron. Pl. I. 2. Bq. Gt., y la ed. Schf.; inmediatamente despues* alius — decorati, *el ms. Pl. 2., y el ms. Gt. despues por correccion;* alterius — decorati, *el ms. Bq., tambien por correccion;* alia—decoratus, *la ed. Schf.*
(13) florentissima, *el ms. Pl. I.*
(14) mensum, *el ms. Veron., y asi tambien más adelante.*

Digitized by Google

provinciae arbitrum (1) appellaverit, primum quidem fatalem diem duorum mensium, tres vero alios ad similitudinem praedictorum fatalium dierum habeat.

§ 2.—Illud etiam circa observationem fatalium dierum custodiri decernimus, ut, si forte temporales in feriatos (2) quoquo (3) modo inciderint, praecedentes eos dies ut temporales a litigantibus observentur. Quodsi quis secus, ac (4) iura praecipiunt, lapsus die fuerit temporali (5), et hoc primo loco vel a praesente adversario vel etiam a iudice, si solus litigat appellator, fuerit oppositum probatumque, pro eo habebitur appellator, ac si sententiam quoquo modo non coactus susceperit.

Dat. XII. Kal. Mai. (6) VALENTINIANO A. V. et ANATOLIO Conss. [440.]

AUTHENT. *de his, qui ingrediuntur ad appellat.* (*Nov. 49. pr. et c. 1.*) — Ei, qui appellat, impertitur annus, intra quem secundum se communiterve cum adversario (7) litem exsequatur, aut si iusta causa intercesserit, alius annus indulgeatur; quo transacto lite non completa, rata manet sententia. Appellatore (8) cessante, quum unus mensis superest ex biennio, licet victori ingredi, ut reus quaeratur, quo sive invento sive non, suas afferat allegationes, et vel confirmetur vel rescindatur sententia; in omni casu absente in expensis condemnando secundum tempora fatalium dierum. Neutro vero occurrente, post secundum fatalem permanet sententia rata.

AUTHENT. *de appellationibus.* § *1.* (*Nov. 93. c. 1.*) —Si tamen in medio causae apud iudicem appellationis vel motae vel non motae aliqui eligantur arbitri, et propterea biennium transeat, intra quod oporteat appellationem finiri, et per quamlibet occasionem ad iudicem appellationis causa revertatur, non laedatur ex cursu temporis, sed exerceatur, et terminum (9) legitimum suscipiat, etsi decies millies plus, quam biennii tempus transierit, nisi biennium cesserit, postquam arbitrium fuerit desertum.

AUTHENT. *de appellat. et intra quae tempora.* § *Ad haec sancimus.* (*Nov. 23. c. 2.*) — Sed et lis, quae speratur in consistorium principis inferri, absque damno morae maneat intacta, donec ipse faciat eam introduci et a proceribus secundum morem dirimi.

AUTHENT. *ut sponsalitia largitas.* § *Hoc quoque.* (*Nov. 119. c. 4.*) — Si, appellatione secuta, novissimo induciarum die aut pars utraque aut solus, qui appellatione usus est, occurrerit, et suam praesen-

los susodichos términos fatales. Mas el que hubiere apelado de árbitro delegado ó por un respetable juez ó por el presidente de la provincia, tenga ciertamente de dos meses el primer término fatal, y los otros tres á la manera que los antes dichos términos fatales.

§ 2.—También mandamos que respecto á la observancia de los términos fatales se guarde esto, que si acaso los términos acabaren de algún modo en días feriados, sean guardados como de término por los litigantes los días que les preceden. Pero si alguno hubiere perdido el término fatal contra lo que previenen las leyes, y esto se hubiere opuesto y probado en el primer lugar ó por el adversario presente, ó aun por el juez, si el apelante litiga solo, el apelante será considerado lo mismo que si no habiendo sido apremiado hubiere en cierto modo aceptado la sentencia.

Dada á 12 de las Calendas de Mayo, bajo el quinto consulado de VALENTINIANO, Augusto, y el de ANATOLIO. [440.]

AUTÉNTICA *de his, qui ingrediuntur ad appellat.* (*Nov. 49. pr. y c. 1.*) — Se concede al que apela un año, dentro del cual termine el litigio estando él solo ó juntamente con su adversario, y si mediare justa causa, concédasele otro año; transcurrido el cual sin haberse terminado el litigio, queda firme la sentencia. Dejando de instarlo el apelante, cuando de los dos años queda un solo mes, le es lícito á la parte victoriosa comparecer para que se busque al reo, á fin de que, hallado ó no, exponga él sus alegaciones, y ó se confirme ó se revoque la sentencia; debiendo ser condenado en todo caso en las costas el ausente conforme á la duración de los términos fatales. Mas no compareciendo ninguno, queda firme la sentencia después del segundo término fatal.

AUTÉNTICA *de appellationibus.* § *1.* (*Nov. 93. c. 1.*) — Pero si en medio de la cuestión, ó promovida ó no promovida ante el juez de la apelación, se eligieran algunos árbitros, y por esta razón transcurriera el bienio dentro del cual debe terminarse la apelación, y con cualquier ocasión volviera la causa al juez de la apelación, no se perjudique por el transcurso del tiempo, sino tramítese, y alcance término legal, aunque hubiere transcurrido diez mil veces más tiempo que el de un bienio, á no ser que el bienio hubiere transcurrido después que se hubiere abandonado el arbitraje.

AUTÉNTICA *de appellat. et intra quae tempora.* § *Ad haec sancimus.* (*Nov. 23. c. 2.*) — Pero también permanezca intacto sin el perjuicio de la mora el litigio que se espera sea introducido en el consistorio del príncipe, hasta que éste mismo haga que sea introducido, y dirimido según la costumbre por los próceres.

AUTÉNTICA *ut sponsalitia largitas.* § *Hoc quoque.* (*Nov. 119. c. 4.*) — Si, habiéndose interpuesto apelación, hubieren comparecido en el último día de los términos ambas partes, ó solo el que utilizó la

(1) arbitrium, *el ms. Bg.*
(2) *Los mms. Veron. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y la ed. Nbg.:* dies, *insertan las ed. Schf. Hal. y las demas.*
(3) quoque, *Sp. por errata.*
(4) ut, *inserta Sp.*
(5) *Los mms. Veron. Pl. 1. 2. Bg. Gt.:* dies—temporalis, *las ed.*
(6) Iun., *el ms. Veron, el cual concuerda con lo demás de la indicación de la fecha, que fué puesta por Russ. según el cod., y que falta en Hal. y en Cont. 62.*
(7) cum adversario, *omitenla los mms. Pl. 1. 2. Bg., y la ed. Schf.*
(8) *Desde esta palabra comienza la Auténtica en los mms. Pl. 1. Bg., y la ed. Schf.*
(9) triennium, *la ed. Nbg.*

Digitized by Google

tiam manifestaverit iudici futuro appellationis examinanti negotium, vèl eius consiliariis, aut his, qui lites intromittunt, et iudex in definitis diebus eum suscipere differat, nullum praeiudicium partibus aut uni earum ex hoc penitus volumus fieri, sed post hoc examinari appellationes huiusmodi et legitima sententia terminari.

apelación, y hubieren manifestado su presencia al que haya de ser el juez que examine el negocio de la apelación, ó á sus consejeros, ó á los que introducen los litigios, y el juez difiriese admitirlo en los días fijados, queremos que de esto no se le origine absolutamente ningún perjuicio á las partes, ó á una de ellas, sino que después de esto sean examinadas tales apelaciones y terminadas por legítima sentencia.

3. *Imp.* Iustinus (1) *A.* Appioni (2) *P. P.* (3)— Nemo arbitretur, in posterum licentiam futuram consultationibus (4) ultra statuti temporis vinvendi (5) spatia, neque per oblationem precum, neque per sacrum rescriptum super reparatione temporum indulgendum, neque sub praetextu quodam altero; sed omnibus incumbendum esse vigilanti diligentia, quo provocationes eorum intra statutum tempus introducantur, ita ut etiam gesta in iudicio, contra quod provocatum est, non prope finem temporis tradantur scrinio sacrarum epistolarum, ne praepediatur per astutias fatalis rei terminus (6), sed aut statim, postquam appellatum (7) sit, aut non minus, quam ante dimidiam partem temporis, praebeantur scrinio, ne, quod per angustias contingit temporum, tardus appellationis fautor (8) suo dispendio refutetur.

3. *El Emperador* Justino, *Augusto, á* Appion, *Prefecto del Pretorio.*—No crea nadie que en lo sucesivo haya de haber permiso para que las consultas vivan más allá del espacio de tiempo establecido, ni por presentación de súplicas, ni por sacro rescripto que se haya de conceder sobre reparación de los términos, ni bajo otro cualquier pretexto; sino que á todos les ha de incumbir vigilante diligencia, para que sus apelaciones sean introducidas dentro del tiempo establecido, de suerte que tampoco las actuaciones del juicio, contra que se apelo, sean entregadas cerca del fin del término á la secretaría de las sacras epístolas, á fin de que no se impida con astucias el término fatal del negocio, sino que, ó inmediatamente después que se haya apelado, ó por lo menos antes de la mitad del tiempo, sean entregadas á la secretaría, para que, según acontece por lo angustioso del término, no sea rechazado con perjuicio suyo el tardío formalizador de la apelación.

Dat. Kal. Decemb. Constantinop. Magno Cons. (9) [518.]

Dada en Constantinopla las Calendas de Diciembre, bajo el consulado de Magno. [518.]

4. *Idem A.* Tatiano (10), *Magistro officiorum.*— Per hanc divinam sanctionem decernimus, ut licentia quidem pateat in exercendis consultationibus tam appellatori quam adversae parti novis etiam assertionibus (11) utendi vel exceptionibus, quae non ad novum capitulum pertinent, sed ex illis oriuntur et illis coniunctae sunt, quae apud anteriorem iudicem noscuntur propositae. Sed et si qua dicta quidem allegatio monstrabitur vel instrumentum aliquod prolatum, probationes tamen illo quidem defuerunt (12) tempore, verum apud sacros cognitores sine procrastinatione praeberi poterunt (13), id quoque eos admittere, quo exercitatis iam negotiis pleniore subveniatur veritatis lumine.

4. *El mismo Augusto á* Taciano, *Maestre de los oficios.*—Mandamos por esta divina sanción, que al tramitarse las consultas tengan ciertamente expedita facultad tanto el apelante como la parte contraria para valerse también de nuevas afirmaciones ó excepciones, que no se refieran á un asunto nuevo, sino que se originen y sean conjuntas de las que se sabe que fueron propuestas ante el juez anterior. Pero también si se mostrare como dicha verdaderamente alguna alegación, ó como producido algún instrumento, pero en realidad hubieren faltado las pruebas en aquel tiempo, y se pudiere suministrar sin dilación ante los sacros juzgadores, admitanlo también éstos, á fin de que á los negocios ya tramitados se les favorezca con más clara luz de la verdad.

Dat. V. Kal. Iun. Constantinop. Rusticio Cons. (14) [520.]

Dada en Constantinopla á 5 de las Calendas de Junio, bajo el consulado de Rusticio. [520.]

5. *Imp.* Iustinianus (15) *A.* Triboniano, *Quaestori sacri palatii.* — Quum anterioribus legibus ex omni provincia ad hunc nostrum sacratissimum comitatum similis cursus ad appellationes exercendas impertitus est, necessarium nobis visum est huiusmodi spatiis iustum imponere libramentum. Sancimus itaque, si quidem ab Aegyptiaco vel Libyco limite, vel Orientali tractu usque ad utrasque

5. *El Emperador* Justiniano, *Augusto, á* Triboniano, *Cuestor del sacro palacio.*—Habiéndose dado en las anteriores leyes un término igual para formalizar las apelaciones, que de todas las provincias vienen á esta nuestra sacratísima corte, nos ha parecido necesario poner justa proporcionalidad para tales distancias. Así, pues, mandamos, que si de los confines de Egipto ó de Libia, ó de la región

(1) *Hal.;* Iustinianus, *Russ. y los demás:* Iust., *ó* Iustin., *suelen tener los códices.*
(2) Aponi, *los mms. Veron. Bg.*
(3) *La dignidad falta en las ed. Nbg. Hal.;* Pf., *el ms. Bg.*
(4) constitutionibus, *el ms. Veron.*
(5) utendi, *prefiere Leunclav. Notatt. II. 213.:* nocendi, *Russ. al márgen.*
(6) terminum, *el ms. Veron.*
(7) exappellatum, *debiéndose omitir acaso* sit, *el ms Veron.; pero probablemente se debe leer* est appellatum.
(8) favor, *el ms. Bg. en virtud de corrección posterior.*
(9) *Esta indicación de la fecha ha sido puesta según el ms. Veron.*
(10) Taciano, Ticiano, *algunos mms.*
(11) adstructionibus, *Russ. al márgen:* καιναῖς διχαιολογίαις, *las Bas.*
(12) *Los mms. Pl. 1. Bg. Gt., y las ed. Schf. Hal.;* defuerint, *los demás.*
(13) potuerunt, *los mms. Pl. 1. Bg., y las ed. Schf. Hal.;* potuerit, *el ms. Pl. 2.*
(14) D. V. K. iun. const. rusticio oss., *el ms. Veron.*
(15) Idem A., *Hal. y después los demás, pero contra los mms. Veron. Cas. Vat. Pl. 1. 2. Bg., y la ed. Nbg.*

Digitized by Google

Cilicias numerando, vel Armeniis, et (1) gentibus, et omni Illyrico causa fuerit more appellationum transmissa, primum semestre spatium in antiqua definitione permanere, et nihil penitus neque diminui neque accrescere. Sin autem ex aliis nostri imperii partibus, sive Asianae sive Ponticae (2) sive Thraciae (3) dioeceseos, lis provocatione suspensa in hanc regiam urbem perveniat, pro semestri (4) spatio trium (5) tantummodo mensium spatium eis indulgeri; aliis trium mensium spatiis, id est nonaginta (6) tribus diebus, simili modo sequentibus sive semestre (7) tempus sive tres priores menses, secundum locorum definitionem, quam designavimus. Sed et aliis tribus mensibus, qui ex reparatione ab aula concedi solent, in suo robore duraturis et prioribus accedentibus, ut partim annale numeretur, partim novem mensium spatium consequatur.

§ 1.—Et quum antea in fine cuiusque (8) temporis unus fatalis dies ex antiquis legibus constitutus esset, et (9) saepe eveniebat (quum multae sunt (10) occasiones mortales appellationum), vel aegritudine, vel spatii prolixitate, vel per alias causas, quas nec dici nec enumerari facile sit, eundem diem fatalem non observari (11), et lites exspirare, et huiusmodi luctuosis infelicitatibus patrimonia hominum titubare; propter hoc fortunae relevantes insidias sancimus, non in unum diem fatalem standum esse in posterum, sed, sive ante quartum diem fatalis luminis et ipsum fatalem, sive post quinque dies, ex quo ortus fatalis effluxerit, appellator venerit, et litem instituendam curaverit, et eam in competens iudicium deduxerit, legi videri satisfactum, nec (12) ingemiscat mortuae causae dispendio (13), sed nostro gaudeat beneficio, quum nobis cognitum sit, etiam ex errore calculi dierum, quem officium habuit, saepe esse causas periclitatas; quod in posterum non fieri ex remedio legis praesentis sperandum est. Eodem beneficio et in omnibus fatalibus aliis, qui vel (14) a pedaneis iudicibus vel ab aliis dantur (15), quos leges suis sanctionibus enumeraverunt, custodiendo seu observando, ut decem fatales (16) pro uno ubique instituantur.

§ 2.—In his autem casibus, in quibus biennium constitutum est, quatenus more consultationum in (17) regia urbe sub communi audientia florentissimorum (18) nostri palatii procerum ventilentur, biennii metas unius anni termino coarctamus, ut intra eum et gesta colligere, et ea viris devotis epistolaribus tradere, et refutatorios libellos, si voluerint, offerre, et litem in sacrum nostrum consistorium introducere cogantur; nulli (19) licentia

Oriental contándose hasta ambas Cilicias, ó de las Armenias, y pueblos, y de toda la Iliria se hubiere transmitido una causa en la forma acostumbrada en las apelaciones, subsista el primer término de un semestre según la antigua disposición, y no se le disminuya ni se le aumente absolutamente nada. Mas si el litigio suspenso por apelación llegara á esta regia ciudad de otras partes de nuestro imperio, ora de la diócesis de Asia, ora de la del Ponto, ora de la de Tracia, concédaseles en lugar del espacio de un semestre solamente el espacio de tres meses; siguiendo del mismo modo los otros espacios de tres meses, esto es, de noventa y tres días, ya sea al término de un semestre, ya sea á los tres meses anteriores, conforme á la determinación de lugares, que hemos señalado. Pero debiendo continuar en su vigor también los otros tres meses que por reparación se suelen conceder por la corte, y agregándose á los anteriores, de suerte que para unas partes se cuente el espacio de un año, y para otras consiga el de nueve meses.

§ 1.—Y como antes se había establecido por las antiguas leyes un día fatal al final de cada término, y con frecuencia acontecía, (pues son muchas las ocasiones de muerte en las apelaciones), que por enfermedad, ó por lo largo de la distancia, ó por otras causas, que no es facil decir ni enumerar, no se observaba el mismo término fatal, y fenecian los litigios, y por tales desgracias estaban inseguros los patrimonios de los individuos; por esta razón, librando de las acechanzas de la suerte, mandamos, que en lo sucesivo no se haya de estar á un solo dia fatal, sino que, si el apelante hubiere comparecido en los cuatro días anteriores al dia fatal, y en el mismo dia fatal, ó en los cinco días posteriores al en que hubiere transcurrido el término fatal, y hubiere cuidado de entablar el litigio, y lo hubiere presentado ante el tribunal competente, se considere que cumplió con la ley, y no se lamente por el quebranto de haber fenecido la causa, sino regocíjese con nuestro beneficio, pues nos es sabido que también por error en el cálculo de los días, que tuvieron los oficiales, peligraron muchas veces las causas; lo que es de esperar que por virtud del remedio de la presente ley no suceda en lo sucesivo. Debiéndose guardar ú observar el mismo beneficio también respecto á todos los demás días fatales, que se dan ó por los jueces pedáneos ó por otros, y que en sus sanciones enumeraron las leyes, de suerte que en todas partes se establezcan diez días fatales en lugar de uno.

§ 2.—Mas en los casos en que se estableció un bienio para que en la forma acostumbrada en las consultas se ventilen en esta regia ciudad en la audiencia común de los muy brillantes próceres de nuestro palacio, reducimos el límite del bienio al término de un solo año, de suerte que dentro de éste estén obligados á recoger las actuaciones, á entregarlas á los adictos varones secretarios de epistolas, á presentar, si quisieren, los escritos de

(1) *Los mms. Veron. Pl. 2. Gt., y la ed. Nbg.*: vel, *insertan los mms. Pl. 1. Bg., y las ed. Schf. Hal.; una y otra palabra, tanto* et, *como* vel, *omitenlas Russ. y los demás; pero cease la ley 5. C. I. 29.*
(2) Ponciacae, *el ms. Pl. 1.*; Pontianae, *la ed. Nbg.*: Pontiae, *Hal.*; Ποντικῆς, *las Bas.*
(3) Traicae, *el ms. Bg.*; Thracianae, *Hal. con la ed. Nbg.*; Θρακικῆς, *las Bas.*
(4) semestre (semenstre), *los mms. Pl. 1. 2. Bg.*
(5) duorum, *la ed. Schf.; pero las Bas.* τριῶν μηνῶν.
(6) et, *insertan las ed. Nbg. Hal. y después las demás.*
(7) impertiatur, *insertan las ed. Nbg. Hal. Russ. Cont. 62., pero contra todos los mms. de Russ. y los nuestros.*
(8) *Los mms. Pl. 2. Bg., y las ed. Nbg. Hal.*; cuiuscunque, *el ms. Pl. 1., las ed. Schf. Russ. y las demás.*
(9) et, *omitela el ms. Gt.*
(10) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf. Hal.* sint, *Russ. y los demás.*
(11) observare, *los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y la ed. Nbg.*
(12) ne, *los mms. Pl. 2. Bg. Gt.*
(13) dispendium, *los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y la ed. Nbg.*
(14) vel, *omitenla los mms. Pl. 1. 2. Bg.*
(15) dantur, *omitenla los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y la ed. Schf.*
(16) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y la ed. Nbg.*; dies, *insertan los demás.*
(17) hac, *inserta el ms. Gt.*
(18) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y la ed. Nbg.*; sacri, *insertan las demás ed.*
(19) nulla, *el ms. Gt.*

Digitized by Google

deneganda victrici parti, si voluerit, secundum quod iam constitutum est, et praemature causam inducere, neque annali spatio exspectato.

§ 3.—Si tamen in sacro nostro consistorio lis exordium ceperit, etiamsi non fuerit in eodem die completa, tamen perpetuari eam concedimus, quum iniquum sit, propter occupationes florentissimi ordinis, quas circa nostrae pietatis ministeria habere noscitur, causas hominum deperire.

§ 4.—Illud etiam merito addendum huic legi censemus, ut si quis fatali die apud appellationis iudicem introductus, sive ex una parte sive cognitionaliter causae appellationis imponat exordium, deinde relicta ea discedat, et in desidia reliquum tempus permaneat, et annale tempus post inchoatam litem praeterierit, victore neque sententiam ad effectum perducere valente propter litem iam inchoatam, neque iam terminum accipere inveniente, quum appellatoris absentia eam (1) finiri non facile concedit (2), huiusmodi iniquitatem amputantes (quum adversarius potest etiam minime praesente appellatore litem exercere, quia hoc speciale privilegium eius est, qui appellationi examinandae praesidet, posse (3) ex una parte causam dirimere) iubemus, eundem appellatorem, nisi observaverit iudicium et causam usque ad finem peregerit, sed (4) per eum steterit, quominus omnia litis certamina impleantur, appellatione defraudari, et sententiam contra eum latam in suo robore durare et ad effectum perduci, tanquam si ab initio minime fuerit provocatum; nisi ipse appellator evidentissime (5) probationibus possit intendere, se quidem, summa ope nisum, voluisse litem exercere, per iudicem autem stetisse, vel aliam inexorabilem causam subsecutam, propter quam hoc facere minime valuit. Tunc etenim aliud ei annale tempus indulgemus, quo effluente, et lite minime finem accipiente, cadere eum de appellatorio iuvamine disponimus, quum ei sit apertissima facultas et nostram adire maiestatem, et tarditatem iudicis in querelam deducere, et nostro beneficio perpotiri.

§ 5.—Cui consentaneum est, ut et in sententiis omnium amplissimorum praefectorum praetorio ex divino oraculo retractandis eadem observatio, quae supra dicta est, post ingressum unius vel utriusque partis tam propter absentiam personarum, quam propter statuta tempora teneat.

§ 6.—Sin autem partes inter se scriptura interveniente paciscendum esse crediderint, nemini parti licere ad provocationis auxilium pervenire vel ullum fatale (6) observare, eorum pactionem firmam esse censemus. Legum etenim austeritatem (7) in hoc casu volumus pactis litigantium mitigari.

Dat. XV. Kal. Decemb. Chalcedone, Decio V. C. Cons. (8) [529.]

refutación, y á introducir el litigio en nuestro sacro consistorio; no debiéndosele denegar á ninguna parte victoriosa licencia para presentar, si quisiere, según lo que ya se estableció, antes la causa, sin haber esperado el espacio del año.

§ 3.—Mas si el litigio hubiere comenzado en nuestro sacro consistorio, concedemos que, aunque no se hubiere terminado en el mismo día, aquel, sin embargo, se perpetúe, porque sería injusto que se perdieran los negocios de los particulares por las ocupaciones del muy brillante cuerpo, que es sabido tiene respecto á los servicios de nuestra piedad.

§ 4.—Con razón creemos que también se debe añadir á esta ley, que si introducido alguno en el día fatal ante el juez de la apelación, ora éste dé comienzo á la causa de la apelación á instancia de una parte, ora en forma de conocimiento entre ambas, se ausentase después dejándola abandonada, y permaneciera el restante tiempo en la inacción, y hubiere transcurrido después de incoado el litigio el término de un año, no pudiendo el vencedor llevar á efecto la sentencia por haberse ya incoado el litigio, ni hallando que éste alcance ya término, porque la ausencia del apelante no consiente fácilmente que se acabe, estirpando nosotros tal iniquidad, (porque el adversario puede instar el litigio aun sin estar presente el apelante, pues es privilegio especial del que preside al exámen de una apelación, que pueda dirimir la causa por instancia de una sola parte), mandamos que el mismo apelante sea privado de la apelación, si no hubiere continuado el juicio y proseguido la causa hasta el fin, sino que en él hubiere consistido que no se verifiquen todos los debates del litigio, y que subsista en su vigor y sea llevada á efecto la sentencia proferida contra él, como si desde un principio no se hubiere apelado; á no ser que el mismo apelante pueda demostrar evidentísimamente con pruebas, que él ciertamente, esforzandose con sumo empeño, quiso instar el litigio, pero que consistió en el juez, ó en otra causa inevitable que sobrevino, que de ninguna manera haya podido hacerlo. Porque en este caso le concedemos otro término de un año, transcurrido el cual y no habiendo alcanzado fin el litigio, disponemos que él decaiga del recurso de la apelación, pues tiene muy expedita facultad para dirigirse á nuestra majestad, deducir querella por la tardanza del juez, y disfrutar de nuestro beneficio.

§ 5.—A lo cual es consiguiente, que también respecto á las sentencias de todos los muy magníficos prefectos del pretorio, que se hayan de revocar por divino oráculo, esté en vigor la misma observancia, que arriba se ha dicho, después del ingreso de una ó de ambas partes, tanto por razón de la ausencia de las personas, como por causa de los términos establecidos.

§ 6.—Mas si las partes hubieren creído haber de pactar, mediando escritura entre ellas, que á ninguna de las partes le fuera lícito acudir al recurso de la apelación ó guardar término alguno fatal, mandamos que sea firme el pacto de estas cosas. Porque queremos que en este caso se mitigue la austeridad de las leyes por los pactos de los litigantes.

Dada en Calcedonia á 15 de las Calendas de Diciembre, bajo el quinto consulado de Decio, varón esclarecido. [529.]

(1) **ea**, *el ms. Pl. 2.*
(2) **concedat**, *las ed. Nbg. Hal. y despues las demás, contra nuestros cód.*
(3) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y la ed. Schf.;* **et**, *insertan las ed. Nbg. Hal. y las demás.*
(4) *Los mms. Pl 1. 2. Bg. Gt.;* **si**, *la ed. Schf.;* **sed et si**, *las ed. Nbg. Hal. y las demás.*
(5) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., todos los mms. de Russ., y la ed. Schf.;* **evidentissimis**, *las ed. Nbg. Hal. y las demás.*
(6) **fatalem**, *los mms. Pl. 1. 2.*
(7) **auctoritatem**, *el ms. Pl. 1., y Cuyacio.*
(8) *La indicación de la fecha, que fué puesta según un cód., falta en Hal. Cont. 62.*

Digitized by Google

TIT. LXIV

QUANDO PROVOCARE NECESSE (1) NON EST

1. *Imp.* ALEXANDER *A.* APOLLINARI (2) *et aliis.*—Latam (3) sententiam dicitis, quam ideo vires non habere contenditis, quod contra res prius iudicatas, a quibus provocatum non est, lata sit. Cuius rei probationem si promtam habetis (4), etiam citra provocationis adminiculum quod ita pronuntiatum est sententiae auctoritatem non obtinebit.

PP. VIII. Kal. April. ALEXANDRO A. Conss. (5) [222.]

2. *Idem A.* CAPITONI (6). — Si, quum inter te et aviam defuncti quaestio de successione esset iudex datus a praeside provinciae pronuntiavit, potuisse defunctum et (7) minorem quatuordecim anni, testamèntum facere, ac per hoc aviam potiorem esse sententiam eius contra tam manifesti iuris formam datam nullas habere vires palam est, et ideo in hac specie nec provocationis auxilium necessarium fuit. Quodsi, quum de aetate quaereretur, implesse defunctum quartum decimum annum, ac per hoc iure factum testamentum pronuntiavit, nec provocasti, aut post appellationis (8) impletam causam destitisti, rem iudicatam retractare non debes.

3. *Imp.* GORDIANUS *A.* INGENUO. — Si, ut proponis, suspensa apud amplissimos iudices cognitione provocationis, quam te ob id interposuisse dicis, quod decurio nominatus esses, ad duumviratum vocatus es, manifestum est, praeiudicium futurae notioni memoratorum iudicum fieri non potuisse.

4. *Impp.* VALERIANUS *et* GALLIENUS *AA. et* VALERIANUS *Nob.* (9) *C.* IULIANO.—Quum magistratus datos iudices, et unum ex his pronuntiasse proponas, non videtur appellandi necessitas fuisse, quum sententia iure non teneat.

5. *Imppp.* CARUS, CARINUS *et* NUMERIANUS *AAA.* DOMITIANO.—Certa ratione et fine mulctare praesides possunt. Quodsi aliter et contra legis (10) statutum modum provinciae praeses mulctam vobis irrogaverit, dubium non est, id, quod contra ius gestum videtur, firmitatem non tenere et sine appellatione posse rescindi.

PP. Id. Ian. CARO et CARINO Conss. (11) [283.]

6. *Iidem AAA.* GERMANO. — Quum non eo die, quo praeses provinciae praecepit, iudex ab eodem datus pronuntiaverit, sed ductis diebus alieniore tempore sententiam dedisse proponatur, ne ambages frustra interpositae provocationis ulterius negotium protrahant, praeses provinciae, superstiti-

(1) non est necesse, *las ed. Nbg. Hal. y después las demás; pero el orden de las palabras se apoya en los mms. Pist. Cas. Vat. Pl. 1. Bg., y la ed. Schf.*
(2) Apollinario, *los más de los mms.*
(3) Datam, *los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf.*
(4) haberetis, *el ms. Pl. 1., y la ed. Nbg.*
(5) *Hal. omite la indicación de la fecha.*
(6) *Los mms. Cas. Vat. Pl. 1., y S. Peras.;* Capioni, *el ms. Bg.;* Capitanels, *las ed.*
(7) *Los mms. Pl. 1. Bg., y las ed. Nbg. Schf. Hal.;* etiam, *las demás.*

TÍTULO LXIV

DE CUÁNDO NO ES NECESARIO APELAR

1. *El Emperador* ALEJANDRO, *Augusto, á* APOLINAR *y á otros.*—Decís que se profirió una sentencia, que sostenéis que no tiene fuerza, porque fué dada contra cosas antes juzgadas, de las cuales no se apeló. Si tenéis pronta la prueba de esto, aun sin el recurso de la apelación no obtendrá la autoridad de sentencia lo que así se pronunció.

Publicada á 8 de las Calendas de Abril, bajo el consulado de ALEJANDRO, Augusto. [222.]

2. *El mismo Augusto á* CAPITON. — Si, habiendo entre tí y la abuela del difunto cuestión sobre la sucesión, el juez nombrado por el presidente de la provincia declaró que pudo el difunto, aun siendo menor de catorce años, hacer testamento, y que por virtud de éste era preferida la abuela, es notorio que su sentencia dada contra la decisión de un derecho tan evidente no tiene ninguna fuerza, y por lo tanto en este caso ni aun fué necesario el recurso de la apelación. Pero si, cuestionándose sobre la edad, declaró que el difunto habia cumplido los catorce años, y que por esto fué hecho legalmente el testamento, y no apelaste, ó desististe después de formalizada la causa de la apelación, no debes volver á discutir la cosa juzgada.

3. *El Emperador* GORDIANO, *Augusto, á* INGÉNUO. —Si, como expones, estando suspenso ante los muy magníficos jueces el conocimiento de la apelación, que dices que interpusiste porque habías sido nombrado decurión, fuiste llamado al duunvirato, es evidente que no se pudo causar prejuicio para el futuro conocimiento de los mencionados jueces.

4. *Los Emperadores* VALERIANO *y* GALIENO, *Augustos, y* VALERIANO, *Noble César, á* JULIÁN.—Puesto que expones que los magistrados fueron nombrados jueces, y que falló uno solo de éstos, no parece que hubo necesidad de apelar, porque la sentencia no tiene validez en derecho.

5. *Los Emperadores* CARO, CARINO *y* NUMERIANO, *Augustos, á* DOMICIANO. — Los presidentes pueden multar con cierta cuenta y fin. Pero si de otro modo y contra la cuantía establecida en la ley os hubiere impuesto una multa el presidente de la provincia, no es dudoso que lo que parece hecho contra derecho no tiene validez y puede ser revocado sin necesidad de apelación.

Publicada los Idus de Enero, bajo el consulado de CARO y de CARINO. [283.]

6. *Los mismos Augustos á* GERMANO. — Puesto que en el término que preceptuó el presidente de la provincia no falló el juez nombrado por él, sino que se expone que transcurridos días dió su sentencia fuera de término, á fin de que las complicaciones de una apelación inútilmente interpuesta no

(8) appellationem, *los mms. Bg. Gt., y la ed. Nbg., pero contra los mms. Pl. 1. 2.; Russ., en todos cuyos mms. se lee* appellationem, *prefiere esta lectura, y luego, más adelante,* destituisti.
(9) *Los mms. Cas. Vat. Pl. 1.;* Nob., *omiten la los demás.*
(10) lege, *el ms. Pl. 1.*
(11) *Esta indicación de la fecha ha sido puesta por Russ. según un cód., la cual falta en Hal. Cont. 62.;* Caro A. II. et Carino C. Conss., *Bk.*

Digitized by Google

tiosa appellatione submota, ex integro inter vos cognoscet.

7. *Impp.* DIOCLETIANUS *et* MAXIMIANUS *AA.* (1) NICAGORAE (2).—Venales sententias, quae in mercedem (3) a corruptis iudicibus proferuntur, et (4) citra interpositae provocationis auxilium iam pridem a divis principibus infirmas (5) esse decretum est.

8. *Iidem AA.* CONSTANTINO (6).—Si pater tuus, quum decurio creareris, non consensit, et quindecim annos (7) aetatis agis, aditus praeses provinciae, si inhabilem te ad eundem (8) decurionatus honorem esse perspexerit, quando huiusmodi aetati etiam praetermissa appellatione subveniatur, iniquam nominationem removebit.

9. *Iidem AA. et CC.* RUFINO (9). — Veteranis, qui in legione vel vexillatione militantes post vicesima stipendia honestam vel causariam missionem consecuti sunt, onerum et (10) munerum personalium vacationem concessimus. Huiusmodi (11) autem indulgentiae nostrae tenore remunerantes fidam devotionem militum nostrorum, etiam provocandi necessitatem remisimus.

10. *Imp.* IUSTINIANUS *A.* MENNAE *P. P.*—Omnem honorem salvum iudicibus reservantes, si quando una pars, quasi laesa per definitivam eorum sententiam, provocatione usa fuerit, interdicimus alteri parti, quae vicit, pro hoc tantummodo, quod nihil capere pro sumtibus litis vel (12) detrimentis vel minus, quam oportuerat, iussa est, provocationem offerre, quum ipse (13) decisionem litis recte factam esse confiteatur; iudicibus scilicet, sive florentissimis proceribus sacri nostri palatii, sive his, quibus pro minore litium aestimatione consultationes delegantur, si perspexerint adiuvandum esse victorem sumtuum perceptione, etiam sine provocatione eius hoc statuentibus, et iustam eorundem sumtuum quantitatem definientibus.

§ 1.—Sed nec occasione consultationis introducendae victori provocare concedimus, quum et priscis legibus liceat ei et sine provocationis auxilio eandem consultationem differente suo adversario introducere, et nos ei nihilo minus hoc permittimus, iniuriam ex supervacua provocatione iudicibus fieri prohibentes.

Dat. VIII. (14) Id. April. Constantinop. DECIO V. C. Cons. (15) [529.]

(1) et CC., *ingertan los mms. Pl. 1. Vat.*
(2) Nicanori, *algunos mms.*
(3) pro mercede, *Russ. al márgen; pero εἰς μισθόν, las Bas.*
(4) *Los mms. Pl. 1. 2. Gt., y las ed. Nbg. Hal.:* etiam, *los demás.*
(5) infirmatas, *los mms. Pl. 1. Bg., y la ed. Schf.: pero ἀδυνάτους εἶναι, las Bas.*
(6) Constantio, *algunos mms.*
(7) *Los mms. Pl. 1. 2. Gt., el ms. Bg. según corrección, y las ed. Nbg. Schf. Hal.;* et quintum decimum annum, *Russ. y los demás.*
(8) ad obeundum, *Cuyacio, según los libros mejor corregidos.*

alarguen más el negocio, conocerá de nuevo entre vosotros el presidente de la provincia, siendo rechazada la recelosa apelación.

7. *Los Emperadores* DIOCLECIANO *y* MAXIMIANO, *Augustos, á* NICAGORA. — Ya hace tiempo que por los divinos príncipes se decretó, que las sentencias venales, que por favor se profieren por jueces corrompidos, son nulas aun sin el auxilio de la apelación interpuesta.

8. *Los mismos Augustos á* CONSTANTINO. — Si cuando hubieres sido nombrado decurión tu padre no lo consintió, y tienes quince años de edad, el presidente de la provincia, á quien se hubiere recurrido, si viere que eres inhábil para el mismo honor del decurionato, revocará el injusto nombramiento, porque á tal edad se la auxilia aun habiéndose prescindido de la apelación.

9. *Los mismos Augustos y Césares á* RUFINO. — A los veteranos, que, militando en una legión ó en un cuerpo de caballería, alcanzaron después de veinte años de servicio licencia honrosa ó por inválidos, les concedemos exención de cargas y de cargos personales. Al remunerar con tal disposición de nuestra indulgencia la fiel adhesión de nuestros soldados, les dispensamos también la necesidad de apelar.

10. *El Emperador* JUSTINIANO, *Augusto, á* MENNA, *Prefecto del Pretorio.*— Reservándoles salvo á los jueces todo honor, cuando una de las partes hubiere utilizado la apelación, como lesionada por la sentencia definitiva de aquellos, le prohibimos á la otra parte, que venció, presentar apelación solamente por esto, porque se mandó que por costas del litigio ó por perjuicios no percibiera nada ó percibiera menos de lo que habría sido conveniente, puesto que él mismo confiesa que estuvo bien hecha la decisión del litigio; pero, á la verdad, si los jueces, ora sean muy brillantes próceres de nuestro sacro palacio, ora aquellos á quienes por la menor cuantía de los litigios se delegan las consultas, vieren que la parte victoriosa debe ser favorecida con el cobro de las costas, lo decidirán aun sin apelación, y determinarán la cantidad justa de las mismas costas.

§ 1.—Pero ni aun con ocasión de la consulta que se haya de presentar le concedemos á la parte victoriosa que apele, porque también por las antiguas leyes le es lícito, aun sin el auxilio de la apelación, presentar la misma consulta cuando lo difiere su adversario, y nosotros igualmente se lo permitimos, prohibiendo que con una supérflua apelación se haga una ofensa á los jueces.

Dada en Constantinopla á 8 de los Idus de Abril, bajo el consulado de DECIO, varón esclarecido. [529.]

(9) Rufinae, *Hal. y después los demás, contra los mms. Cas. Vat. Pl. 1. Bg. y S. Perus.*
(10) *Los mms. Pl. 1. 2. Gt., y las ed. Schf. Nbg. Hal. Russ. Cont.:* vel, *el ms. Bg., Char. y los demás.*
(11) Huius, *los mms. Pl. 1. 2. Bg.*
(12) et, *el ms. Gt., y las ed. Nbg. Hal. Bk.*
(13) *Los mms. Pl. 1. 2. Gt., y tó los los mms. de Russ.;* cum et ipse, *el ms. Pl. 2., y la ed. Schf.;* cum et ipsa, *las ed. Nbg. Hal. y las demás.*
(14) *Russ. Cont. 66. 76.:* VII., *los demás.*
(15) *El lugar y el consul, que omiten Hal. Cont. 62., fueron puestos por Russ. al margen según un cod.*

Digitized by Google

TIT. LXV

QUORUM APPELLATIONES NON RECIPIUNTUR (1)

1. *Imp.* ANTONINUS *A.* SABINO. — Eius, qui per contumaciam absens, quum ad agendam causam vocatus esset, condemnatus est, negotio prius summatim perscrutato, appellatio recipi non potest.

PP. Non. Iul. ANTONINO A. IV. et BALBINO (2) Conss. [213.]

2. *Impp.* CONSTANTIUS *et* CONSTANS *AA.* (3) *ad* HIEROCLEM, *Consularem Syriae Coeles* (4). — Observare curabis, ne quis homicidarum, veneficorum, maleficorum, adulterorum itemque eorum, qui manifestam violentiam commiserunt (5), argumentis (6) convictus, testibus superatus, voce etiam propria vitium scelusque confessus audiatur appellans. Sicut enim hoc (7) observari disposuimus, ita aequum est (8) testibus productis, instrumentis (9) prolatis, aliisque argumentis praestitis, si sententia contra eum lata sit, et ipse, qui condemnatus est, aut minime voce sua confessus sit, aut formidine tormentorum territus (10) contra se aliquid dixerit, provocandi licentiam ei non denegari (11).

Dat. V. Id. Decemb. LEONTIO et SALLUSTIO Conss. (12) [344.]

3. *Impp.* VALENTINIANUS *et* VALENS *AA. ad* MODESTUM *P. P.*—Nulli officialium a sententia proprii iudicis provocatio tribuatur, nisi in eo tantum negotio, quod ratione civili, super patrimonio forte (13), apud proprium iudicem inchoaverit, scilicet ut in eo tantum negotio a sententia eius, cui paret iudici (14), quisquis velit officialis appellet, quod per procuratorem (15) persequi iure tribuitur.

Dat. IV. Id. Iun. Cyzico (16), VALENTINIANO et VALENTE AA. (17) Conss. [365.]

4. *Imppp.* VALENTINIANUS, VALENS *et* (18) GRATIANUS *AAA. ad* OLYBRIUM *P. U.* — Abstinendum prorsus (19) appellatione sancimus, quoties fiscalis calculi satisfactio postulatur, aut tributariae functionis solemne munus exposcitur, aut publici vel etiam privati, dummodo evidentis atque convicti redhibitio debiti flagitatur, ut (20) necessario in contumacem vigor iudiciarius excitetur.

PP. Romae, XV. Kal. Septemb. VALENTINIANO et VALENTE II. AA. Conss. (21) [368.]

(1) recipiantur, *los mms. Pist. Cas. Bg., y S. Perus.*
(2) II., *inserta Bk.; Hal. omite la indicación de la fecha.*
(3) Imp. Constantinus A., *Hal.; también mencionan un solo emperador los mms. Pist. Cas. Vat. Pl. 1. 2. Bg., la ed. Nbg., y S. Perus.*
(4) ad Catulinum, *omitiendo Hal. lo demás, acaso según la ley 6. C. IX. 12.; también en los mms. Pist. Cas. Vat. Bg. falta la dignidad; pero que no fué omitida en el Cód. lo prueba el ms. Pl. 1., en el que se lee* adderio [o adclerio] cl.
(5) adulterorum itemque raptorum, *el C. Theod.*
(6) argumento, *el C. Theod., el cual también después dice* teste.
(7) ita, *insertan los mms. Pl. 1. Bg., la ed. Nbg., y todos los mms. de Russ.*
(8) ut, *insertan las ed. Nbg. Hal.*
(9) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., y las ed. Nbg. Hal.;* instrumentisque, *las ed. Schf. Russ. y las demás.*
(10) tentus [temptus], *los mms. Pl. 1. Bg.*
(11) denegamus, *los mms. Pl. 1. 2. Gt., y las ed. Nbg. Schf.;* denegemus, *Hal.*

TÍTULO LXV

DE AQUELLOS CUYAS APELACIONES NO SE ADMITEN

1. *El Emperador* ANTONINO, *Augusto, á* SABINO. —No se puede admitir la apelación del que estando ausente por contumacia, habiendo sido llamado para defender su causa, fué condenado, habiéndose examinado antes sumariamente el negocio.

Publicada las Nonas de Julio, bajo el cuarto consulado de ANTONINO, Augusto, y el de BALBINO. [213.]

2. *Los Emperadores* CONSTANCIO *y* CONSTANTE, *Augustos, á* HIEROCLE, *Consular de la Siria Feliz.* —Deberás cuidar de que estando convicto por las pruebas, y vencido por los testigos, y habiendo confesado también de propia voz su delito y crimen, no sea oido, apelando, ningún homicida, envenenador, autor de maleficios, adúltero, ni tampoco los que cometieron manifiesta violencia. Porque así como hemos dispuesto que se observe esto, así también es justo, que, si habiéndose presentado testigos, exhibido documentos, y suministrado otras pruebas, se hubiera proferido contra él la sentencia, y el mismo que fué condenado, ó no hubiere confesado de viva voz, ó aterrado por el miedo á los tormentos hubiere dicho algo contra sí propio, no se le deniegue permiso para apelar.

Dada á 5 de los Idus de Diciembre, bajo el consulado de LEONCIO y de SALUSTIO. [344.]

3. *Los Emperadores* VALENTINIANO *y* VALENTE, *Augustos, á* MODESTO, *Prefecto del Pretorio.*—A ningún oficial se le conceda apelación de sentencia de su propio juez, á no ser únicamente en negocio que por motivo civil, acaso sobre un patrimonio, hubiere incoado ante el propio juez, de suerte que solamente en este negocio apele el oficial que quiera de la sentencia de aquel á quien obedece como á juez, cuyo negocio se le concede que lo prosiga en derecho por medio de procurador.

Dada en Cízico á 4 de los Idus de Enero, bajo el consulado de VALENTINIANO y de VALENTE, Augustos. [365.]

4. *Los Emperadores* VALENTINIANO, VALENTE *y* GRACIANO, *Augustos, á* OLIBRIO, *Prefecto de la Ciudad.*—Mandamos que en absoluto se haya de prescindir de la apelación cuando se pide el pago de una cuenta fiscal, ó se reclama la solemne carga de una función tributaria, ó de una deuda pública ó aun privada, siempre que se exige el pago de una deuda evidente y de la que se está convicto, de suerte que necesariamente se excite el vigor judicial contra el contumaz.

Publicada en Roma á 15 de las Calendas de Septiembre, bajo el consulado de VALENTINIANO y el segundo de VALENTE, Augustos. [368.]

(12) *Hal. omite la indicación de la fecha.*
(13) forsitan, *el C. Theod.*
(14) *Los mms. Pl. 1. Bg., y el C. Theod.;* iudicis, *los demás.*
(15) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., las ed. Nbg. Schf., y el C. Theod.;* etiam, *insertan Hal. y los demás.*
(16) *El C. Theod.;* Syzico, *Russ.;* Cyzici, *Cont. y los demás.*
(17) *Jac. Godofr. añade* III., *de modo que la constitución pertenecería al año 370.*
(18) Iidem AA. et, *concordarla mejor con los mms. Cas Pl. 1.*
(19) *Los mms. Bg. Pl. 1., y el C. Theod.;* ab, *insertan el ms. Pl. 2., y las ed.*
(20) *Los mms. Pl. 2. Bg., las ed. Nbg. Schf. Russ. y después las demás, y el C. Theod.;* aut, *Hal.; una y otra palabra, tanto* ut, *como* aut, *faltan en el ms. Pl. 1. y en todos los mms. de Russ.*
(21) *Hal. omite la indicación de la fecha.*

Digitized by Google

[4. *B. Iidem AAA. ad* CLAUDIUM *P. P.*—Si clericus ante definitivam sententiam frustratoriae dilationis causa ad appellationis auxilium convolaverit, mulctam quinquaginta librarum argenti, quam contra huiusmodi appellatores sanctio generalis imponit, cogatur expendere. Hanc autem non fisco nostro volumus accedere, sed pauperibus fideliter erogari.

Dat. VIII. Id. Iul. VALENTINIANO N. P. et VICTORE Conss. [369.] (1)]

[4. *B. Los mismos Augustos á* CLAUDIO, *Prefecto del Pretorio.*—Si antes de la sentencia definitiva hubiere acudido un clérigo al recurso de la apelación por causa de dilación que la frustre, sea obligado á pagar la multa de cincuenta libras de plata, que contra tales apelantes impone la ley general. Mas no queremos que esta multa se aplique á nuestro fisco, sino que sea empleada fielmente en provecho de los pobres.

Dada á 8 de los Idus de Julio, bajo el consulado del noble joven VALENTINIANO y de VÍCTOR. [369.]]

5. *Imppp.* VALENS, GRATIANUS *et* VALENTINIANUS *AAA. ad* THALASSIUM, *Proconsulem Africae.* — Ab exsecutione appellari non posse, satis et iure et constitutionibus cautum est (2), nisi forte exsecutor sententiae modum iudicationis excedat. A quo si fuerit appellatum, exsecutione suspensa decernendum putamus, ut, si res mobilis est, ad quam restituendam exsecutoris opera fuerit indulta, appellatione suscepta possessori res eadem detrahatur (3) et idoneo (4) collocetur, reddenda ei parti, pro qua sacer cognitor iudicaverit. Quodsi de possessione vel de (5) fundis exsecutio concessa erit (6), et eam suspenderit provocatio, fructus omnes, qui tempore interpositae provocationis capti vel postea nati erunt, in deposito collocentur, iure fundi (7) penes eum, qui appellaverit, constituto. Sciant autem se (8) provocatores vel ab exsecutione appellantes vel ab articulo (9), si eos perperam intentionem cognitoris suspendisse claruerit, quinquaginta librarum argenti animadversione mulctandos.

Dat. III. Kal. Febr. Treviris, VALENTE VI. et VALENTINIANO II. AA. Conss. (10) [378.]

5. *Los Emperadores* VALENTE, GRACIANO *y* VALENTINIANO, *Augustos, á* TALASIO, *Procónsul de Africa.*—Bastantes veces se dispuso en las leyes y en las constituciones, que no se puede apelar de la ejecución, á no ser que acaso el ejecutor de la sentencia se exceda de la cuantía de lo juzgado. Si de esto se hubiere apelado, juzgamos que, suspendiéndose la ejecución, se debe determinar, que, si es cosa mueble aquella para cuya restitución se hubiere concedido la acción del ejecutor, se le quite la misma cosa, admitida la apelación, al poseedor, y sea colocada en lugar conveniente, para ser entregada á la parte á cuyo favor hubiere fallado el sacro juzgador. Pero si la ejecución hubiere sido concedida sobre la posesión ó sobre fundos, y la hubiere suspendido la apelación, pónganse en depósito todos los frutos que hubieren sido recogidos al tiempo de interponerse la apelación, ó que después nacieren, quedando constituido el derecho del fundo en poder del que hubiere apelado. Mas sepan los apelantes, que si apareciere claro que apelando, ó de la ejecución ó de la sentencia, suspendieron malamente la voluntad del juzgador, habrán de ser castigados con la multa de cincuenta libras de plata.

Dada en Tréveris á 3 de las Calendas de Febrero, bajo el sexto consulado de VALENTE y el segundo de VALENTINIANO, Augustos. [378.]

6. *Imppp.* GRATIANUS, VALENTINIANUS *et* THEODOSIUS *AAA. ad* HYPATIUM *P. U.*— Quisquis, ne voluntas defuncti (11) testamento scripta reseretur, vel ne hi, quos scriptos patuerit (12) heredes, in possessionem mittantur (13), ausus fuerit provocare, interpositamque appellationem is (14), cuius de ea re notio erit, recipiendam esse crediderit, viginti librarum argenti (15) mulcta et litigatorem, qui tam importune appellaverit, et iudicem, qui tam ignave (16) conniventiam adhibuerit, involvat.

Datum Non. April. (17) Treviris (18), AUSONIO (19) et OLYBRIO Conss. [379.]

6. *Los Emperadores* GRACIANO, VALENTINIANO *y* TEODOSIO, *Augustos, á* HIPACIO, *Prefecto del Pretorio.*—Si uno se hubiere atrevido á apelar para que no se publique la voluntad de un difunto escrita en un testamento, ó para que no sean puestos en posesión los que fuere patente que habian sido instituido herederos, y si aquel, á quien correspondiere el conocimiento de este asunto, hubiere creido que debia ser admitida la apelación interpuesta, comprenda una multa de veinte libras de plata así al litigante que tan inoportunamente hubiere apelado, como al juez que tan torpemente le hubiere prestado su connivencia.

Dada en Tréveris las Nonas de Abril, bajo el consulado de AUSONIO y de OLIBRIO. [379.]

---

(1) *Esta ley, que se halla repetida aquí, es la 2. C. de episcop. aud. I. 4.*

(2) **ita ut appellantem etiam nostris sanctionibus statuta mulcta compescat,** *inserta el C. Theod., cuya adición concuerda con las Bas.*

(3) **retrahatur,** *los mms. Pl. 1. 2. Bg., todos los de Russ., y las ed. Nbg. Hal.*

(4) *Los mms. Pl. 1. Bg., la ed. Nbg., y el C. Theod.;* **et idoneo,** *el ms. Pl. 2., y la ed. Schf.;* **et loco idoneo,** *el ms. Gt.;* **et sequestro idoneo,** *Hal. y los demás; pero* **sequestro,** *falta en todos los libros de Russardo y está excluída en las Bas., que dicen:* καὶ ἐπιτηδείως ἀποτεθῇ.

(5) **de,** *omítela el C. Theod.*

(6) *El C. Theod., y Bk., y esta lectura requieren las Bas., en las que se lee:* ἐκβιβασμὸς ἀποδοθῇ; **cessaverit,** *nuestros mms. y las demás ed.*

(7) **vel,** *inserta el C. Theod.*

(8) **se,** *la ponen despues de* **provocatores** *las ed. Schf. Russ. y despues las demás, contra los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., las ed. Nbg. Hal., el C. Theod. y las Bas.*

(9) *Las Bas traducen* κατὰ διαλαλιάς *[de sentencia interlocutoria]. Pero el C. Theod. añade:* **ex his duntaxat causis, ex quibus recipi iussimus provocationem.**

(10) *Hal. omite la indicación de la fecha.*

(11) **diem functi,** *el C. Theod.*

(12) **paruerit,** *el ms. Pl. 1.*

(13) **heredes edicti per divum Hadrianum conditi beneficium consequantur,** *el C. Theod.*

(14) **is,** *omítela el C. Theod.*

(15) *Los mms. Pl. 1. 2. Gt., las ed. Schf. Russ. y después las demás:* **auri,** *el ms. Bg., las ed. Nbg. Hal., y el C. Theod.; pero* ἀργυρίου, *las Bas.*

(16) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt.;* **ignavem,** *las ed. Nbg. Schf.:* **ignavam,** *Russ. y los demás.*

(17) **Aug.,** *Jac. Godofr.*

(18) **Triverio,** *el ms. Pist., el cual concuerda con lo demás de la indicación de la fecha.*

(19) **X.,** *añaden Russ. Cont. Char. Pac.*

Digitized by Google

7. *Iidem AA.* (1) *et* ARCADIUS *A.* (2) *ad* PELAGIUM, *Comitem rerum privatarum.* — Ante (3) sententiae tempus et ordinem eventus nec a discussore nec a rationali appellare (4) liceat.

Dat. XV. Kal. Mart. Mediolano, ARCADIO A. I. et BAUTONE Conss. (5) [385.]

8. *Impp.* ARCADIUS *et* HONORIUS *AA.* APOLLODORO, *Comiti rerum privatarum.*—Et publicarum necessitatum et privati aerarii (6) deposcit utilitas, ne commoda, quae domui nostrae debentur, callidis debitorum artibus differantur. Quamobrem eorum appellatione reiecta, qui aperte manifesteque convicti sunt, hoc observari praecepti huius auctoritate censemus, ut ei, quem constiterit esse publicum debitorem, appellationis beneficium denegetur.

Dat. IV. (7) Id. August. Mediolano, ARCADIO IV. et HONORIO III. AA. Conss. (8) [396.]

TIT. LXVI

SI PENDENTE APPELLATIONE MORS INTERVENERIT

1. *Imp.* ALEXANDER *A.* IULIANO. — Etiam post mortem eius, qui appellavit, necesse est heredibus eius vel reddere (9) causas (10) provocationis, vel statutis acquiescere.

PP. VI. Kal. Nov. (11) ALEXANDRO A. (12) Cons. [222.]

2. *Idem A.* MARCELLINAE. — Eius, qui requirendus annotatus appellaverit (13) et ante actam causam mortuus est, bona ad successorem pertinere, parentibus meis placuit.

PP. III. Non. Decemb. ALEXANDRO (14) Cons. [222.]

3. *Idem A.* ULPIO. — Si is, qui ademtis (15) bonis in exsilium datus est (16), appellaverit, ac pendente provocatione defunctus est, quamvis crimen in persona (17) eius evanuerit, tamen causam bonorum agi oportet. Nam multum interest, utrum capitalis poena irrogata bona quoque reo (18) adimat, quo casu, morte eius exstincto crimine, nulla quaestio superesse potest, an vero non ex damnatione capitis, sed speciali praesidis sententia bona auferantur; tunc enim (19) subducto reo sola capitis causa perimitur (20), bonorum remanente quaestione.

7. *Los mismos Augustos y* ARCADIO, *Augusto, á* PELAYO, *Conde de los bienes privados.*—No sea lícito apelar ni del revisor de cuentas ni del contador antes del tiempo de la sentencia y del ordinario resultado.

Dada en Milán á 15 de las Calendas de Marzo, bajo el primer consulado de ARCADIO, Augusto, y el de BAUTON. [385.]

8. *Los Emperadores* ARCADIO *y* HONORIO, *Augustos, á* APOLODORO, *Conde de los bienes privados.*—Requiere la utilidad así de las necesidades públicas como del público erario, que no se difieran con astutos artificios de los deudores los emolumentos que se deben á nuestra casa. Por lo cual mandamos, que, rechazada la apelación de los que clara y evidentemente están convictos, se observe por la autoridad de este precepto, que se le deniegue el beneficio de la apelación al que constare que es deudor público.

Dada en Milán á 4 de los Idus de Agosto, bajo el cuarto consulado de ARCADIO y el tercero de HONORIO, Augustos. [396.]

TÍTULO LXVI

DE SI PENDIENTE LA APELACIÓN SOBREVINIERE LA MUERTE

1. *El Emperador* ALEJANDRO, *Augusto, á* JULIÁN.—También después de la muerte del que apeló les es necesario á sus herederos ó exponer las causas de la apelación, ó aquietarse con lo resuelto.

Publicada á 6 de las Calendas de Noviembre, bajo el consulado de ALEJANDRO, Augusto. [222.]

2. *El mismo Augusto á* MARCELINA.—Plugo á mis antecesores, que le pertenezcan al sucesor los bienes del que habiendo sido anotado para ser requerido hubiere apelado, y fallecido antes que se haya sustanciado la causa.

Publicada á 3 de las Nonas de Diciembre, bajo el consulado de ALEJANDRO. [222.]

3. *El mismo Augusto á* ULPIO. — Si hubiere apelado el que habiéndosele quitado los bienes fué condenado á destierro, y falleció estando pendiente la apelación, aunque respecto á su persona se haya extinguido el delito, se debe, sin embargo, sustanciar la causa respecto á los bienes. Porque hay mucha diferencia, si la pena capital impuesta le quita al reo también los bienes, en cuyo caso extinguido el crimen con su muerte no puede subsistir ninguna cuestión, ó si se quitan los bienes no por virtud de la pena capital, sino por especial sentencia del presidente; porque entonces, suprimido el reo, se extingue sola la causa de la pena capital, subsistiendo la cuestión de los bienes.

---

(1) AAA., *el ms. Vat., y Hal. Russ. Cont. 62.*
(2) Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA., *Bk., contra los mms. Cas. Vat. Pl. 1.*
(3) certum, *inserta el C. Theod.*
(4) appellari, *los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf.*
(5) *Hal. omite la indicación de la fecha.*
(6) privatae rei, *el ms. Pl. 2., y el ms. Pl. 1. según corrección.*
(7) *El C. Theod., y Bk.;* III., *Russ. y los demás.*
(8) *Hal. omite la indicación de la fecha.*
(9) reddi, *el ms. Veron.*
(10) *Los mms. Veron. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Hal.;* causam, *las ed. Schf. Russ. y las demás.*
(11) *El ms. Veron., y el ms. de Russardo; el ms. Pist.* pp. G. K. non.; PP. III. Non. Decemb., *Russ. y los demás.*
(12) *Los mms. Veron. Pist., y Bk.;* A., *omitenla los demás; Russ. pone al márgen según su cod.* Alexan. A. III. et Dione Conss., *pero contra los mms. Veron. Pist.; Hal. omite la indicación de la fecha.*
(13) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf.:* appellaverat, *el ms. Veron.;* appellavit, *Hal. y los demas.*
(14) A., *inserta Bk., contra el ms. Veron., el cual confirma la indicación de la fecha; Hal. la omite.*
(15) adempta, *el ms. Veron.*
(16) est, *omitenla los mms. Veron. Pl. 1. 2. Gt., y las ed. Nbg. Schf.*
(17) personam, *el ms. Veron.*
(18) rei, *el ms. Veron.*
(19) *Los mms. Veron Pl. 1. 2. Bg., y la ed. Schf.:* etenim *las demas ed.*
(20) permittitur, *el ms. Veron.*

Digitized by Google

PP. VI. (1) Id. Mart. MODESTO et PROBO Conss. (2) [228.]

4. *Imp.* GORDIANUS *A.* ALEXANDRO.—Si pater tuus ad decurionatum devocatus (3) appellationem interposuit, eaque pendente concessit in fatum, honoris (4) eius quaestio morte finita est.

PP. prid. Non. Octob. PIO et PONTIANO Conss. (5) [238.]

5. *Idem A.* FELICI. — Quamvis ancilla, de cuius dominio disceptabatur et a rectore provinciae contra te ius dictatum (6) fuerat, in fatum concesserit, tamen, quum appellationem super ea (7) interpositam fuisse et in numero cognitionum pendere proponas, ea provocatio suo ordine propter peculium ancillae audiri debet.

PP. VII. Kal. Decemb. PIO et PONTIANO Conss. (8) [238.]

6. *Imp.* CONSTANTINUS *A. ad* BASSUM *P. P.* (9)— Si unus ex litigatoribus adhuc pendente appellatione defunctus sit, non residuum tantum temporis heredes eius habeant (10), sed etiam alios quatuor menses. Sin autem ad deliberationem hereditatis certum tempus indulgetur, post elapsum (11) eius idem tempus (12) quatuor mensium numerabitur (13), ne ignorantes negotium vel etiam super adeunda hereditate dubitantes, priusquam aliquod commodum sentiant, damnis affici compellantur.

Dat. XIII. (14) Kal. Iun. (15) Sirmio (16), CRISPO II. et CONSTANTINO II. Caess. Conss. (17) [321.]

Publicada á 6 de los Idus de Marzo, bajo el consulado de MODESTO y de PROBO. [228.]

4. *El Emperador* GORDIANO, *Augusto, á* ALEJANDRO.—Si llamado tu padre al decurionato interpuso apelación, y estando ésta pendiente falleció, la cuestión sobre su cargo se extinguió con la muerte.

Publicada á 1 de las Nonas de Octubre, bajo el consulado de Pío y de PONCIANO. [238.]

5. *El mismo Augusto á* FÉLIX. — Aunque haya fallecido la esclava sobre cuyo dominio se litigaba y contra ti se pronunció sentencia por el gobernador de la provincia, sin embargo, como expones que respecto á ella se interpuso apelación, y está pendiente en el número de las sujetas á conocimiento, debe oirse en su turno esta apelación en cuanto al peculio de la esclava.

Publicada á 7 de las Calendas de Diciembre, bajo el consulado de Pío y de PONCIANO. [238.]

6. *El Emperador* CONSTANTINO, *Augusto, á* BASSO, *Prefecto del Pretorio.*—Si uno de los litigantes hubiera fallecido estando todavía pendiente la apelación, tengan sus herederos no solamente lo restante del término, sino también otros cuatro meses. Mas si se concede cierto tiempo para la deliberación sobre la herencia, se contará después del lapso de este el mismo término de los cuatro meses, no sea que desconociendo el negocio, ó también dudando sobre adir la herencia, sean compelidos á sufrir perjuicios, antes que experimenten alguna utilidad.

Dada en Sirmio á 13 de las Calendas de Junio, bajo el segundo consulado de CRISPO y el segundo de CONSTANTINO, César. [231.]

TIT. LXVII

DE HIS, QUI PER METUM IUDICIS NON APPELLAVERUNT

1. *Impp.* DIOCLETIANUS *et* MAXIMIANUS *AA. et CC.* DIOPHANI (18).—Si contra te iure pronuntiatum est nec appellationis imploratum auxilium (19), intelligis, acquiescere te statutis oportere. In sacro enim comitatu nostro timere nihil potuisti.

S. XV. Kal. Iun. (20) Philippopoli, AA. Conss. (21) [293—304.]

2. *Imp.* IULIANUS *A.* GERMANIANO (22) *P. P.* (23)— His, qui tempore competenti non appellant, redintegrandae audientiae facultas denegetur. Omnes

TÍTULO LXVII

DE LOS QUE NO APELARON POR TEMOR AL JUEZ

1. *Los Emperadores* DIOCLECIANO *y* MAXIMIANO, *Augustos y Césares, á* DIOFANE. — Si se falló contra ti en derecho y no se imploró el auxilio de la apelación, ten entendido que debes aquietarte con lo resuelto. Porque nada pudiste temer en nuestra sacra córte.

Sancionada en Filipópoli á 15 de las Calendas de Junio, bajo el consulado de los Augustos. [293—304.]

2. *El Emperador* JULIANO, *Augusto, á* GERMANIANO, *Prefecto del Pretorio.*— A los que no apelan en el término competente deniégueseles la facultad de

(1) *El número falta en Russ. Cont. 62.;* V., *el ms. Veron.; el ms. Pist. dice* pp. G. id.

(2) *La indicación de la fecha, que confirma el ms. Veron., falta en Hal.*

(3) *Los mms. Veron. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf. Hal.;* evocatus, *Russ. y los demás.*

(4) honeris, *el ms Bg.;* oneris, *el ms. Pl. 1. según corrección.*

(5) *Esta indicación de la fecha ha sido puesta según el ms. Veron.*

(6) contra te iudicatum, *el ms. Veron.*

(7) *Los mms. Veron. Gt., y la ed. Schf.;* super eam, *los mms. Pl. 1. 2. Bg.;* super ea re, *las ed. Nbg. Hal. y las demas.*

(8) *La indicación de la fecha ha sido puesta según el ms. Veron.*

(9) *Los mms. Cas. Pl. 1., S. Perus., la ed. Nbg., y el C. Theod., ed. Haenel.;* P. U. (praef. urbi), *los mms. Veron. Pist., Hal. y después los demas.* Post alia, *añaden Cont. y después los demas, sin duda según el C. Theod., contra los mms. Veron. Pist. Cas. Vat. Pl. 1. 2. Bg.*

(10) habent, *los mms. Veron. Pl. 2.*

(11) *Los mms. Veron. Pl. 1. 2. Bg. Gt, y las ed. Nbg. Schf. Hal. Russ.;* lapsum, *Cont. y los demas.*

(12) *Los mms. Veron. Bg.:* post elaps. eiusdem tempus, *los mms. Pl. 1. 2.;* post el. eiusdem temporis, *la ed. Nbg.;* post elaps. (laps.) eius temporis, *las ed. Schf. Hal. Russ Cont. y los demas.*

(13) enumeravitur, *el ms. Veron.:* spatium, *añaden las ed. Schf. Hal. y después las demas, contra los mss. Veron. Pl. 1. 2. Bg. y la ed. Nbg.*

(14) XII., *Russ.;* III., *los mms. Veron. Pist.*

(15) Ian., *el ms. Pist.*

(16) *El C. Theod.,* Sirmi, *el ms. Veron.;* Sirmii, *Russ. y los demas.*

(17) *Hal. omite la indicación de la fecha.*

(18) *Los mms. Veron. Cas. Pl. 1., y S. Perus.;* Diofani, *el ms. Vat.;* Diophi, *el ms. Bg.;* Dorophiani, *Hal. y los demas.*

(19) *Los mms. Veron. Bg.:* app. aux. impl. (impl. aux.) est, *los mms. Pl. 1. 2., y las ed.*

(20) Iul., *el ms. Veron.*

(21) *El lugar y los consules, que confirman los mms. Veron. Pist., los puso Russ. al margen según un cód.; Hal. omite la indicación de la fecha.*

(22) *Los mms. Veron. Pist., S. Perus., y Bk.;* Germiano, *el ms. Cas.;* Germano, *el ms. Vat.;* Germ., *el ms. Bg.;* Geminiano, *el ms. Pl. 1., Hal. y los demas.*

(23) *Los mms. Veron. Pist. Cas. Vat. Bg., Bk., el C. Theod., y S. Perus.;* P. P., *omitenla el ms. Pl. 1., y las demas ed.*

Digitized by Google

igitur, qui contra praefectos urbi, magistros officiorum, (1) magistros militum (2), seu proconsules, seu comites Orientis, seu vicarios, seu praefectos augustales (3), vel alium iudicem (4) sub specie formidinis provocationem non arbitrantur interponendam, a revocanda lite pellantur (5). Qui vero vim sustinuerunt (6), contestatione publice proposita, intra dies videlicet legitimos, quibus appellare (7) licet, causas appellationis evidenti affirmatione distinguant, ut hoc facto, tanquam interposita appellatione iisdem aequitatis adminicula tribuantur.

Emissa XV. Kal. Iul. (8) MAMERTINO et NEVITTA Conss. (9) [362.]

TIT. LXVIII

SI UNUS EX PLURIBUS APPELLAVERIT

1. *Imp.* ALEXANDER *A.* LICINIO.—Si iudici probatum fuerit, unam eandemque condemnationem eorum quoque, quorum appellatio iusta pronuntiata est, fuisse, nec diversitate factorum separationem accipere, emolumentum victoriae secundum ea, quae (10) constituta sunt, ad te quoque (11) pertinere non ignorabit.

PP. XIV. (12) Kal. Sept. MAXIMO (13) II. et AELIANO Conss. (14) [223.]

2. *Idem A.* SERENO.—Si in una eademque causa unus appellaverit, eiusque iusta appellatio pronuntiata est, ei quoque prodest, qui non appellaverit. Quodsi aetatis auxilio unus contra sententiam restitutionem impetravit (15), maiori, qui suo iure non appellaverit, hoc rescriptum non prodest.

S. III. Id. Sept. IULIANO et CRISPINO Conss. (16) [224.]

TIT. LXIX

SI DE MOMENTARIA (17) POSSESSIONE FUERIT APPELLATUM

1. *Imppp.* VALENTINIANUS, THEODOSIUS *et* ARCADIUS *AAA. ad* EUSIGNIUM *P. P.*—Quum de possessione et eius (18) momento causa dicatur (19), etsi appellatio interposita fuerit, tamen lata sententia sortiatur (20) effectum. Ita tamen possessionis reformationem fieri oportet, ut integra omnis proprietatis causa servetur.

reiterar la audiencia. Así, pues, sean rechazados de la renovación del litigio todos los que so pretexto de temor no creen que se deba interponer apelación contra los prefectos de la ciudad, los maestres de los oficios, los maestres militares, ó los procónsules, ó los condes de Oriente, ó los vicarios, ó los prefectos augustales, ú otro juez. Mas los que sufrieron violencia, formulada públicamente su protesta, por supuesto, dentro del término legal en que es lícito apelar, expongan con evidente afirmación las causas de la apelación, á fin de que, hecho esto, se les concedan los recursos de la equidad como si se hubiera interpuesto la apelación.

Expedida á 15 de las Calendas de Julio, bajo el consulado de MAMERTINO y de NEVITTA. [362.]

TÍTULO LXVIII

SI DE MUCHOS HUBIERE APELADO UNO SOLO

1. *El Emperador* ALEJANDRO, *Augusto, á* LICINIO.—Si al juez se le hubiere probado, que fué una misma la condenación también de aquellos cuya apelación fué declarada justa, y que no admite división por diversidad de hechos, no ignorará que también á ti te corresponde el beneficio de la victoria, conforme á lo que se halla establecido.

Publicada á 14 de las Calendas de Septiembre, bajo el segundo consulado de MÁXIMO y el de ELIANO. [223.]

2. *El mismo Augusto á* SERENO.—Si en una misma causa hubiere apelado uno solo, y su apelación fué declarada justa, le aprovecha también al que no hubiere apelado. Pero si por beneficio de la edad impetró uno la restitución contra la sentencia, este rescripto no le aprovecha al mayor que por su propio derecho no hubiere apelado.

Sancionada á 3 de los Idus de Septiembre, bajo el consulado de JULIÁN y de CRISPÍN. [224.]

TÍTULO LXIX

DE SI SE HUBIERE APELADO DE LA POSESIÓN MOMENTÁNEA

1. *Los Emperadores* VALENTINIANO, TEODOSIO *y* ARCADIO, *Augustos, á* EUSIGNIO, *Prefecto del Pretorio.*—Cuando se falle la causa sobre la posesión momentánea, aunque se hubiere interpuesto apelación, tenga, sin embargo, efecto la sentencia proferida. Pero debe hacerse la reforma de la posesión de modo, que se reserve íntegra toda la cuestión de propiedad.

---

(1) *Los mms. Veron. Pl. 2. Bg. Gt., y la ed. Nbg.:* vel, *insertan el ms. Pl. 1., y las demás ed.*

(2) mag. off., mag. mil., *omítelas el C. Theod.*

(3) *Los mms. Veron. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Hal. Bk.;* seu comites, seu praefectos Orientis, seu vicarios augustales, *las ed. Schf. Russ. y las demás; pero confirman el órden de las palabras del texto las Bas. y el C. Theod., en el que faltan, sin embargo, las palabras* seu praef. august.

(4) vel alium iud., *omítelas el C. Theod.*

(5) *El ms. Veron., el ms. Bg. antes de la corrección, y el C. Theod.:* repellantur, *los mms. Pl. 1. 2., y las ed.*

(6) sustinuerint, *el ms. Pl. 1., y el C. Theod.*

(7) *Los mms. Veron. Pl. 1., las ed. Nbg. Hal. Bk., y el C. Theod.;* appellari, *los mms. Pl. 2. Bg., y las demas ed.*

(8) Ian., *el C. Theod., y Bk.; pero el ms. Veron. confirma* Iul., *y lo demás.*

(9) *Hal. omite la indicación de la fecha.*

(10) *Los mms. Veron. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los de Russ., y las ed. Nbg. Hal.:* saepe, *insertan las ed. Schf. Russ. y las demás.*

(11) *Los mms. Veron. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los de Russ., y las ed. Nbg. Hal.;* qui nec provocasti, *insertan las ed. Schf. Russ. y las demás.*

(12) XIII., *el ms. Veron.*

(13) Max., *ha sido puesta según el ms. Veron.*

(14) et Aeliano Conss., *han sido puestas según el ms. Veron.; la indicación de la fecha falta en Hal.*

(15) *Los mms. Veron. Pl. 1. 2. Bg., y la ed. Schf.:* impetraverit, *las demás ed.*

(16) *Esta indicación de la fecha ha sido puesta según el ms. Veron.*

(17) *Los mms. Veron. Pist. Cas. Vat. Pl. 1. 2. Bg. Gt., las ed. Nbg. Hal., y S. Perus :* momentanea, *las ed. Schf. Russ. y las demás; tambien las Bas. IX. 1. 158. dicen* Μομεντάρια ψιλή.

(18) eius, *omítela el C. Theod.*

(19) *Los mms. Veron. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf.:* dicitur, *Hal. y los demás, y el C. Theod.*

(20) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., la ed Schf., y el C. Theod.:* sortatur, *el ms. Veron.;* sortitur, *las ed. Nbg. Hal. y las demás.*

Digitized by Google

Dat. XIV. (1) Kal. Decemb. Mediolano, Honorio N. P. (2) et Evodio Conss. [386.]

Dada en Milán á 14 de las Calendas de Diciembre, bajo el consulado del noble joven Honorio y de Evodio. [386.]

TIT. LXX

NE LICEAT IN UNA EADEMQUE CAUSA TERTIO PROVOCARE, VEL POST DUAS SENTENTIAS IUDICUM, QUAS DEFINITIO PRAEFECTORUM ROBORAVERIT (3), EAS RETRACTARE

1. *Imp.* Iustinianus *A.* Mennae *P. P.* — Si quis in quacunque lite iterum provocaverit, non licebit (4) ei tertio in eadem lite super iisdem capitulis provocatione uti, vel sententias excellentissimorum praefectorum praetorio retractare; licentia danda litigatoribus, arbitro dato, ipsius audientiam, qui eum dedit, ante litis contestationem (5) invocare, et huiusmodi petitione minime provocationis vim obtinente.

Dat. Kal. Iul. Constantinop. Dn. Iustiniano A. II. Cons. (6) [528.]

TÍTULO LXX

DE QUE NO SEA LÍCITO APELAR TERCERA VEZ EN UNA MISMA CAUSA, Ó DE QUE DESPUÉS DE DOS SENTENCIAS DE LOS JUECES, QUE HUBIERE CONFIRMADO LA RESOLUCIÓN DE LOS PREFECTOS, NO SEA LÍCITO VOLVERLAS Á DISCUTIR

1. *El Emperador* Justiniano, *Augusto, á* Menna, *Prefecto del Pretorio.*—Si en un litigio cualquiera hubiere uno apelado dos veces, no le será lícito utilizar tercera vez la apelación en el mismo litigio sobre los mismos capítulos, ó volver á discutir las sentencias de los excelentísimos prefectos del pretorio; debiéndoseles conceder licencia á los litigantes, habiéndose dado árbitro, para reclamar antes de la contestación de la demanda la audiencia del mismo que lo nombró, sin que de ningún modo tenga esta petición la fuerza de una apelación.

Dada en Constantinopla las Calendas de Julio, bajo el segundo consulado del señor Justiniano, Augusto. [528.]

TIT. LXXI

QUI BONIS CEDERE POSSUNT

1. *Imp.* Alexander *A.* Irenaeo.— Qui bonis cesserint, nisi solidum creditor receperit, non sunt (7) liberati. In eo enim tantum (8) hoc beneficium eis prodest, ne iudicati detrahantur (9) in carcerem.

PP. X.° (10) Kal. Decemb. Maximo II. et Aeliano Conss. (11) [223.]

2. *Impp.* Philippus *A. et* Philippus *C.* Abascanto (12). — Si quantitatem, quam licet reipublicae condemnatus debebas, inferre paratus es, frustra vereris, ne verbum bonorum cessionis, temere a te prolatum, privare te necdum distractis facultatibus iuris rationibus possit.

PP. XIII. (13) Kal. Februar. Philippo A. et Titiano (14) Conss. [245.]

3. *Impp.* Valerianus *et* Gallienus *AA.* (15) *et* Valerianus *Nobilissimus Caesar* (16) Lenillae (17). —Si pater tuus bonis cessit propter onera civilia, ipsius facultates oportet inquiri, non patrimonium, quod tibi emancipatae (18) quaesitum dicis, inquietari. Quod ut fiat, implorare aequitatem praesidis debes.

TÍTULO LXXI

DE QUIÉNES PUEDEN HACER CESIÓN DE BIENES

1. *El Emperador* Alejandro, *Augusto, á* Ireneo. —Los que hubieren hecho cesión de bienes no quedan libres, si el acreedor no hubiere recibido la totalidad. Porque este beneficio les aprovecha solamente para que, juzgados, no sean llevados á la cárcel.

Publicada á 10 de las Calendas de Diciembre, bajo el segundo consulado de Máximo y el de Eliano. [223.]

2. *Los Emperadores* Filipo, *Augusto, y* Filipo, *César, á* Abascanto.—Si estás dispuesto á pagar la cantidad que, aunque condenado, debías á la república, en vano temes que las palabras cesión de bienes, inconsideradamente proferidas por tí, te puedan privar, no habiendo sido vendidos los bienes, de las cuentas de derecho.

Publicada á 13 de las Calendas de Febrero, bajo el consulado de Filipo, Augusto, y de Ticiano. [245.]

3. *Los Emperadores* Valeriano *y* Galieno, *Augustos, y* Valeriano, *Nobilísimo César, á* Lenila. — Si tu padre hizo cesión de bienes por razón de cargas civiles, se deben perseguir los bienes del mismo, no inquietar el patrimonio que dices se adquirió para tí, que estás emancipada. Y para que se haga esto debes implorar la equidad del presidente.

(1) XIII., *Hal., el cual omite el lugar.*
(2) hon. nov. puero, *el ms. Veron.*
(3) revocavit, *los mms. Cas. Vat. Pl. 1. 2. Bg.*
(4) *Los mms. Veron. Pl. 1. Bg. Gt., y la ed. Schf.:* liceat, *el ms. Pl. 2., y las ed. Nbg. Hal. y las demás.*
(5) *Los mms. Veron. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los de Russ., y las ed. Nbg. Hal.;* ante litem contestatam, *Russ. y los demás.*
(6) *Esta indicación de la fecha ha sido puesta según el ms. Veron.*
(7) sint, *el ms. Veron., y M. Vacar.*
(8) *Los mms. Veron. Pl. 1. 2 Bg. Gt., y la ed. Nbg.;* tantummodo, *las ed. Schf. Hal. y las demás.*
(9) detrudantur, *el ms. Pl. 2.*
(10) *Los mms. Veron. Pist., y Russ. Cont. 62.:* XII., *Russ. al márgen según un cód., y Cont. 66. y los demás.*
(11) *La indicación de la fecha, que confirma el ms. Veron., falta en Hal.; en Russ. en el texto, y en Cont. 62., faltan* PP. *y* Kal.
(12) Abascando, *Sp., sin duda por errata, y Bk. Vease la ley 2. C. VII. 8.*
(13) XVI., *el ms. Veron.*
(14) *El ms. Veron., y Bk.:* Retiano, *Russ. y los demás; Hal. omite la indicación de la fecha.*
(15) AA., *omitenla Cont. 66. y después los demás excepto Bk., los cuales ponen después* Caes.
(16) et Val. Nob. Caes., *omitenlas el ms. Bg., y las ed. Nbg. Hal. Russ. Cont. 62., pero contra los mms. Veron. Cas. Pl. 1.*
(17) *Los mms. Veron. Pl. 1., y S. Perus.:* Zenillae, *el ms. Bg.;* Linillae, *el ms. Cas.:* Lenissae, *el ms. Vat.;* Iuliano, *las ed. Nbg. Hal. Russ. Cont. 62.;* Iuliano Lenissae, *Cont. 66. y los demás.*
(18) *Los mms. Veron. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y la ed. Schf.;* emancipato, *las demás ed.*

Digitized by Google

PP. XIII. Kal. Decemb. AEMILIANO et BASSO Conss. (1) [259.]

4. *Impp.* DIOCLETIANUS *et* MAXIMIANUS *AA. et CC.* CHILONI. — Legis Iuliae de bonis cedendis beneficium, constitutionibus divorum nostrorum parentum (2) ad provincias porrectum esse, ut cessio bonorum admittatur, notum est; non tamen creditoribus sua auctoritate dividere haec bona et iure dominii detinere (3), sed venditionis remedio (4), quatenus substantia patitur, indemnitati suae consulere permissum est. Quum itaque contra iuris rationem res iure dominii teneas eius, qui bonis cessit, te (5) creditorem dicens, longi temporis praescriptione petitorem submoveri non posse, manifestum est. Quodsi non bonis eum cessisse, sed res suas in solutum tibi dedisse monstretur, praeses provinciae poterit de proprietate (6) tibi accommodare notionem.

5. *Iidem AA. et CC.* MIRONI (7).—Propter honorem municipalem vel munus bonis cedentium invidiosam admitti cessionem minime convenit, sed his obnoxios pro modo substantiae fungi.

6. *Imp.* THEODOSIUS *A. apud acta* (8) *dixit:* In omni cessione bonorum ex qualibet causa facienda, scrupulositate priorum legum explosa (9), professio sola quarenda est. Idem dixit: In omni cessione sufficit voluntatis sola professio.

Dat. (10) Kal. Mai. HONORIO N. P. et EVODIO Conss. (11) [386.]

7. *Imp.* IUSTINIANUS *A.* IULIANO *P. P.* — Quum et filiifamilias possint habere substantias, quae patribus acquiri vetitae sunt, nec non peculium, vel castrense vel quod patre volente possident, quare cessio bonorum eis deneganda sit? quum, etsi nihil in suo censu hi, qui in potestate sunt parentum, habeant, tamen, ne patiantur iniuriam, debet bonorum cessio admitti. Si enim et paterfamilias admittendus est propter iniuriarum timorem ad cessionis flebile veniens adiutorium, quare filiisfamilias utriusque sexus hoc ius denegamus? quum apertissimi iuris est et inter patresfamilias et inter alieno iuri subiectos, si quid postea eis pinguius accesserit, hoc iterum usque ad modum debiti posse a creditoribus legitimo modo avelli.

Dat. X. Kal. Mart. Constantinop. post consularum LAMPADII et ORESTIS, VV. CC. (12) [531.]

8. *Idem A.* IOANNI *P. P.*—Quum solito more a

(1) *Esta indicación de la fecha ha sido puesta según el ms. Veron.*
(2) parentium, *los mms. Veron. Bg.*
(3) retinere, *el ms. Bg., y la ed. Schf.*
(4) remedium, *el ms. Veron.*
(5) te, *omitela el ms. Veron.*
(6) proprietatibus, *los mms. Pl. 2. Bg. Gt., y la ed. Schf.*
(7) *Los mms. Cas. Vat. Pl. 1. Bg., la ed. Nbg., y S. Perus.*; Myroni, *Hal. y los demás. Vease la inscripcion de la ley 1. C. II. 21.*

Publicada á 13 de las Calendas de Diciembre, bajo el consulado de EMILIANO y de BASSO. [259.]

4. *Los Emperadores* DIOCLECIANO *y* MAXIMIANO, *Augustos y Césares, á* QUILON.—Sabido es que por constituciones de nuestros divinos antecesores se extendió á las provincias el beneficio de la ley Julia sobre la cesión de bienes, para que se admita la cesión de bienes; pero no se les permitió á los acreedores dividir por su propia autoridad estos bienes, y retenerlos con derecho de dominio, sino procurar con el remedio de la venta su propia indemnización, en cuanto lo consienten los bienes. Así, pues, como contra razón de derecho tienes con derecho de dominio los bienes del que hizo cesión de bienes, es evidente que, diciendo tú que eres acreedor, no puede ser repelido el demandante con la prescripción de largo tiempo. Pero si se demuestra que éste no hizo cesión de bienes, sino que te dió en pago sus bienes, el presidente de la provincia podrá concederte su conocimiento sobre la propiedad.

5. *Los mismos Augustos y Césares á* MIRON.—De ninguna manera conviene que se admita la odiosa cesión de los que ceden sus bienes por causa de un honor municipal ó de un cargo, sino que los obligados á éstos los desempeñen con arreglo á sus bienes.

9. *Los Emperadores* ARCADIO, HONORIO *y* TEODOSIO, *Augustos, á* EMILIANO, *Prefecto de la Ciudad.*— Si la propiedad del sitio le inspirare á uno la idea de edificar junto á edificios públicos, sepa él que deberá construir habiendo quedado un espacio de quince pies entre los edificios públicos y los privados, de suerte que con tal intervalo estén libres de peligro los edificios públicos, y el particular que edifica no tema, como habiendo edificado malamente en aquel sitio, el quebranto de la demolición que algún dia tendría que hacerse.

Dada en Constantinopla á 11 de las Calendas de Noviembre, bajo el sexto consulado de ARCADIO, Augusto, y el de PROBO. [406.]

10. *Los Emperadores* HONORIO *y* TEODOSIO, *Augustos, á* MONAXIO, *Prefecto del Pretorio.* — Permítase, á todos los que lo quieran, circunvalar con un muro sus fundos propios ó los terrenos constituídos en su dominio en las provincias de Mesopotamia, Osdroena, Eufrates, la segunda Siria, Fenicia, Líbano, la segunda Cilicia, ambas Armenias, ambas Capadocias, Ponto Polemoniaco, y Helenoponto, donde más se requiere esto, y en las demás provincias.

Dada en Constantinopla á 3 de las Nonas de Mayo, bajo el noveno consulado de TEODOSIO, Augusto, y el tercero de CONSTANCIO. [420.]

11. *Los mismos Augustos á* SEVERINO, *Prefecto del Pretorio.*—Sean indefectiblemente estrechados los balcones, que los griegos llaman ἐξώστας, ya de antes construidos, ya que en lo sucesivo se hubieren de construir en las provincias, si no tuvieren entre sí un espacio de diez pies de aire libre. Mas en los lugares en que se viere que los edificios de los particulares están con la obstrucción de los balcones en frente de almacenes públicos, guárdese el espacio de quince pies. Cuya medida de espacio vacío señalamos también á los que hayan de edificar, de suerte que si alguno hubiere intentado edificar dentro del espacio fijado, esto es, dentro de la medida de diez pies, ó poseer balcón dentro de los quince pies, sepa que no solamente habrá de ser demolida la obra, sino que también habrá de ser adjudicada á nuestro fisco la misma casa.

Dada á 3 de las Calendas de Octubre, bajo el consulado de ASCLEPIODOTO y de MARINIANO. [423.]

12. *El Emperador César* ZENON, *pio, vencedor,*

(1) **retinenda**, *el ms. Gt., muchos y los mejores libros de Russ., y la ed. Nbg.*
(2) **fabricati loci**, *el C. Theod.*
(3) *Cont. 62. Bk., y el C. Theod.*; **X**, *Hal. y los demás.*
(4) *El ms. Pist., y el C. Theod.; el lugar falta en Hal. y en los demás.*
(5) **III.**, *el ms. Pist.*
(6) **austrenam, ostroenam**, *algunos mms.*
(7) *Hal.*; **fenicem**, *los mms. Pl. 1. 2. Bg., y la ed. Schf.*; **Phoenicem**, *todos los mms. de Russ.*: **phoeniceam**, *la ed. Nbg.*; **Phoeniciam**, *Russ. y los demás. Vease Jac. Godofr. Topogr. p. 108.*
(8) *Hal.*: **elinopontum**, *el ms. Pl. 1. y la ed. Schf.*: **elinopontu**, *el ms. Pl. 2.*; **elinoptantum**, *el ms. Bg.*: **elenopontum**, *la ed. Nbg.*; **Ellinopontum**, *todos los mms. de Russ.*; **Hellespontum**, *Russ. y los demás. Vease Not. 28.*
(9) **habitu**, *el ms. Bg.*
(10) Constantino, *Sp.*
(11) Gen. P. P., *Hal. Russ. Cont. 62.*; P. U., *Jac. Godofr. en Prosopogr. p. 85.*
(12) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Hal.*: **graeco** vocabulo, *las ed. Schf. Russ. y las demás.*
(13) *El libro de Aured.*: **exortas**, *el ms. Pl. 1.*: **ortas**, *los mms. Bg. Gt.*; **hortas**, *el ms. Pl. 2.*: ὁρθὰς, *la ed. Nbg.*: **orcos**, *la ed. Schf.*; κρόσσας, *Hal.*: τειχιστὰς, *Russ. y los demás. Pero nuestra lectura la requieren las Bas., que dicen:* ἐὰν ἐξώστην ποιῇ τις, *y Cuyacio, con quien convienen Russ. Cont. y Char. al margen.*
(14) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf.*: **fabricata demolienda**, *Hal. y los demás.*

Digitized by Google

semper maximus, semper venerandus Augustus, ADAMANTIO, *Prefecto urbis*. — Et a litibus, quum pace ab externis quoque bellis fruantur, subditos abstinere cupientes, praemonere eos semper in animo habemus; quapropter et praesentem ferimus legem, quae satis docet, quomodo et tua magnificentia iuste suggesserit, et nos prudenter definiamus ea, quae solvunt difficultatem. Et aliquantum recedentes ab usitatioribus in regenda republica verbis, iis utemur, quae vulgo notiora sunt, ut quicunque in legem inciderit, alio interprete ad ipsius usum non indigeat. Cognovimus igitur ex iis, quae a tua gravitate ad nos relata sunt, divinam legem immortalis memoriae patris nostri Leonis, quam posuit de iis, qui in hac inclyta urbe aedificare vellent, ambigue se habere videri in nonnullis partibus propter male interpretantium opiniones.

triunfador, siempre máximo, siempre venerando Augusto, á ADAMANCIO, *Prefecto de la Ciudad*. — Por cuanto disfrutan de paz también en las guerras exteriores, deseando apartar asimismo de litigios á los súbditos, siempre tenemos la idea de prevenirles; por lo cual promulgamos también la presente ley, que suficientemente enseña cómo tu magnificencia há inspirado con justicia, y nosotros hemos fijado con prudencia, las disposiciones que resuelven la dificultad. Y apartándonos un poco de los términos más usados al gobernar la república, usaremos de los que son más conocidos para el vulgo, á fin de que cualquiera que esté comprendido en la ley no necesite para su uso de otro intérprete. Así, pues, sabemos por lo que por tu gravedad se nos ha referido, que la divina ley de nuestro padre León, de inmortal memoria, que promulgó respecto á los que en esta inclita ciudad quisieran edificar, parece que se halla con ambigüedad en algunas partes á causa de las opiniones de los que la interpretan mal.

§ 1.—Et nos praecipimus, ut, qui suas aedes renovant, nequaquam veterem formam excedant, ne aedificantes lumina vel prospectum vicinorum contra prius constituta auferant. Neque tamen addiderim, quid quandocunque debeat obtinere, qualecunque ius aedificator habeat, competens ei ex pacto vel stipulatione, quo antiquam formam, si velit, mutare permittatur. Tunc enim sancimus, si pactum vel stipulatio aedificantem iuvet, licere ei secundum pacti vel stipulationis vires aedificare, etiamsi vicini, quibus adversatur pactum, inde laedi videantur.

§ 1.—Y mandamos, que los que renuevan sus casas, de ninguna manera se salgan de la antigua forma, á fin de que al edificar no quiten, contra lo establecido antes, las luces ó la vista á sus vecinos. Y no añadiré, sin embargo, qué deba prevalecer siempre que el que edifica tenga un derecho cualquiera, que le competa en virtud de pacto ó de estipulación, por el cual se le permita cambiar, si quisiera, la antigua forma. Porque entonces mandamos, que si el pacto ó la estipulación favoreciera al que edifica, le sea lícito edificar conforme á la eficacia del pacto ó de la estipulación, aunque parezca que con él se perjudican los vecinos á quienes se opone el pacto.

§ 2.—Quum vero nostra constitutio dicat, eum, qui aedificaturus est, inter suam et vicini domum duodecim pedum spatium relinquere debere, et «plus minusve» addat, quod quidem maximam securitatem praestat (ambiguum enim non est idoneum ad tollendam dubietatem), perspicue iubemus, inter utramque domum intermedios esse duodecim pedes, qui incipiant ab aedificio fundamentis imposito et ad culmen altitudinis conserventur. Et ei, qui hoc in posterum observat, licere domum in quamcunque velit altitudinem tollere, et fenestras aperire tam prospectivas, quas dicunt, quam luciferas secundum sacram legislationem, sive novam domum aedificare velit, sive veterem renovare, sive igne consumtam exstruere. Neque tamen licere ex hoc spatio auferre vicini in mare prospectum directum nec impeditum ex quacunque aedium parte, quem vicinus habet stans intus in suis aedibus vel etiam sedens, in prospiciendo se non torquens in obliquum et vim adhibens, ut mare videat. De hortis enim et arboribus neque in priore legislatione aliquid comprehensum est, nec in praesente addetur; haud enim convenit eiusmodi servitutem locum habere.

§ 2.—Mas como dice nuestra constitución, que el que ha de edificar debe dejar entre la suya y la casa del vecino el espacio de doce pies, y añade «sobre poco más ó menos», lo que da ciertamente la mayor seguridad, (porque lo ambiguo no es adecuado para quitar duda), claramente mandamos que haya entre una y otra casa doce pies intermedios, que comiencen desde el edificio levantado sobre los cimientos y se conserven hasta el remate de la altura. Y al que observe esto en lo sucesivo séale lícito levantar una casa hasta la altura que quiera, y abrir ventanas, tanto las que llaman de vistas, como las de luz conforme á nuestra sacra legislación, ora quiera edificar una nueva casa, ora renovar una antigua, ora reconstruir la consumida por un incendio. Pero no le es lícito quitar por virtud de este espacio la vista al mar directa y sin estorbo del vecino desde cualquier parte de la casa, vista que el vecino tiene estando de pie, ó aun sentado dentro de su casa, sin volverse á un lado y hacer fuerza al mirar para ver el mar. Porque en cuanto á los huertos y árboles, ni en la anterior legislación se comprendió cosa alguna, ni se añadirá en la presente; pues no conviene que el sitio tenga servidumbre de esta naturaleza.

§ 3.—Nemini autem, qui domum aedificat, interiacente angiportu vel platea latiore duodecim pedibus, ea de causa liceat partem plateae vel angiporti adimere suoque applicare aedificio. Non enim ut ea, quae reipublicae sunt, laedantur et aedificantibus assignentur, duodecim pedum spatium inter domos esse definivimus, sed ut ne sint angustiora inter domos spatia, amplius autem, si quidem amplius est, habeatur, quale est, neque hoc deminui permittimus, ita ut civitati sua iura conserventur. Si vero vetus aedificium ex antiqua sua forma tale erat, ut duodecim pedibus angustius sit

§ 3.—Mas á nadie que edifica una casa, mediando un callejón ó una calle más ancha de doce pies, le sea lícito por esta causa quitar parte de la calle ó del callejón y aplicarla á su edificio. Porque no hemos fijado que sea de doce pies el espacio entre las casas para que se lesione lo que es de la república y se les asigne á los que edifican, sino para que no sean más estrechos los espacios entre las casas, y se tenga más amplio, tal cual es, si verdaderamente es más amplio, sin que permitamos que sea disminuido, de suerte que se le conserven á la ciudad sus derechos. Mas si un edificio viejo era tal

Digitized by Google

inter utrasque aedes spatium, non liceat praeter veterem formam vel extollere aedificium vel fenestras facere, nisi decem pedes in medio sint. Tunc enim prospectivas quidem aedificator facere non poterit, quae antea non fuerint, ut dictum est, luciferas autem faciet ex pedibus altiores a solo, neque vero audeat falsum solum, quod vocant, facere in suis aedibus, luciferas fenestras supra illam sex pedum altitudinem aperire, et legem circumvenire. Hoc enim si liceat, rursum luciferae propter falsum solum prospectivarum usui inservient et vicinum laedent; quod fieri prohibemus, nullo tamen modo auxilium, quod ex pactis vel stipulationibus aedificatoribus competit, si quod tale omnino succurrat, auferentes.

§ 4.—Item quum prior lex sanciat, ut liceat centum pedes in altum extollere domos igne antea consumtas, etiamsi circa maris prospectum alter laedatur, et hanc tollentes ambiguitatem iubemus, hoc ipsum valere et in combustis aedibus, si iam renovantur, et in iis, quae antea quidem non fuerunt, nunc autem exstruuntur, nec non in iis, quae ab igne quidem nihil damnae passae, per vetustatem tamen vel aliam causam ruinam traxerunt, ut in omni domo exstruenda centum pedum sit intervallum a circumiacentibus locis, et sine prohibitione aedificium fiat, quamvis ad alium pertinentis domus prospectus in mare corrumpatur. Quum vero e culinis solis prospicitur, aut ex latrinis, quae vocantur, aut secessibus aut scalis aut meatibus ad transeundum solummodo utilibus aut ex iis, quae plerique basternia vocant, liceat in mare prospectui officere, etiamsi intra centum pedes quis velit aedificare, dummodo duodecim pedes intermedii sint. Sancimus autem haec observari, quando nullum suppetit pactum, quod aedificare permittat, eos vero, qui ex pacto cum vicino inito aedificant, conventis stare. Tunc enim, et non observato intervallo, iuxta pactum permittimus extollere aedificia, licet ii, qui contraxerunt vel in horum domos successerunt, circa maris prospectum laedantur, quandoquidem iura, quae ex pactis competunt, per generales leges tolli non convenit.

§ 5.—Item sancimus, ut solaria, quae dicuntur, post praesentem legem non ex solis lignis et asseribus fiant, sed romanensium, quae vocantur, specie aedificentur, decem autem pedum intervallum sit inter duo solaria invicem sibi opposita. Quod si propter loci angustiam fieri non possit, alterne solaria struantur. Sin vero ipse angiportus non latior decem pedibus sit, ex neutra parte solaria sive moeniana facere praesumant. Et ea, quae secundum dictum modum facta sunt, iubemus quindecim pedum spatio a solo in altum distare, et nullo pacto ad perpendiculum eorum columnas lapideas vel ligneas in solo poni vel muros substrui, ne aër sub solariis in altitudine, ut dictum est, positis impediatur, neve inde angustior fiat angiportus et publica via. Prohibemus etiam scalas fieri, quae a solo angiportus incipiunt et ad solaria ducunt, ut ex firmiore structura et ex eo, quod non ita propinqua inter se sint solaria, leviora rarioraque accidant (quae nunquam evenire contingat!) facilius-que restinguantur ex incendiis pericula et civitati

por su antigua forma, que sea más angosto de doce pies el espacio entre una y otra casa, no sea lícito, prescindiendo de la antigua forma, ó levantar el edificio ó abrir ventanas, si no hubiera por medio diez pies. Porque entonces el que edifica no podrá ciertamente abrir ventanas de vistas, según se ha dicho, que antes no existieren, y abrirá las de luz seis pies más altas que el suelo, sin que se atreva á hacer en sus casas el que llaman suelo falso, abrir ventanas de luz sobre aquella altura de seis pies, y eludir la ley. Porque si esto fuera lícito, las de luz servirían á su vez por causa del falso suelo para los usos de las de vistas y perjudicarían al vecino; lo que prohibimos que se haga, pero sin que de ningún modo quitemos el auxilio que por pactos ó estipulaciones les competa á los que edifican, si alguno de tal naturaleza les favoreciese por completo.

§ 4.—Además, como la ley anterior sanciona que sea lícito levantar hasta la altura de cien pies las casas consumidas antes por un incendio, aunque otro sea lesionado respecto á la vista del mar, quitando también esta ambigüedad mandamos, que esto mismo valga así en cuanto á las casas quemadas, si ya se reedifican, como respecto á las que antes ciertamente no existieron, pero ahora se construyen, y también en cuanto á las que verdaderamente nada sufrieron por incendio, pero por vejez ó por otra causa cayeron en ruina, de suerte que al edificarse toda casa haya el intervalo de cien pies á los lugares circunyacentes, y se haga el edificio sin prohibición, aunque se estorbe la vista al mar á casa que pertenezca á otro. Mas cuando se ve solamente desde las cocinas, ó desde las que se llaman letrinas, ó desde lugares escusados, ó desde escaleras, ó desde pasadizos solamente útiles para pasar, ó desde las que muchos llaman galerías, sea lícito estorbar la vista al mar, aunque uno quiera edificar dentro de los cien pies, con tal que haya doce pies intermedios. Pero mandamos que se observe esto, cuando no media ningún pacto, que permita edificar, y que los que edifican en virtud de pacto hecho con el vecino estén á lo convenido. Porque entonces, aun no habiéndose guardado el espacio intermedio, permitimos levantar los edificios con arreglo á lo pactado, aunque los que contrataron, ó los que en las casas de éstos sucedieron, sean perjudicados respecto á la vista del mar, puesto que no es conveniente que por leyes generales se quiten derechos, que competen en virtud de pactos.

§ 5.—También mandamos, que después de la presente ley no se hagan las que se dicen solanas solamente con vigas y alfajías, sino que se construyan á la manera que llaman romanense, y que haya el intervalo de diez pies entre dos solanas que se encuentren una frente á otra. Y si esto no pudiera hacerse por lo estrecho del sitio, constrúyanse las solanas alternativamente. Pero si el mismo callejón no fuera más ancho de diez pies, no intenten hacer por una ni por otra parte solanas ó balcones. Y mandamos que las que se hicieren en la forma dicha disten desde el suelo arriba el espacio de quince pies, y que por virtud de ningún pacto se pongan para conservar su nivel columnas de piedra ó de madera en el suelo, ó se construyan debajo paredes, á fin de que no se intercepte el aire bajo las solanas construidas, según se ha dicho, en alto, ó para que de este modo no se hagan más angostas la callejuela y la vía pública. Prohibimos también que se hagan escaleras que empiezan desde el suelo de la callejuela y conducen á las sola-

Digitized by Google

et iis, qui domos habent. Sin autem adversus nostram constitutionem solarium fiat vel scala, non solum quod factum est exscindetur, verum etiam aedium dominus decem librarum auri mulctam sustinebit, et architectus aut ergolabus, qui opus instituit, alias decem libras auri dependet, et opifex, qui fabricavit, si ob paupertatem mulctari nequeat, verberibus caesus ex urbe expelletur.

§ 6.—Ad haec iubemus, nemini licere plures deinceps columnas in publicis porticibus inde à Milio, quod vocatur, usque ad Capitolium occludere domibus, ex asseribus solum constructis, vel aliis inter medias columnas constitutis. Sed eiusmodi domus non excedere latitudinem sex pedum cum parietibus versus plateam, altitudinem vero pedum septem; omnimodo autem per quatuor columnas liberum iter a porticibus ad plateam relinqui; exornari etiam eiusmodi aedificia sive tabernas marmoribus extrinsecus, ut et decori sint civitati et oblectamento praetereuntibus. Quae vero in aliis urbis partibus inter columnas tabernae constituuntur, quemadmodum civitati conducere iudicaverit tua magnificentia, quoad mensuram et locum exstrui sancimus, aequalitate videlicet omnibus servata, ne, quod in aliis vicinis permittitur, in aliis prohibeatur.

§ 7.—Illud etiam lege complectimur, ne probi homines calumniatorum fraudibus laedantur. Multi enim, invidia lites, non propter acceptam iniuriam, aedificare volentibus struentes, morae ipsis auctores fiunt, ita ut qui coeperat aedificare, deinde prohibitus, opusque imperfectum relinquere coactus, et in iudicium protractus, pecuniam, pro qua exstruere domum sperabat, in litem insumat, quodque omnium absurdissimum est, victricem sententiam consecutus velut indissolubilibus nihilominus vinculis irretiatur, dum is, qui prohibuit opus, obtentu appellationis fatales dies exspectat, et se impedimento operi fuisse cum vicini calamitate gaudet. Constituimus itaque, ut in huiusmodi causis, si appellatio interposita sit adversus decreta eius, qui causam cognovit, simul cum relatione sive forma scripta a iudice data, nec observato fatali, liceat victori et victo, una cum adversario vel soli in magnificentiae tuae tribunal ingredi, et, adversario solito more vocato, si absit, iudicis dati sententiam manifestam facere, ita ut omni dilatione praecisa legitimus finis causae imponatur, neque, si hiems forte adsit vel appropinquet, dum ampla exspectant fatalium tempora, is, qui aedificare voluit et contra ius prohibitus est, intolerabilia damna sustineat. Simili modo, si quis in tali controversia provocare voluerit, incusans ea, quae a tua magnificentia decreta sunt, confestim consultatio, quae dicitur, fiat, et tam ipsi quam victori consueto more sententiam in sacro nostro palatio examinare liceat, omni dilatione cessante. Noverint autem omnes, qui prohibere aedificantes praesumunt, se victos omnia illis damna, quae obvenerint, restituturos nec non materiarum pretium, quae intra litis tempora corruptae aut deteriores factae esse videbuntur. Iis etiam, qui contra ius aedificare praesumserint, si victi fuerint, damna resarcientibus ei, qui aedificinas, á fin de que por virtud de una más sólida estructura, y no estando de este modo más próximas entre sí las solanas, sean más leves y raros (¡y ojalá no ocurran nunca!) para la ciudad y los que tienen las casas, y se extingan más fácilmente, los peligros de los incendios. Mas si contra nuestra constitución se hiciera solana ó escalera, no solamente será destruido lo que se hizo, sino que también el dueño de la casa sufrirá la multa de diez libras de oro, y el arquitecto ó el constructor, que hizo la obra, pagará otras diez libras de oro, y el operario que la fabricó, si no pudiera ser multado por su pobreza, será expulsado de la ciudad habiendo sido azotado.

§ 6.—Además de esto mandamos, que á nadie le sea lícito en lo sucesivo obstruir muchas columnas en los pórticos públicos, desde la que se llama columna Miliar hasta el Capitolio, con casas construídas solamente con tablas, ó con otras construcciones hechas en los intermedios de las columnas. Mas no excedan tales casas de seis pies de anchura comprendidas las paredes hacia la plaza, y de siete pies de altura; déjese de todos modos por cuatro columnas libre paso de los pórticos á la plaza; decórense también tales edificios ó tiendas por fuera con mármoles, á fin de que sirvan tanto para ornato de la ciudad como para deleite de los transeuntes. Pero las tiendas que se establecen entre las columnas en las otras partes de la ciudad mandamos que en cuanto á las dimensiones y al lugar se construyan conforme hubiere juzgado tu magnificencia que es conveniente á la ciudad, observándose, por supuesto, igualdad para todos, no sea que lo que respecto á unos vecinos se permite, se prohiba para otros.

§ 7.—También comprendemos en la ley esto, que no sean lesionados por fraudes de calumniadores los hombres probos. Porque muchos, promoviendo por envidia, no por injuria recibida, litigios á los que quieren edificar, se hacen para los mismos causantes de dilaciones, á fin de que el que había comenzado á edificar, habiéndosele prohibido luego, y habiendo sido obligado á dejar sin concluir la obra, y llevado á juicio, gaste en litigio el dinero con que esperaba construir la casa, y, lo que es más absurdo de todo, habiendo alcanzado sentencia favorable, esté, sin embargo, aprisionado como por indisolubles ligaduras, mientras el que impidió la obra espera so pretexto de la apelación los términos fatales, y se regocija con la desgracia del vecino por haber servido él de impedimento para la obra. Así, pues, mandamos, que en tales causas, si se hubiere interpuesto apelación contra los decretos del que conoce de la causa, le sea lícito al vencedor y al vencido ser introducido, juntamente con la relación ó con la resolución escrita dada por el juez, y sin haberse observado el término fatal, en el tribunal de tu magnificencia, en unión de su adversario, ó él solo, y, llamado el adversario en la forma acostumbrada, si estuviera ausente, hacer manifiesta la sentencia del juez nombrado, de suerte que, suprimiéndose toda dilación, se le ponga legítimo término á la causa, y, si acaso estuviera encima ó se aproximara el invierno, no sufra, mientras esperan los largos plazos de los términos fatales, intolerables perjuicios el que quiso edificar y á quien contra derecho se le prohibió. Y del mismo modo, si alguno hubiere querido apelar en tal controversia, impugnando lo que se decretó por tu magnificencia, hágase al punto lo que se llama consulta, y séales lícito, tanto á él mismo como al vencedor, desapareciendo toda dilación, examinar en

Digitized by Google

care prohibuit et litem ea de re ventilare coactus fuit.

§ 8.—Omnem vero huiusmodi litem solius iudicii tuae magnitudinis sententia diiudicari praecipimus, et neque alium quempiam gloriosorum magistratuum talem causam audire, neque aliquos eorum, qui de eiusmodi causa certant, militiae aut fori praescriptione uti, quo evitent iudicium aut non refundant damna, quae per sententiam gloriosissimi praefecti urbi vel dati ab eo iudicis praestare iussi fuerint; sed victum exactionem sustinere per officium tuae magnificentiae, nemine in hac re utente fori praescriptione.

§ 9.—Provideat vero magnificentia tua, ne qui ergolaborum vel artificum opere inchoato imperfectum hoc relinquant, sed eum, qui opus inchoaverit, accepta mercede cogat opus perficere, aut praestare damnum inde datum aedificatori et omnem ex opere haud perfecto oriundam noxam. At si pauper forte sit, qui id deliquit, verberibus caedatur et urbe eiiciatur. Nec vero alius eiusdem artis ab alio coeptum perficere prohibeatur, quod contra aedificatores ausos fuisse scimus ergolabos artifices, quum neque ipsi ad finem perducerent fabricari a se coepta, neque ab aliis eadem opera consummari concederent; sed intolerabile inde damnum iis inferre operam darent, qui domos exstruere parant. Qui autem ab alio coeptum opus ideo absolvere recusat, quod alius inchoaverit, et ipse simile cum illo, qui opus dereliquit, iudicium sustineat.

la forma acostumbrada la sentencia en nuestro sacro palacio. Mas sepan cuantos pretenden impedírselo á los que edifican, que, vencidos ellos, les habrán de pagar todos los perjuicios que les hubieren sobrevenido, y también el precio de los materiales, que se viere haberse inutilizado ó deteriorado durante el tiempo del litigio. Resarciendo también los daños los que contra derecho hubieren intentado edificar, si hubieren sido vencidos, al que impidió que edificaran y se vió obligado á ventilar con tal objeto un litigio.

§ 8.—Pero mandamos que todo litigio de esta clase sea fallado solamente por sentencia del tribunal de tu grandeza, y que ningún otro glorioso magistrado oiga una tal causa, y que ningunos de los que contienden por causa de esta naturaleza utilicen prescripción de milicia ó de fuero para eludir la sentencia ó para no pagar los daños, que por la sentencia del gloriosísimo prefecto de la ciudad ó del juez nombrado por éste se les hubieren mandado pagar; sino que el vencido sufra la exacción por medio de los oficiales de tu magnificencia, sin que nadie utilice en este negocio prescripción de fuero.

§ 9.—Mas provea tu magnificencia á que ningún maestro constructor ú operario deje sin acabar la obra comenzada, sino que al que, habiendo recibido el estipendio, hubiere comenzado la obra, obliguelo á terminar la obra, y á responder del daño por ello causado, y de todo perjuicio que haya de originarse de la obra no terminada. Pero si acaso fuera pobre el que la dejó, sea castigado con azotes y echado de la ciudad. Y no se le impida á otro del mismo oficio acabar la obra comenzada por otro, cosa á que sabemos se han atrevido contra los que edifican artífices contratistas, no llevando á término ellos mismos las comenzadas á fabricar por ellos, ni consintiendo que por otros se acaben las mismas obras, sino procurando causar de este modo intolerable perjuicio á los que se proponen construir casas. Mas el que rehusa terminar la obra comenzada por otro, precisamente porque otro la haya empezado, sufra también igual pena que el que hubiere abandonado la obra.

13. *Imp.* IUSTINIANUS *A.* IOANNI *P. P.* — Quum dubitabatur, utrum constitutio Zenonis divae memoriae ad Adamantium (1) praefectum urbi (2) scripta, quae de servitutibus loquitur, localis esset (3) et huic florentissimae urbi dedicata, et deberent (4) illius quidem iura in hac observari, antiqua vero, quae contraria sunt, locum habere in provinciis; indignum esse nostro tempore putantes, aliud ius in hac regia civitate de huiusmodi observari, aliud apud nostros esse provinciales, sancimus, eandem constitutionem in omnibus urbibus Romani imperii obtinere, et secundum eius definitionem omnia procedere, et, si quod ius ex ea lege innovatum est a vetere dispositione, hoc et in provinciis a praesidibus earum observari; ceteris videlicet omnibus, quae non per Zenonianam legem innovata sunt, sed veteribus legibus comprehensa, in sua firmitate in omni loco manentibus.

Dat. Kal. Septemb. Constantinop. post consulatum LAMPADII et ORESTIS VV. CC. [531.]

13. *El Emperador* JUSTINIANO, *Augusto, á* JUAN, *Prefecto del Pretorio.*—Por cuanto se dudaba, si la constitución de Zenon, de divina memoria, dirigida á Adamancio, prefecto de la ciudad, que habla de servidumbres, sería local y estaría destinada á esta muy floreciente ciudad, y deberian observarse ciertamente en ella sus disposiciones, pero tener aplicación en las provincias las antiguas, que son contradictorias; considerando que es indigno de nuestro tiempo que en esta regia ciudad se observe un derecho sobre tal materia, y que haya otro para nuestros habitantes de las provincias, mandamos, que la misma constitución rija en todas las ciudades del imperio romano, y que todo sea procedente conforme á la disposición de la misma, y que si en virtud de esta ley se ha innovado algún derecho en las antiguas disposiciones, también en las provincias sea él observado por los presidentes de las mismas; quedando, por supuesto, en todas partes en vigor las demás disposiciones, que no fueron modificadas por la ley de Zenon, pero que están comprendidas en las antiguas leyes.

Dada en Constantinopla las Calendas de Septiembre, después del consulado de LAMPADIO y de ORESTE, varones esclarecidos. [531.]

(1) *El ms. Gt.:* admancium, *el ms. Pl. 1.:* ad Amantium, *los demás mms. y las ed.; pero véase la inscripción de la ley 12.*
(2) urbis, *los mms. Pl. 2. Bg. Gt., y la ed. Schf.*
(3) est, *el ms. Pl. 1., y la ed. Schf.*
(4) debent, *los mms. Pl. 1. Bg., y la ed. Schf.;* debentibus, *omitiendo* illius, *todos los de Russ., y el ms. Pl. 2.*

Digitized by Google

[TIT. XI

DE NOVI OPERIS (1) NUNTIATIONE (2)]

14. [1.] *Idem* (3) *A.* IOANNI *P. P.* — De operis novi nuntiatione quandam antiquis ortam fuisse dubitationem, nostra cognovit tranquillitas, dicentibus, si quis denuntiationem ad inhibendum opus miserit, non posse eum post annum elapsum, ex quo denuntiatio missa est, iterum aedificationem prohibere. Quod dupliciter iniquum nobis esse videtur. Sive etenim non recte opus prohibuerit, decet non per totum annum hoc impediri, sive recte denuntiationem emiserit, etiam post annum licentiam habere aedificationem prohibere. Talem igitur iniquitatem inhibentes, sancimus, si quis denuntiationem emiserit, in hac quidem regia urbe praefectum urbi festinare, in provincia vero rectorem eius, intra trium mensium spatium causam dirimere; sin vero aliquid (4) fuerit quocunque modo ad decisionem ambiguitatis impedimentum, licentiam habere eum, qui (5) aedificationem deproperat, opus, de quo agitur, efficere, prius fideiussore ab eo dato officio urbicariae praefecturae (6) vel provinciali, ut, si non recte aedificaverit, omne opus, quod post denuntiationem fecerit, suis sumtibus destruet. Sic enim et opera non per inanes denuntiationes prohibebuntur, et recte denuntiantibus (7) consuletur.

Dat. XII. Kal. Novemb. Constantinop. post consulatum LAMPADII et ORESTIS VV. CC. anno secundo. [532.]

TIT. XII [XI]

DE OPERIBUS PUBLICIS

1. *Impp.* CONSTANTIUS *et* CONSTANS *AA.* (8) *ad* CATULINUM. — Plurimi immunitates operum publicorum concessione iudicum adepti sunt, et ideo iubemus, in posterum illicitas (9) immunitates nullius esse momenti.

Dat. VI. (10) Kal. August. Sirmio (11), URSO (12) et POLEMIO Conss. [338.]

2. *Iidem AA.* (13) *ad* MARCELLINUM (14), *Comitem Orientis.*— Quae operibus publicis impensa constiterit, accepto ferri oportere cognoscas (15).

Dat. V. (16) Non. Octob. Constantinop. LIMENIO et CATULINO Conss. [349.]

(1) operis novi, *las ed. Nbg. Schf. Hal.*
(2) *Esta rúbrica falta en los mms. Cas. Vat. Pl. 1. 2. Bg., S. Perus., en cinco cód. Paris., que cita Biener, y en los libros antiguos de Antonio Agustin. Observa Cont. 76., al margen, que falta en todos los mms., y tambien Cuyacio la califica de apócrifa, y la rechaza.*
(3) *Los mms. Cas. Vat. Pl. 1. 2. Bg., y la ed. Nbg.*: Imp. Iustinianus, *Hal. y los demás.*
(4) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., y Hal.*: aliquod, *Hal. y los demás.*
(5) ad, *inserta el ms. Bg., y la ed. Schf.*
(6) praefecturae, *omitela Hal.*
(7) denunciatoribus, *las ed. Nbg. Hal.*; denunciationibus, *los mms Pl. 1. 2. Gt., y todos los mms. de Russ.*
(8) Constantinus et Constantius AA., *Hal.*; Constantinus, Constantius et Constans AAA., *Bk., contra el C. Theod., los mms. Cas. Vat. Pl. 1. Bg., S. Perus., y las demás ed., en las que constantemente figuran dos emperadores.*
(9) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont. 62.*: elicitas, *Cont. 66. y los demás*; adversus las elicitas, *el C. Theod.*
(10) VI., *omitela Hal.*
(11) *El C. Theod.*: Sirmil, *las ed. del Cód.*
(12) *El C. Theod., y Bk.*; Urso Lupulo, *Hal. y los demás.*
(13) Imp. Const. et Constans AA., *el ms. Bg.*; Imp. Const. et Constantinus, *el ms. Pl. 1.*; Imp. Constantius A., *Hal.* Impp. Constantius et Constans AA., *Bk.*
(14) Marcellum, *Hal., á quien confirman los mms. Pl. 1 Bg. y S. Perus.*
(15) cognoscat, *los mms. Pl. 1. Bg. Gt., y la ed. Nbg.*; cognoscatur, *Hal.*; cognoscant, *el ms. Pl. 2., y la ed. Schf.*
(16) II., *Hal.*

[TÍTULO XI

DE LA DENUNCIA DE OBRA NUEVA]

14. [1.] *El mismo Augusto á* JUAN, *Prefecto del Pretorio.*—Ha sabido nuestra tranquilidad, que respecto á la denuncia de obra nueva surgió alguna duda para los antiguos, que decian, que, si alguno hubiere presentado denuncia para impedir una obra, no podia él después de transcurrido un año, desde que fué presentada la denuncia, impedir nuevamente la edificación. Lo que nos parece doblemente injusto. Porque es conveniente que, si no hubiere impedido con razón la obra, esta no esté impedida durante todo un año, y si con razón hubiere presentado la denuncia, que también después de un año tenga permiso para impedir la edificación. Así, pues, estirpando tal injusticia, mandamos, que si alguno hubiere presentado la denuncia, se apresure en esta regia ciudad el prefecto de la ciudad, y en una provincia el gobernador de la misma, á dirimir la cuestión dentro del espacio de tres meses; y que, si de algún modo hubiere habido algún impedimento para la decisión de la duda, tenga licencia el que da prisa para la edificación para hacer la obra de que se trata, habiéndose presentado antes por él fiador en las oficinas del prefecto de la ciudad ó en las provinciales, de que, si no hubiere edificado con derecho, destruirá á sus costas toda la obra, que hubiere hecho después de la denuncia. Porque así, no se impedirán por vanas denuncias las obras, y se atenderá convenientemente á los denunciantes.

Dada en Constantinopla á 12 de las Calendas de Noviembre, en el año segundo después del consulado de LAMPADIO y de ORESTE. [532.]

TÍTULO XII [XI]

DE LAS OBRAS PÚBLICAS

1. *Los Emperadores* CONSTANCIO *y* CONSTANTE, *Augustos, á* CATULINO.—Muchísimos han alcanzado por concesión de los jueces inmunidades respecto á las obras públicas, y por lo tanto mandamos, que en lo sucesivo sean de ningún valor las inmunidades ilícitas.

Dada en Sirmio á 6 de las Calendas de Agosto, bajo el consulado de URSO y de POLEMIO. [388.]

2. *Los mismos Augustos á* MARCELINO, *Conde de Oriente.*—Ten entendido, que debe darse por recibido lo que constare que se gastó en obras públicas.

Dada en Constantinopla á 5 de las Nonas de Octubre, bajo el consulado de LIMENIO y de CATULINO. [349.]

Digitized by Google

[Epitome legis 26. C. de episcop. l. 3. ex Synopsi.

3.—Neque monachus neque alius quis in loco publico vel ubi spectaculum celebratur, crucem ponat aut reliquias sanctas.]

4. *Iidem AA.* (1) Ecdicio, *Praefecto Aegypti.*—Praetoria iudicum et domus publicas oportet publico iuri atque usui semper vindicari.

PP. IV. (2) Non. Decemb. Antiochiae, Mamertino et Nevitta Conss. [362.]

5. *Impp.* Valentinianus *et* Valens *AA. ad* Symmachum *P. U.* (3) — Intra urbem Romam, veterem et novam (4), nullus iudicum novum opus informet, quoties serenitatis nostrae arbitria cessabunt, nisi ex suis pecuniis huiusmodi opus construere voluerit (5). Ea tamen instaurandi, quae iam deformibus ruinis intercidisse dicuntur, universis licentiam damus.

Dat. VIII. (6) Kal. Iun. Philippis, divo Iloviano et Varroniano Conss. [364.]

6. *Imppp.* Gratianus, Valentinianus *et* Theodosius *AAA. ad* Proculum (7). — Praescriptio temporis iuri publico non debet obsistere, sed nec (8) rescripta quidem (9). Atque ideo diruenda sunt omnia, quae per diversas urbes, vel in foro, vel in quocunque publico loco contra ornatum et commodum ac decoram faciem (10) civitatis exstructa noscuntur.

Dat. III. Id. Iun. (11) Constantinop. Merobaude II. et Saturnino Conss. [383.]

7. *Iidem* (12) *AAA.* Cynegio *P. P.* — Ad portus et aquaeductus et murorum (13) instaurationem sive exstructionem (14) omnes certatim, facta operarum collatione, instare (15) debent, neque aliquis ab huiusmodi consortio dignitatis privilegiis excusari.

Dat. XV. (16) Kal. Febr. Constantinop. Richomere et Clearcho Conss. [384.]

8. *Iidem AA. et* Arcadius *A.* (17) Cynegio *P. P.*— Omnes, quibus vel cura mandata fuerit operum publicorum, vel pecunia ad exstructionem solito more credita (18), usque ad annos quindecim ab opere perfecto cum suis heredibus teneantur obnoxii, ita ut, si quid vitii in aedificatione intra (19) praestitutum tempus provenerit (20), de eorum pa-

[Epitome de la ley 26. C. *de episcop.* l. 3., tomado de la Sinopsis.

3.—Ningún monje, ni otro cualquiera ponga cruz ó reliquias en un lugar público, ó donde se celebra un espectáculo.]

4. *Los mismos Augustos á* Ecdicio, *Prefecto de Egipto.*—Conviene que los pretorios de los jueces y los edificios públicos sean reivindicados siempre para el derecho y para el uso públicos.

Publicada en Antioquía á 4 de las Nonas de Diciembre, bajo el consulado de Mamertino y de Nevitta. [362.]

5. *Los Emperadores* Valentiniano *y* Valente, *Augustos, á* Sinmaco, *Prefecto de la Ciudad.* — No comience ningún juez una obra nueva dentro de la antigua ni de la nueva Roma, cuando no hubiere disposición de nuestra serenidad, á no ser que quisiere construir tal obra con su propio dinero. Pero á todos les damos licencia para restaurar las que se dice que cayeron ya en deformes ruinas.

Dada en Filipos á 8 de las Calendas de Junio, bajo el consulado del divino Joviano y de Varroniano. [364.]

6. *Los Emperadores* Graciano, Valentiniano *y* Teodosio, *Augustos, á* Próculo.— No debe oponerse al derecho público la prescripción del tiempo, pero tampoco ciertamente rescriptos. Y por lo tanto deben ser demolidas todas las obras que se sabe han sido construídas en diversas ciudades, ó en el foro, ó en otro cualquier lugar público contra el ornato y la comodidad y el aspecto decoroso de la ciudad.

Dada en Constantinopla á 3 de los Idus de Junio, bajo el segundo consulado de Merobaude y el de Saturnino. [383.]

7. *Los mismos Augustos á* Cinegio, *Prefecto del Pretorio.*—Todos á porfía deben, hecha contribución para las obras, apresurar la reparación ó la construcción de un puerto, y de un acueducto y de las murallas, y nadie excusarse de tal cooperación por privilegios de dignidad.

Dada en Constantinopla á 15 de las Calendas de Febrero, bajo el consulado de Ricomer y de Clearco. [384.]

8. *Los mismos Augustos y* Arcadio, *Augusto, á* Cinegio, *Prefecto del Pretorio.* — Todos aquellos á quienes ó se les hubiere encomendado el cuidado de obras públicas, ó se les hubiere confiado en la forma acostumbrada dinero para la construcción, estén obligados juntos con sus herederos hasta quince años después de terminada la obra, de suer-

(1) Idem A., *(refiriéndose solamente á Constancio), S. Perus.*; Idem A. et Iulianus Caes., *Hal.*
(2) VI., *el ms. Pist., y la ed. Hal.; en ambos falta el lugar.*
(3) P. P., *Hal. con los mms. Cas. Pl. I., contra los mms. Vat. Bg. y el C. Theod.*
(4) Romam aeternam, *el C. Theod.*
(5) nisi—voluerit, *omítelas el C. Theod.*
(6) VII., *Hal.*.
(7) Have Procule K. N., *las añaden según el C. Theod. á la inscripción Russ. Cont. 62.*
(8) ne, *Hal. Bk., y el C. Theod.*
(9) antiqua, *añaden el ms. Pl. I., y la ed. Schf.; lo mismo dicen, omitiendo el siguiente* Atque, *los mms. Pl. 2. Gt.*
(10) contra—faciem, *omítelas el C. Theod.*
(11) VI. Id., *omitiendo* Iun., *Hal. contra el ms. Pist. y el C. Theod.*
(12) Imppp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius, *conjetura Jac. Godofr.*
(13) et murorum, *omítelas el C. Theod.*
(14) sive exstructionem, *omítelas el C. Theod.*; sive instructionem, *todos los mms. de Russ.*
(15) instaurare, *los mms. Pl. 2. Bg. Gt., los antiguos libros de Russ., y las ed. Nbg. Schf. Hal.; pero* instare, *la apoyan el ms. Pl. I. y el C. Theod.*
(16) XII., *Hal.*
(17) *Así parece que se debe enmendar la inscripción según el ms. Cas.* (Idem AA. Arcadio et), *según el ms. Bg. y la ed. Nbg.* (Id. AAA. Arch. et), *según el ms. Pl. I.* (Id. A. et Arch. AAA.); Imppp. Valent. Theod. et Arcad. AAA., *cuyos emperadores también los designa nuestra lectura, Hal.*; Iidem AAA., *Russ. y los demas.*
(18) decreta, *el C. Theod.*
(19) infra, *el C. Theod.*
(20) *El C. Theod., y Bk.*; pernoverit, *el ms. Pl. I.*; pervenerit, *los demás mms. y las ed.; con las Bas. concordaría mejor esta lectura:* si quid vitio aedificationis—evenerit.

Digitized by Google

trimonio (exceptis tamen his casibus, qui sunt fortuiti) reformetur.

Dat. III. Non. Febr. Constantinop. ARCADIO A. I. (1) et BAUTONE Conss. [385.]

9. *Imppp.* THEODOSIUS, ARCADIUS *et* HONORIUS *AAA.* AURELIANO *P. U.* (2) — Si quando concessa a nobis licentia fuerit exstruendi, id sublimis magnificentia tua sciat esse servandum, ut nulla domus inchoandae publicae fabricae gratia diruatur, nisi usque ad quinquaginta libras argenti pretii aestimatione taxabitur. De aedificiis vero maioris pretii (3) ad nostram scientiam (4) referatur, ut, ubi amplior poscitur (5) quantitas, Imperialis extet auctoritas.

Dat. III. Kal. Mart. Constantinop. THEODOSIO A. III. et ABUNDANTIO Conss. [393.]

10. *Iidem AAA.* RUFINO *P. P.*— Si qui iudices, perfecto publicis pecuniis (6) operi (7) suum nomen sine nostri numinis mentione inscripserint (8) maiestatis teneantur obnoxii.

Dat. III. Non. Iul. Constantinop. ARCADIO III. et HONORIO II. AA. Conss. [394.]

11. *Impp.* ARCADIUS *et* HONORIUS *AA.* EUSEBIO, *Comiti sacrarum largitionum* (9). — Ne splendidissimae urbes vel oppida vetustate labantur, de reditibus fundorum iuris reipublicae tertiam partem reparationi publicorum moenium et thermarum subustioni (10) deputamus.

Dat. XI. Kal. Iul. Mediolani, OLYBRIO et PROBINO Conss. [395.]

12. *Iidem AA.* CAESARIO *P. P.* — Omnes provinciarum rectores literis moneantur, ut sciant, ordines atque incolas urbium singularum muros vel novos debere facere, vel veteres firmius renovare; scilicet hoc pacto impendiis ordinandis, ut adscriptio currat pro viribus singulorum, deinde adscribantur (11) pro aestimatione operis futuri territoria civium, ne plus poscatur aliquid, quam necessitas imperaverit (12), neve minus, ne instans impediatur effectus. Oportet namque per singula non sterilia (13) iuga certa quaeque (14) distribuit, ut par cunctis praebendorum sumtuum necessitas imponatur, nemini excusatione vel alia praesumtione ab huiusmodi immunitate praebenda (15).

te que, si dentro del tiempo prefijado apareciere algún vicio en la edificación, sea reparado con su patrimonio, (exceptuándose, sin embargo, los casos que son fortuitos.)

Dada en Constantinopla á 3 de las Nonas de Febrero, bajo el primer consulado de ARCADIO, Augusto, y el de BAUTON. [385.]

9. *Los Emperadores* TEODOSIO, ARCADIO *y* HONORIO, *Augustos, á* AURELIANO, *Prefecto de la Ciudad.* —Si alguna vez se hubiere concedido por nosotros licencia para construir, sepa tu sublime magnificencia que se ha de observar esto, que no se derribe ninguna casa para comenzar un edificio público, á no ser que fuere tasada en la estimación de un precio hasta de cincuenta libras de plata. Pero respecto de edificios de mayor precio póngase el caso en nuestro conocimiento, para que cuando se requiere mayor cantidad intervenga la autoridad imperial.

Dada en Constantinopla á 3 de las Calendas de Marzo, bajo el tercer consulado de TEODOSIO, Augusto, y el de ABUNDANCIO. [393.]

10. *Los mismos Augustos á* RUFINO, *Prefecto del Pretorio.*—Si algunos jueces hubieren inscrito su propio nombre, sin mención de nuestro númen, en una obra acabada con caudales públicos, sean considerados reos de lesa majestad.

Dada en Constantinopla á 3 de las Nonas de Julio, bajo el tercer consulado de ARCADIO y el segundo de HONORIO, Augustos. [394.]

11. *Los Emperadores* ARCADIO *y* HONORIO, *Augustos, á* EUSEBIO, *Conde de las sacras liberalidades.* —A fin de que las muy espléndidas ciudades ó plazas fortificadas no decaigan por vejez, destinamos la tercera parte de las rentas de los fundos pertenecientes á la república á la reparación de las fortificaciones públicas y á la calefacción de las termas.

Dada en Milán á 11 de las Calendas de Julio, bajo el consulado de OLIBRIO y de PROBINO. [395.]

12. *Los mismos Augustos á* CESARIO, *Prefecto del Pretorio.*— Sean prevenidos por cartas todos los gobernadores de las provincias, para que sepan que los órdenes de los decuriones y los habitantes de cada una de las ciudades deben ó hacer murallas nuevas, ó renovar con más solidez las antiguas; debiéndose, por supuesto, disponer los gastos de modo que la asignación se haga con arreglo a las fuerzas de cada cual, y luego se inscriban conforme á la estimación de la futura obra los territorios de los ciudadanos, á fin de que no se pida algo más, ó menos, de lo que la necesidad impusiere para que no se imposibilite el efecto apremiante. Porque conviene que se distribuyan ciertas prestaciones por cada yugada no estéril, de suerte que á todos se les imponga igual necesidad de suministrar los gastos, sin que á nadie se le haya de conceder excusa ú otra pretensión de tal inmunidad

(1) I., *omitenla el ms. Pist., y Hal.*
(2) pp, *los mms. Cas. Vat. Pl. 1. Bg., la ed. Nbg., y S. Perus.*
(3) meriti, *el C. Theod.*
(4) sententiam, *los mms. Pl. 1. 2.*
(5) noscitur, *conjetura Jac. Godofr.*
(6) publicis pecuniis, *omitelas el C. Theod.*
(7) opere, *los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y la ed. Schf.*
(8) scripserint, *el ms. Pl. 2., y el C. Theod.*
(9) *Esta dignidad la confirman los mms. Pl. 1. 2. Bg.:* Comiti Siciliae, *el C. Theod., rechazándolo el mismo Godofr. en una nota.*
(10) *El C. Theod., Cuyacio y Leunel.;* sublustioni, *el ms. Pl. 1.;* ἐκβάσεις, *en cuyo lugar puso Cuyacio, por conjetura verosímil,* ἐγκαύσεις, *las Bas.;* substructioni, *Char., al margen según el libro de Aured., aprobándolo Godofr. y Dirk.;* substitutioni, *los demás mms. y todas las ed.*
(11) scribantur, *el C. Theod.*
(12) impetraverit, *los mms. Pl. 2. Bg. Gt., y la ed. Nbg.*
(13) non sterilia, *omitelas el C. Theod.*
(14) *Los mms. Pl. 1. Bg., los mms. de Concio, las ed. Nbg. Schf. Bk., y el C. Theod.;* quoque, *el ms. Pl. 2., Hal. y los demás.*
(15) nemini — praebenda, *omitelas el C. Theod.*

Digitized by Google

Dat. IX. (1) Kal. April. Arcadio IV. et Honorio III. AA. Conss. [396.]

18. *Iidem AA.* Theodoro *P. P.*—Nemo iudicum in id temeritatis erumpat, ut inconsulta pietate nostra novi aliquid operis existimet inchoandum, vel ex diversis operibus ornamenta (2) aut marmora vel quamlibet speciem, quae fuisse in usu et ornatu probabitur civitatis, eripere vel alio transferre sine (3) iussu (4) tuae sublimitatis audeat. Etenim si quis contra fecerit, sex (5) libris auri mulctabitur. Similis etiam condemnatio ordines civitatum manebit, nisi ornamentum genitalis (6) patriae decreti huius (7) auctoritate defenderint. Horreorum autem vel stabulorum fabricas arbitratu proprio provinciarum iudices studio laudandae devotionis arripiant.

Dat. (8) Kal. Ian. Mediolani, Honorio A. IV. et Eutychiano Conss. [398.]

14. *Iidem AA.* Severo *P. U.* (9) — Aedificia, quae vulgo (10) parapetasia (11) nuncupantur, vel si qua alia opera moenibus vel publicis operibus (12) sociata (13) cohaerent, ut ex his incendium vel insidias vicinitas reformidet, aut angustentur spatia platearum, vel minuatur porticibus latitudo, dirui ac prosterni praecipimus.

Dat. V. Id. Octob. Constantinop. (14) Honorio A. IV. et Eutychiano Conss. [398.]

15. *Iidem AA.* Eutychiano *P. P.*— Si aliquando homines emergant, qui a nostra clementia opus publicum sibi praeberi postulaverint, non nisi diruta penitusque destructa et quae parum sunt in usu (15) civitatum, percipiant; intimandis huiusmodi rescriptis iudicio amplissimae tuae sedis.

Dat. Id. Decemb. Honorio A. IV. et Eutychiano Conss. [398.]

16. *Iidem AA. et* Theodosius *A.* (16) Aemiliano *P. U.* (17) — Si quando usus exegerit, vel porticus vel quaslibet aedes aetatis senio seu fortuitis concussas casibus reparari, liceat, etiam inconsulta clementia nostra, cum reverentia sui imaginem deponere vel nostram vel retro principum, reportatamque post refecta aedificia loco proprio denuo collocare.

Dada á 9 de las Calendas de Abril, bajo el cuarto consulado de Arcadio y el tercero de Honorio, Augustos. [396.]

18. *Los mismos Augustos á* Teodoro, *Prefecto del Pretorio.*—No se lance ningún juez á la temeridad de estimar que se ha empezar alguna obra nueva sin haber sido consultada nuestra piedad, ó no se atreva sin orden de tu sublimidad á arrancar de diversas obras ornamentos ó mármoles ú otra cualquier cosa, que se probare sirvió para uso y ornato de la ciudad, ni á trasladarlos á otra obra. Porque si alguno hubiere hecho lo contrario, será multado en seis libras de oro. Igual condena contendrá también á los órdenes de decuriones de las ciudades, á no ser que con la autoridad de este decreto defendieren un ornato de su patria natal. Atribúyanse, sin embargo, por empeño de laudable adhesión los jueces de las provincias la construcción de almacenes ó establos por propio arbitrio.

Dada en Milán las Calendas de Enero, bajo el cuarto consulado de Honorio, Augusto, y el de Eutiquiano. [398.]

Subscr. XII. Kal. Febr. Caess. Conss. [294—305.]

6. *Impp.* Theodosius *et* Valentinianus *AA. ad* Florentium *P. P.* — Si mater, legitima (6) liberorum tutela suscepta, ad secundas contra sacramentum praestitum (7) adspiraverit nuptias, antequam eis tutorem alium fecerit ordinari, eisque, quod debetur ex ratione tutelae gestae, persolverit, mariti quoque eius praeteritae tutelae (8) ratiociniis bona iure pignoris tenebuntur obnoxia.

Dat. VII. Id. Iul. Constantinop. (9) Theodosio A. XVII. et Festo Conss. [439.]

7. *Imp.* Iustinianus *A.* Ioanni *P. P.*— Sancimus de invectis a conductore rebus et illatis, quae domino pro pensionibus tacite obligantur, non solum in utraque Roma et territorio (10) earum hoc ius locum habere, sed etiam in nostris provinciis. Tali enim iusta praesumtione etiam omnes nostros provinciales perpotiri desideramus.

Dat. XV. Kal. Novemb. post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. anno secundo. [532.]

TIT. XVI [XV]

SI ALIENA RES PIGNORI DATA SIT

1. *Impp.* Severus *et* Antoninus *AA.* (11) Carpo.— Procurator citra (12) domini voluntatem domum pignori frustra dedit. Si tamen pecuniam creditoris in rem domini versam constabit (13), non inutilis erit exceptio duntaxat quod numeratum est exsolvi desideranti.

(1) necessitate, *los mms. Pl. I. Gt., y la ed. Schf.*
(2) ei, *los mms. Pl. I. 2. Bg., y la ed. Schf.*; ea, *el ms. Gt.*
(3) *Los mms. Pl. I. 2. Bg., y las ed. Nbg. Schf. Hal.*; ad hoc peric. mulieris patrim., *Ross. y los demás.*
(4) II., *inserta Bk.*
(5) haec, *omitenla los mms. Pl. I. Bg.*
(6) *Los mms. Pl. I. 2. Bg. Gt., las ed. Nbg. Schf. Bk., el Noc. Theod., y la ley 6. C. VI. 56.*; legitime, *Hal. y los demas.*
(7) praestitutum, *el Noc. Theod.*

lla también establecido, que los bienes dados en dote á las que se casaron con los que llevan sobre si la carga de primipilo, están sujetos á la responsabilidad de ésta; pero en cierto orden, de suerte que afecte el riesgo á este patrimonio de la mujer, solamente si, agotados todos los bienes del marido y de los que lo nombraron, no se hallara ningún sobrante.

Dada á 5 de los Idus de Agosto, bajo el consulado de Carō y de Carino. [283.]

5. *Los Emperadores* Diocleciano *y* Maximiano, *Augustos y Césares, á* Corintia. — Si no hubiesen sido llevados al fundo é introducidos en él los esclavos, que habia parecido bien estuviesen obligados por causa de prenda, y no se demostrase que ellos fueron especialmente obligados, el gobernador de la provincia mandará que sean restituidos. Porque ni aun con pretexto de deuda de pensiones se puede demorar la restitución de los mismos, por cuanto, si la dueña del fundo pudiera probar que se le debe algo por pensiones ó por cualquier razón, demandará para que se haga solemnemente su pago.

Subscrita á 12 de las Calendas de Febrero, bajo el consulado de los Césares. [294—305.]

6. *Los Emperadores* Teodosio *y* Valentiniano, *Augustos, á* Florencio, *Prefecto del Pretorio.* — Si la madre, habiendo aceptado la tutela legitima de los hijos, hubiere aspirado á segundas nupcias contra el juramento prestado, antes que se les nombrase otro tutor y les hubiere pagado lo que por ella se deba por razón de la tutela administrada, estarán sujetos por derecho de prenda á las cuentas de la tutela pasada también los bienes de su marido.

Dada en Constantinopla á 7 de los Idus de Julio, bajo el décimo séptimo consulado de Teodosio, Augusto, y el de Festo. [439.]

7. *El Emperador* Justiniano, *Augusto, á* Juan, *Prefecto del Pretorio.* — Mandamos respecto á las cosas introducidas é instaladas por el arrendatario, las cuales están obligadas tácitamente al dueño por las pensiones, que este mismo derecho tenga aplicación no solamente en una y en otra Roma, y en su territorio, sino también en nuestras provincias. Porque deseamos que de esta justa presunción disfruten también todos nuestros habitantes de las provincias.

Dada á 15 de las Calendas de Noviembre, en el año segundo después del consulado de Lampadio y de Oreste, varones esclarecidos. [532.]

TÍTULO XVI [XV]

DE SI SE HUBIERA DADO EN PRENDA UNA COSA AJENA

1. *Los Emperadores* Severo *y* Antonino, *Augustos, á* Carpo.—Sin la voluntad del dueño, en vano dió el procurador una casa en prenda. Pero si constare que el dinero del acreedor se invirtió en cosa del dueño, no será inútil la excepción sólo para que se le pague al que lo reclama lo que se entregó.

(8) gestae, *inserta Sp., contra los cód., las demás ed. y el Noc. Theod.*
(9) *El Noc. Theod.*; VII. Id. Iul., *omitiendo el lugar, Bk.*; VI Id., *omitiendo el mes y el lugar, Hal. y los demas.*
(10) et per territoria, *el ms. Pl. 2.*
(11) Imp. Severus A., *Bk., contra todos nuestros cod.*
(12) contra, *el ms. Gt., contra nuestros cód.*
(13) universam constituit, *Hal. al margen. contra nuestros cód. y las Bas.*

Digitized by Google

PP. XI. Kal. Novemb. SEVERO A. II. et ALBINO Conss. (1) [194.]

2. *Iidem AA.* (2) LATINAE.—Si probaveris, praedia (3) vel (4) hortos, de quibus agebatur, tuos esse, intelligis, obligari eos creditori ab alio non potuisse, si non sciens hoc agi fraudem creditoris ignorantis dissimulasti.

PP. (5) Id. Octob. ANTONINO A. II. et GETA II. (6) Conss. [205.]

3. *Imp.* ANTONINUS *A.* MARTIAE.—Curator adulti (7) vel tutor pupilli propriam rem mobilem eius, cuius negotia tuetur, pignoris iure obligare non potest (8), nisi in rem eius pecuniam mutuam accipiat.

PP. VI. Kal. (9) Febr. duobus (10) ASPRIS Conss. [212.]

4. *Imp.* ALEXANDER *A.* SECUNDO. — Nec si maior annis viginti quinque fuisset filius tuus, qui in potestate tua erat, te invito rem tuam obligare potuit.

PP. V. (11) Kal. Novemb. MAXIMO II. et AELIANO Conss. [223.]

5. *Impp.* DIOCLETIANUS *et* MAXIMIANUS *AA.* EUTYCHIO (12).—Quum res, quae necdum in bonis debitoris est, pignori data ab eo, postea in bonis eius esse incipiat, ordinariam quidem actionem super pignore non competere, manifestum est, sed tamen aequitatem facere, ut facile utilis persecutio exemplo pignoratitiae daretur (13).

PP. XIII. (14) Kal. Iun. MAXIMO II. et AQUILINO Conss. [286.]

6. *Iidem AA. et CC.* ZOSIMO. — Quae praedium in filios a se titulo donationis translatum creditori suo dat pignori, se magis contrario pignoratitio obligat iudicio, quam quidquam dominis noceat (15), quum Serviana etiam actio declarat (16) evidenter, iure pignoris teneri non posse, nisi quae obligantis in bonis fuerint, et per alium rem alienam invito domino pignori obligari (17) non posse, certissimum est (18).

S. V. Id. Iul. Philipp. AA. Conss. [293—304.]

7. *Iidem AA. et CC.* CORNELIAE.—Si in rem suam accepta pecunia mutua tutor mancipium tuum pi-

Publicada á 11 de las Calendas de Noviembre, bajo el segundo consulado de SEVERO, Augusto, y el de ALBINO. [194.]

2. *Los mismos Augustos á* LATINA.— Si probares que son tuyos los predios ó los huertos, de que se trataba, comprenderás que no pudieron ser obligados por otro á un acreedor, á no ser que sabiendo que se hacia esto, lo hayas disimulado en fraude del acreedor que lo ignoraba.

Publicada los Idus de Octubre, bajo el segundo consulado de ANTONINO, Augusto, y el segundo de GETA. [205.]

3. *El Emperador* ANTONINO, *Augusto, á* MARCIA. —El curador de un adulto ó el tutor de un pupilo no puede obligar por derecho de prenda una cosa mueble propia de aquel cuyos negocios administra, á no ser que reciba en mútuo dinero para cosa del mismo.

Publicada á 6 de las Calendas de Febrero, bajo el consulado de los dos ASPROS. [212.]

4. *El Emperador* ALEJANDRO, *Augusto, á* SEGUNDO.—Ni aunque hubiese sido mayor de veinticinco años tu hijo, que estaba bajo su potestad, pudo obligar una cosa tuya contra tu voluntad.

Publicada á 5 de las Calendas de Noviembre, bajo el segundo consulado de MÁXIMO y el de ELIANO. [223.]

5. *Los Emperadores* DIOCLECIANO *y* MAXIMIANO, *Augustos, á* EUTIQUIO.—Cuando la cosa, que aun no está en los bienes del deudor, dada en prenda por éste, comenzara después á estar en sus bienes, es evidente que no compete ciertamente la acción ordinaria sobre la prenda, pero hace, no obstante, la equidad, que se dé fácilmente la acción útil persecutoria á semejanza de la pignoraticia.

Publicada á 13 de las Calendas de Junio, bajo el segundo consulado de MÁXIMO y el de AQUILINO. [286.]

6. *Los mismos Augustos y Césares á* ZOSIMO. — La que á un acreedor suyo le da en prenda un predio transferido por ella á sus hijos por título de donación, se obliga por la acción contraria de prenda más bien que en cosa alguna perjudica á los dueños, porque también la acción Serviana declara evidentemente, que no pueden estar obligados por derecho de prenda sino las cosas que hubieren estado en los bienes del que los obliga, y es muy cierto, que contra la voluntad de su dueño no puede ser obligada en prenda por otro una cosa ajena.

Sancionada en Filipópolis á 5 de los Idus de Julio, bajo el consulado de los Augustos. [293—304.]

7. *Los mismos Augustos y Césares á* CORNELIA.— Si el tutor, habiendo recibido dinero en mútuo para

(1) *Debe haber error respecto á los cónsules, porque los indicados sólo lo fueron bajo el imperio de Severo. Probablemente deberia corregirse reflriendo la fecha al consulado de Severo y de Victorino (año 200), ó al tercero de Severo y al de Antonino, Augustos (202).*; nov. seu. sev., *y lo demas, omitiendo* II., *el ms. Pist.*

(2) Impp. Severus et Anton. AA., *Bk., contra todos nuestros cód. Véanse las notas 11. de la pagina 328, y 1. de esta.*

(3) *Los mms. Pl. 1. Gt., y las ed. Schf. Hal. Bk.;* probaveris praesidi, *el ms. Bg.;* probav. praesidi praedia, *las ed. Nbg. Russ. y las demas;* probav. praesidi provinciae praedia, *el ms. Pl. 2.*

(4) et, *los mms. Pl. 1. Bg.*

(5) I., *insertan Hal. Russ.;* prid., *inserta el ms. Pist., que concuerda con todo lo demás, salvo que omite* A.

(6) II., *omitela Bk.*

(7) adultae, *el ms. Bg., todos los mms. de Russ., y la ed. Schf.*

(8) potuit, *el ms. Pl. 1.*

(9) pp. GI. K., *el ms. Pist., el cual confirma lo demás de la indicación de la fecha.*

(10) et, *insertan Hal. y los demás excepto Bk., contra el ms Pist.*

(11) pp. G. K., *el ms. Pist., que concuerda con todo lo demás, salvo que en lugar de* Aeliano *dice* alieno.

(12) Eutícho, Euthico, Utico, *algunos mms.*

(13) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., y las ed. Nbg. Schf.:* detur, *Hal. y los demás.*

(14) XVI., *y despues* equilino, *el ms. Pist., el cual confirma lo demás de la indicación de la fecha.*

(15) nocet, *el ms. Pl. 1., y Hal.*

(16) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., y las ed. Nbg. Schf.:* declaret, *Hal. y los demas.*

(17) dari, *la ed. Nbg.;* capi, *Hal.*

(18) sit, *Hal. Russ. Cont. 62. Bk., contra nuestros cód.*

Digitized by Google

gnori dedit, nec huic post perfectam aetatem consensum accommodasti, pignori res obligari (1) non potuit.

S. VI. Kal. Ianuar. AA. Conss. [293—304.]

8. *Impp.* Honorius *et* Theodosius *AA.* Ioanni *P. P.* — Nexum non facit (2) praediorum, nisi persona, quae iure potuit obligare. Per servum autem, aut per (3) procuratorem, colonumve (4), vel (5) actorem, seu conductorem ullum (6) praeiudicium possessioni invito vel inscio domino imponi non posse, et iure (7) et legum auctoritatibus (8) declaratur (9).

Dat. V. (10) Id. Iul. Ravennae, Honorio XIII. et Theodosio X. AA. Conss. [422.]

TIT. XVII [XVI]

QUAE RES PIGNORI OBLIGARI POSSUNT VEL NON, ET QUALITER PIGNUS CONTRAHATUR

1. *Impp.* Severus *et* Antoninus *AA.* (11) Optato. —Alumnos tuos et ceteras res, quas neminem credibile est pignori specialiter daturum fuisse, generali pacti conventione, quae de bonis tuis facta est, in causa (12) pignoris non fuisse, rationis est.

PP. XII. Kal. April. Laterano et Rufino Conss. [197.]

2. *Iidem* (13) *AA.* Rogato. — Quum constet, pignus consensu contrahi, non dubitamus, eum, qui emtiones agrorum suorum pignori posuit, de ipsis agris obligandis cogitasse.

PP. V. Kal. Iul. Apro et Maximo Conss. [207.]

3. *Imp.* Antoninus *A.* Restituto. — Si monumento corpus filiae tuae intulisti, religiosum id fecisti; quo facto obligari a quoquam (14), prohibente iuris religione, non posse, in dubium non venit.

PP. III. Kal. April. Laeto II. et Cereale Conss. [215.]

4. *Imp.* Alexander *A.* Evocato. — Nomen quoque debitoris pignorari et generaliter et specialiter posse, iam (15) pridem placuit. Quare si debitor is satis non facit (16), cui tu credidisti, ille, cuius nomen tibi pignori datum est, (nisi ei, cui debuit, solvit, nondum certior a te de obligatione tua factus) utilibus actionibus satis tibi facere usque ad

cosa propia, dió en prenda un esclavo tuyo, y después de cumplida le edad no le prestaste á ello tu consentimiento, la cosa no pudo ser obligada en prenda.

Sancionada á 6 de las Calendas de Enero, bajo el consulado de los Augustos. [293—304.]

8. *Los Emperadores* Honorio *y* Teodosio, *Augustos, á* Juan, *Prefecto del Pretorio.* — No hace empeño de los predios sino la persona que en derecho pudo obligarlos. Mas por el derecho y las autoridades de las leyes se declara, que por medio de un esclavo, ó de un procurador, ó de un colono, ó de un administrador, ó de un arrendatario no se puede imponer gravamen alguno á una posesión contra la voluntad de su dueño ó ignorándolo éste.

Dada en Rávena á 5 de los Idus de Julio, bajo el décimo tercer consulado de Honorio y el décimo de Teodosio, Augustos. [422.]

TÍTULO XVII [XVI]

QUÉ COSAS PUEDEN, Ó NO, OBLIGARSE EN PRENDA, Y CÓMO SE CONSTITUYE LA PRENDA

1. *Los Emperadores* Severo *y* Antonino, *Augustos, á* Optato.—Es de razón, que por la convención general de pacto, que se hizo sobre tus bienes, no fueron comprendidos en la condición de prenda aquellos á quienes alimentaste y las demás cosas que no es creible que nadie hubiera de haber dado especialmente en prenda.

Publicada á 12 de las Calendas de Abril, bajo el consulado de Laterano y de Rufino. [197.]

2. *Los mismos Augustos á* Rogato.—Por cuanto consta que la prenda se constituye por el consentimiento, no dudamos que el que dió en prenda los títulos de compra de sus campos, entendió obligar sus mismos campos.

Publicada á 5 de las Calendas de Julio, bajo el consulado de Apro y de Máximo. [207.]

3. *El Emperador* Antonino, *Augusto, á* Restituto.—Si depositaste el cuerpo de tu hija en un monumento, á éste lo hiciste religioso; hecho lo cual, no cabe duda que no puede ser obligado por nadie, por prohibirlo la religión del derecho.

Publicada á 3 de las Calendas de Abril, bajo el segundo consulado de Leto y el de Cereal. [215.]

4. *El Emperador* Alejandro, *Augusto, á* Evocato.—Ya hace tiempo que se determinó, que general y especialmente se podia pignorar también el crédito de un deudor. Por lo cual, si no pagó el deudor, al cual tú le prestaste, será compelido con las acciones útiles aquel cuyo crédito te fué dado en prenda, (á no ser que le haya pagado á aquel á

(1) obligare, *el ms. Gt.*
(2) faciat, *y después* obligari, *el C. Theod., pero nuestra lectura concuerda con nuestros códices y con las Bas.*
(3) aut per, *omitenlas los mms. Pl. 1. Gt., pero οὐδὲ δούλος οὐδὲ προκουράτωρ, las Bas.*; vel per, *el ms. Pl. 2.*; vel, *omitiendo* per, *el C. Theod.*; aut, *omitiendo* per, *las ed. Nbg. Hal.*
(4) colonum, *los mms. Pl. 2. Gt., las ed. Nbg. Schf., y el C. Theod.*
(5) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., las ed. Nbg. Schf., y el C. Theod.*; vel, *omitenla Hal. y los demás.*
(6) ullum, *omitenla el ms. Gt., y el C. Theod.*; nullum, *el ms. Pl. 2.*
(7) iuris, *el C. Theod., y Bk., contra nuestros cód.*
(8) auctoribus, *el ms. Gt., y el ms. Pl. 1. antes de la corrección.*
(9) decantatur, *el C. Theod.*
(10) *El C. Theod. y la ed. Haenel.*; V., *omitenla los demás.*
(11) Imp. Sev. A. et Ant. C., *Bk., contra nuestros cód.*
(12) causam, *los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf. Hal.*
(13) Impp. Severus et Antoninus, *Bk., contra nuestros cód. Vease la nota 11. anterior.*
(14) quopiam, *Pac. Sp. Bk., contra los cód. y las demás ed.*
(15) iam, *omitenla los mms. Pl. 2. Bg. Gt.*
(16) *Los mms. Veron. Gt., y Hal.*; fecit, *los mms. Pl. 1. 2.*; fecerit, *las demás ed.*

Digitized by Google

id, quod tibi deberi a creditore eius probaveris, compelletur, quatenus tamen ipse debet.

PP. prid. Kal. Mart. Fusco II. (1) et Dextro Conss. [225.]

5. *Idem A.* (2) Septimio (3). — Spem eorum praemiorum, quae pro coronis athletis pensitanda sunt, privata pactione pignorare (4) minime admittendum est, et ideo nec si generale pactum de omnibus bonis pignori obligandis intervenerit, tenet.

PP. III. Kal. Mai. Maximo II. et Paterno Conss. [233.]

6. *Impp.* Diocletianus *et* Maximianus *AA. et CC.* Rufo. — Qui filios vestros vel liberos homines pro pecunia, quam vobis credebat, pignoris titulo accepit, dissimulatione iuris se (5) circumvenit, quum sit manifestum, obligationem pignoris non consistere, nisi in his, quae quis de bonis suis facit obnoxia.

S. Kal. Mai. Heracliae, AA. Conss. [293—304.]

7. *Imp.* Constantinus *A. ad universos provinciales.*— Exsecutores a quocunque iudice dati (6) ad exigenda debita ea, quae civiliter poscuntur, servos aratores aut boves aratorios aut instrumentum aratorium (7) pignoris causa de possessionibus abstrahunt (8), ex quo tributorum illatio retardatur. Si quis igitur intercessor aut creditor vel (9) praefectus pagi vel vici (10) vel decurio in hac re fuerit detectus, aestimando a (11) iudice supplicio subiugetur (12).

Dat. III. (13) Non. Iun. (14) Sirmii, Constantino A. IV. (15) et Licinio IV. (16) Conss. [315]

8. *Impp.* Honorius *et* Theodosius *AA.* Probo, *Comiti sacrarum largitionum* (17).—Pignorum gratia aliquid, quod ad culturam agri pertinet, auferri non convenit.

Dat. VI. (18) Id. Iun. Constantio et Constante (19) Conss. [414.]

Nova constitutio Friderici *Imp. de statutis et consuetudinibus contra libertatem ecclesiae editis.* § *Agricultores.* — Agricultores et (20) circa rem rusticam occupati, dum villis insident, dum agros colunt, securi sint in (21) quacunque parte terrarum, ita ut nullus inveniatur tam audax, ut personas, boves et agrorum instrumenta, aut si quid aliud sit, quod ad operam rusticalem (22) pertineat,

quien debió, no habiendo sido hecho todavía sabedor por tí de tu obligación), á satisfacerte hasta la cantidad que probares que por su acreedor se te debe, pero hasta donde el mismo debe.

Publicada á 1 de las Calendas de Marzo, bajo el segundo consulado de Fusco y el de Dextro. [225.]

5. *El mismo Augusto á* Septimio. — De ninguna manera se ha de admitir que empeñe por pacto privado la esperanza de los premios que se han de pagar por sus coronas á los atletas, y por lo tanto, aunque haya mediado pacto general para obligar en prenda todos los bienes, no es válida aquella prenda.

Publicada á 3 de las Calendas de Mayo, bajo el segundo consulado de Máximo y el de Paterno. [233.]

6. *Los Emperadores* Diocleciano *y* Maximiano, *Augustos y Césares, á* Rufo.—El que por el dinero que os prestaba recibió á título de prenda vuestros hijos ú hombres libres, se engañó á sí mismo afectando ignorar el derecho, porque es manifiesto que la obligación de prenda no subsiste sino sobre las cosas que uno obliga de sus propios bienes.

Sancionada en Heraclea las Calendas de Mayo, bajo el consulado de los Augustos. [293—304.]

7. *El Emperador* Constantino, *Augusto, á todos los habitantes de las provincias.* — Los ejecutores nombrados por cualquier juez para exigir las deudas, que civilmente se reclaman, arrancan de las posesiones por causa de prenda los esclavos que aran, ó los bueyes de labranza, ó los instrumentos del cultivo, con lo cual se retarda el pago de los tributos. Así, pues, si en ello hubiere sido descubierto un ejecutor, ó un acreedor, ó el prefecto de un lugar ó de una aldea, ó un decurión, se sujetará á una pena que se habrá de estimar por el juez.

Dada en Sirmio á 3 de las Nonas de Junio, bajo el cuarto consulado de Constantino, Augusto, y el cuarto de Licinio. [315.]

8. *Los Emperadores* Honorio *y* Teodosio, *Augustos, á* Probo, *Conde de las sacras liberalidades.* — No es conveniente que por causa de prenda se quite cosa alguna, que pertenece al cultivo del campo.

Dada á 6 de los Idus de Junio, bajo el consulado de Constancio y de Constante. [414.]

Nueva constitución *del Emperador* Federico *sobre las disposiciones y costumbres establecidas contra la libertad de la Iglesia.* § *Agricultores.*—Estén seguros en cualquier parte de las tierras los agricultores y los que se ocupan en las faenas rústicas mientras residen en las granjas, ó mientras cultivan los campos, de suerte que no se halle nadie tan audaz que intente atacar, ó cojer, ó violenta-

(1) II., *omitela el ms. Veron., el cual confirma lo demás de la indicación de la fecha.*
(2) AA., *los mms. Veron. Cas. Vat.*
(3) Septimo, *algunos mms.*
(4) pignorari, *las ed. Schf. Russ. y después las demás, contra los mms. Veron. Pl. 1. 2. Bg. Gt, todos los mms. de Russ. y las ed. Nbg. Hal.*
(5) *Los mms. Veron. Pl. 1. 2. Bg., y las ed. Nbg. Hal.:* se iuris, *las demás ed.*
(6) Intercessores a rectoribus provinciarum dati, *el C. Theod.*
(7) aut instrum. arator., *omitelas el C. Theod.*
(8) *Los mms. Veron. Pl. 1., y el C. Theod.;* non abstrahant, *el ms. Bg., y todas las ed.;* non retrahant, *el ms. Pl. 2.*
(9) aut, *el ms. Gt., y el C. Theod.;* por creditor, *Wenck. conjetura* curator; *pero* ἀκκιστής, *las Bas.*
(10) praefectus pacis, *el C. Theod.;* εἰρηνάρχης, *las Bas.*
(11) a, *omitenla los mms. Veron. y Bg.*
(12) detectus, a rectoribus provinciarum capitali sententiae subiugetur *el C. Theod.*

(13) IV., *el C. Theod. ed. Haenel., pero contra el ms. Veron.*
(14) CP., *inserta el ms. Veron., cuya abreviatura suele significar* Constantinopoli; *pero á pesar de ello escribe* Sirmi.
(15) *El ms. Veron., el C. Theod., y Bk:* IV., *omitenla Hal. y los demás.*
(16) *El C. Theod., y Bk.;* IV., *falta en el ms. Veron., en Hal. y en los demás.*
(17) *El ms. Pist. Pl. 1.*
(18) IV., *más bien que* VI., *parece que se halla en el ms. Veron.*
(19) *Así el ms. Veron;* Constante et Constantio, *Hal. y los demás. Vease Relandi fast. cons. p. 571.*
(20) *La ed. Nbg., y la constitución original;* et, *omitenla las demas ed.*
(21) in, *omitenla la ed. Nbg., y la constitución original.*
(22) *La ed. Nbg., y la constitución original;* ad agrorum operam rusticam, *las demás ed.*

Digitized by Google

invadere aut capere aut violenter auferre praesumat. Si quis autem huiusmodi statutum ausu temerario violare praesumserit, in quadruplum ablata restituat, et (1) infamiae notam ipso iure incurrat, imperiali animadversione nihilominus puniendus.

9. *Imp.* IUSTINIANUS *A.* MENNAE *P. P.* — Si quis in cuiuscunque contractus instrumento ea verba posuerit: «fide et periculo rerum ad me pertinentium», vel: «per earum exactionem satisfieri tibi promitto» (2), sufficere ea verba ad rerum tam earum, quas in praesenti debitor habet, quam futurarum hypothecam (3), nec ex prioribus sanctionibus minus habere specialis (4) hypothecae memoriam videri, quum sit iustum voluntates contrahentium magis, quam verborum conceptionem inspicere. Super qua generali hypotheca illud quoque ad conservandam contrahentium voluntatem sancimus, ut, si res suas supponere debitor dixerit, non adiecto, tam praesentes quam futuras, ius tamen generalis hypothecae etiam ad futuras res producatur.

Dat. III. Id. Decemb. Constantinop. Dn. IUSTINIANO A. PP. II. (5) Cons. [528.]

TIT. XVIII [XVII]

QUI POTIORES IN PIGNORE HABEANTUR (6)

1. *Imp.* SEVERUS *et* ANTONINUS *AA.* (7) SECUNDO. —Qui pignus secundo loco accepit, ita ius suum confirmare potest, si priori creditori debitam pecuniam solverit (8), aut, quum obtulisset isque accipere noluisset, eam obsignavit et deposuit, nec in usus suos convertit.

PP. Kal. Febr. LATERANO et RUFINO (9) Conss. [197.]

2. *Imp.* ANTONINUS *A.* CHRESTO (10).—Si decreto praetoris, qui de fideicommisso ius dixit, in possessionem fundi hereditarii fideicommissi conditionalis servandi gratia prius inducti estis, quam adversarius vester in causa (11) iudicati eiusdem fundi pignus occupavit (12), iussu eius, qui iure sententiam exsequebatur, tempore potiores estis. Nam quum de pignore utraque pars contendat (13), praevalet iure, qui praevenit tempore (14).

PP. V. Id. Mai. duobus (15) ASPRIS Conss. [212.]

3. *Idem A.* SILVANO (16). — Quum rempublicam

(1) et, *omitenla las ed. Nbg. Schf. Hal. Russ.*
(2) permitto, *el ms. Veron.*
(3) *El ms. Veron., y Hal.;* sancimus, *insertan los mms. y las demás ed.*
(4) speciali, *y después* memoria *el ms. Veron.*
(5) Const. Iustino A. II., *el ms. Veron.*
(6) habentur, *los mms. Pist. Cas. Vat. Pl. 1. Bg.*
(7) Imp. Sev. A. et Anton. C., *Bk., contra todos nuestros cód., y el ms. Veron.*
(8) solvit, *el ms. Bg.*
(9) urphino, *el ms. Pist., pero* Ruf., *el ms. Veron., el cual confirma esta indicación de la fecha.*
(10) *Los mms. Veron. Cas. Vat. Pl. 1. Bg., la ed. Nbg., y S. Perus.;* et aliis, *añaden Hal. y los demás.*

mente quitar las personas, los bueyes y los instrumentos de labranza, ó alguna otra cosa que pertenezca á las faenas del campo. Mas si alguno hubiere intentado con temerario atrevimiento violar esta disposición, restituya en el cuádruplo lo que quitó, é incurra de derecho en la nota de infamia, debiendo ser, no obstante, castigado con una pena del Emperador.

9. *El Emperador* JUSTINIANO, *Augusto, á* MENNA, *Prefecto del Pretorio.* — Si en el instrumento de cualquier contrato hubiere uno puesto estas palabras: «con la garantía y á riesgo de los bienes que me pertenecen», ó «mediante la exacción de éstos te prometo que se te satisfará», bastan estas palabras para la hipoteca tanto de los bienes, que al presente tiene el deudor, como de los futuros, y no se considera que por virtud de las anteriores disposiciones no contengan mención de hipoteca especial, porque es justo atender á la voluntad de los contratantes más bien que á la expresión de las palabras. Sobre cuya general hipoteca también mandamos para conservar la voluntad de los contratantes, que, si el deudor hubiere dicho que obligaba sus bienes, sin haber añadido tanto presentes como futuros, se extienda, sin embargo, el derecho de la hipoteca general también á los bienes futuros.

Dada en Constantinopla á 3 de los Idus de Diciembre, bajo el segundo consulado del señor JUSTINIANO, Augusto perpétuo. [528.]

TÍTULO XVIII [XVII]

DE QUIÉNES SEAN CONSIDERADOS PREFERIDOS EN LA PRENDA

1. *Los Emperadores* SEVERO *y* ANTONINO, *Augustos, á* SEGUNDO.—El que en segundo lugar recibió una prenda, puede confirmar su derecho de este modo, si le pagare al primer acreedor el dinero debido, ó si, habiéndoselo ofrecido y no habiéndolo querido recibir éste, lo selló y lo depositó, y no lo aplicó á sus propios usos.

Publicada las Calendas de Febrero, bajo el consulado de LATERANO y de RUFINO. [197.]

2. *El Emperador* ANTONINO, *Augustos, á* CRESTO. —Si por decreto del pretor, que falló sobre un fideicomiso, fuisteis puestos en posesión de un fundo de la herencia para conservar un fideicomiso condicional, antes que vuestro adversario haya ocupado por causa de lo juzgado la prenda del mismo fundo, por mandato del que en derecho ejecutaba la sentencia, sois preferidos por el tiempo. Porque cuando una y otra parte contienden sobre una prenda, es preferido en el derecho el que se anticipó en el tiempo.

Publicada á 5 de los Idus de Mayo, bajo el consulado de los dos ASPROS. [212.]

3. *El mismo Augusto á* SILVANO. — Puesto que

(11) *Los mms. Veron. Pl. 1., y el ms. Bg. de primera mano, y la ed. Schf.;* causam, *el ms. Pl. 2., y las ed. Nbg. Hal. y las demás.*
(12) *Los mms. Veron. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Hal.* occupaverit, *las ed. Schf. Russ. y las demás.*
(13) *Los mms. Veron. Pl. 2. Bg., y la ed. Schf.;* contendit, *el ms. Pl. 1., y las demás ed.*
(14) tempore, *omitela Hal., contra los cód.*
(15) *El ms. Veron., el cual confirma la indicación de la fecha;* et. *insertan Hal. y los demás excepto Bk.*
(16) *Los mms. Veron. Cas. Vat. Pl. 1. Bg., y la ed. Nbg.* Sylvano, *Hal. y los demás.*

Digitized by Google

Heliopolitanorum propter emolumentum sententiae in rerum tam heredis quam hereditariarum possessionem missam esse proponas, intelligis, quamvis pater tuus cum Sosiano contraxerit, tamen, si (1) personali actione eum habuit obligatum, praeponi rempublicam iure pignoris (2), quae ex auctoritate eius, qui iubere potuit, servandi iudicati causa occupavit.

PP. II. (3) Id. Decemb. LAETO II. et CEREALE Conss. [215.]

4. *Idem A.* VARO. — Si fundum pignori accepisti, antequam reipublicae obligaretur, sicut prior es tempore, ita potior es (4) iure.

PP. V. Id. Octob. ANTONINO A. IV. (5) et BALBINO Conss. [213.]

5. *Imp.* ALEXANDER *A.* SEPTIMIO (6).— Prior quidem creditor compelli non potest tibi, qui posteriore loco pignus accepisti, debitum offerre, sed si tu illi (7) omne quod debetur solveris, pignoris tui (8) causa firmabitur.

PP. III. Kal. Mai. MAXIMO II. (9) et PATERNO Conss. [233.]

6. *Impp.* VALERIANUS *et* GALLIENUS *AA.* PHILOXENO (10). — Si generaliter bona sint obligata, et postea res alii (11) specialiter pignori dentur, quoniam ex generali obligatione potior habetur creditor, qui ante (12) contraxit, si ab illo (13) tu comparasti, non oportet te ab eo, qui postea credidit, inquietari.

PP. prid. Id. (14) Mai. SECULARE II. (15) et DONATO Conss. [260.]

7. *Impp.* DIOCLETIANUS *et* MAXIMIANUS *AA. et CC.* IULIANO.—Licet iisdem pignoribus multis creditoribus diversis temporibus datis, priores habeantur potiores, tamen eum, cuius pecunia praedium comparatum probatur, quod ei pignori esse specialiter (16) statim convenit, omnibus anteferri, iuris auctoritate declaratur.

Subscripta (17) XVI. (18) Kal. Febr. AA. Conss. [293 — 304.]

AUTHENT. *de triente et semisse.* § *Illud quoque in iudiciis.* (*Nov. 18. c. 10.*)—Item possessor (19), negans rem eius esse (20), cuius actor eam esse asseverat, si probata (21) intentione nitatur rem retine-

(1) *Por* tamen si, *enmienda Cuyacio* si tantum; tametsi, *el ms. Pl. 2.*; tum etsi, *la ed. Nbg.*

(2) *Los mms. Veron: Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Hal.*; in his (iis), *las ed. Schf. Russ. y las demás; pero* in *falta en todos los mms. de Russ.*

(3) *Acaso se deba leer* V. *en el ms. Veron., el cual concuerda con lo demás de la indicación de la fecha.*

(4) es, *omítenla los mms. Veron. Bg. Gt.*

(5) III., *el ms. Pist., el cual concuerda con lo demás de la indicación de la fecha; confírmala toda el ms. Veron.*

(6) Septimo, *los mms. Veron. Pl. 1. Bg., y la ed. Nbg.*

(7) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Hal.*; el, *el ms. Veron.*; illi id, *las ed. Schf. Russ. y las demás; pero* id *falta en todos los libros de Russ.*

(8) tibi, *el ms. Pl. 1.*

(9) II., *omítela Bk., contra el ms. Veron., el cual confirma toda la indicación de la fecha.*

(10) Filoxeno, *los mms. Veron. Pist. Pl. 1.*

(11) aliis, *el ms. Gt., y las ed. Schf. Hal.*

expones, que la república de Heliópolis fué puesta por causa de ejecución de sentencia en posesión de los bienes tanto del heredero como de la herencia, ten entendido, que aunque tu padre haya contratado con Sosiano, sin embargo, si lo tuvo obligado por acción personal, es preferida en el derecho de la prenda la república, que por la autoridad del que pudo mandarlo ocupó los bienes para que se guardara lo juzgado.

Publicada á 2 de los Idus de Diciembre, bajo el segundo consulado de LETO y el de CEREAL. [215.]

4. *El mismo Augusto á* VARO. — Si recibiste en prenda el fundo antes que fuese obligado á favor de la república, así como eres anterior en el tiempo, así eres preferido en el derecho.

Publicada á 5 de los Idus de Octubre, bajo el cuarto consulado de ANTONINO, Augusto, y el de BALBINO. [213.]

5. *El Emperador* ALEJANDRO, *Augusto, á* SEPTIMIO. — Ciertamente que un acreedor anterior no puede ser compelido á ofrecerte la deuda á tí, que en lugar posterior recibiste la prenda, pero si tú le pagares todo lo que se le debe, se afirmará la condición de tu prenda.

Publicada á 3 de las Calendas de Mayo, bajo el segundo consulado de MÁXIMO y el de PATERNO. [233.]

6. *Los Emperadores* VALERIANO *y* GALIENO, *Augustos, á* FILOXENO.—Si en general hubieran sido obligados los bienes, y después á otro se le dieran especialmente las cosas en prenda, como por virtud de la obligación general es considerado preferente el acreedor, que contrató antes, si tú las compraste de él, no se te debe molestar por el que prestó después.

Publicada á 1 de los Idus de Mayo, bajo el segundo consulado de SECULAR y el de DONATO. [260.]

7. *Los Emperadores* DIOCLECIANO *y* MAXIMIANO, *Augustos y Césares, ó* JULIÁN.—Aunque, habiéndose dado las mismas prendas á muchos acreedores en diversos tiempos, sean considerados preferentes los primeros, sin embargo, se declara por la autoridad del derecho, que se anteponga á todos aquel con cuyo dinero se prueba que se compró el predio, que desde luego se convino que lo tuviera especialmente en prenda.

Subscrita á 16 de las Calendas de Febrero, bajo el consulado de los Augustos. [293—304.]

AUTÉNTICA *de triente et semisse.* § *Illud quoque in iudiciis.* (*Nov. 18. c. 10.*) — Asimismo, el poseedor que niega que la cosa sea de quien el actor asevera que es, si, probada la demanda, se empeña en re-

(12) *El ms. Veron. y también los mms. Pl. 1. 2. Bg. y la ed. Nbg.*; antea, *las ed. Schf. Hal. y las demás.*

(13) *Los mms. Veron. Pl. 1. 2.*; qui prior est tempore, *inserta la ed. Schf.*; priore tempore, *inserta el ms. Bg., y las ed. Nbg. Hal. y las demás; pero* tempore, *falta en todos los mms. de Russ. y en el cod. Gt.*

(14) *Los mms. Veron. Pist.*; II. Id., *Hal. y los demás.*

(15) II., *omítela el ms. Veron., el cual confirma lo demás de la indicación de la fecha.*

(16) *El ms. Veron., y Hal.*; obligatum, *insertan los demás mms. y ed.*

(17) S., *el ms. Veron.*

(18) XG., *el ms. Veron.*; XGI., *el ms. Pist.*

(19) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., y la ed. Nbg.*: pignoris, *insertan las demás ed.*

(20) *Los mms. Pl. 2. Bg., y la ed. Nbg*; esse, *omítenla el ms. Pl. 1., y las demás ed.*

(21) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., y la ed. Nbg.*; ea, *insertan las demás ed.*

Digitized by Google

re, dicens, ex hypotheca vel alia causa in eandem personam relata (1) se propinquiorem esse, quam qui movet causam, prius transferat possessionem, quam ius suum proponat.

8. *Iidem AA. et CC.* FABRICIO.—Diversis temporibus eadem re duobus iure pignoris obligata, eum, qui prior (2) data mutua pecunia pignus accepit, potiorem haberi (3), certi ac manifesti iuris est, nec alias secundum (4) distrahendi potestatem huius pignoris consequi, nisi superiori (5) creditori debita fuerit soluta quantitas.

S. prid. Kal. (6) Mai. Heracliae, AA. Conss. [293—304.]

9. *Iidem AA. et CC.* ASCLEPIODOTO. — Eos, qui acceperunt pignora, quum in rem habeant actionem, privilegiis omnibus, quae personalibus actionibus competunt, praeferri constitit (7).

Dat. III. (8) Non. Decemb. Caess. Conss. [294—305.]

10. *Iidem AA. et CC.* POLYDEUCAE (9). — Quum tibi pro dote, quam acceperat, res maritus (10) obligavit, eo mortuo hi, quibus easdem pignori dederat, non offerentes debitum, nulla possunt persequi ratione (11). Nam chirographarios (12) creditores nec in rem nec in personam eos, qui debitori non probantur successisse, ulla ratione convenire posse, manifestum est.

PP. Non. Decemb. Caess. Conss. [294—305.]

11. *Imp.* LEO A. ERYTHRIO *P. P.* — Scripturas, quae saepe assolent a quibusdam secrete fieri, intervenientibus amicis, nec ne, transigendi (13) vel paciscendi seu foenerandi vel societatis coeundae gratia, seu de aliis quibuscunque causis vel contractibus conficiuntur, quae idiochira (14) graeque appellantur, sive tota series earum (15) manu contrahentium vel notarii aut (16) alterius cuiuslibet scripta fuerit, ipsorum tamen habeant (17) subscriptiones, sive testibus adhibitis sive non, licet conditionales sint, quos vulgo tabularios appellant, sive non, quasi publice (18) scriptas (19), si personalis actio exerceatur, suum robur habere decernimus. Sin autem ius pignoris vel hypothecae ex huiusmodi instrumentis vindicare quis sibi contenderit, eum, qui instrumentis publice confectis nititur, praeponi decernimus (20), etiamsi posterior is (21) contineatur, nisi forte probatae atque intetener la cosa, diciendo que por virtud de hipoteca ó de otra causa relativa á la misma persona él es preferente al que promuéve la cuestión, transfiera la posesión antes de exponer su derecho.

8. *Los mismos Augustos y Césares á* FABRICIO.—Habiendo sido obligada por derecho de prenda en diversos tiempos una misma cosa á dos, es de derecho cierto y manifiesto, que es considerado preferente el que primero recibió la prenda por dinero dado en mútuo, y que el segundo no alcanza la facultad de enajenar esta prenda de otra suerte, sino si al anterior acreedor se le hubiere pagado la cantidad debida.

Sancionada en Heraclea á 1 de las Calendas de Mayo, bajo el consulado de los Augustos. [293—304.]

9. *Los mismos Augustos y Césares á* ASCLEPIODOTO.—Es constante, que los que recibieron prendas, como tienen acción real, sean preferidos á todos los privilegios que competen por las acciones personales.

Dada á 3 de las Nonas de Diciembre, bajo el consulado de los Césares. [294—305.]

10. *Los mismos Augustos y Césares á* POLIDEUCA.—Habiéndote tu marido obligado bienes por la dote que había recibido, muerto él, por ninguna razón pueden perseguirlos, no ofreciendo la deuda, aquellos á quienes había dado los mismos en prenda. Porque es evidente, que los acreedores quirografarios no pueden demandar por razón alguna ni con la acción real, ni con la personal, á los que no se prueba que le sucedieron al deudor.

Publicada las Nonas de Diciembre, bajo el consulado de los Césares. [294—305.]

11. *El Emperador* LEÓN, *Augusto, á* ERITRIO, *Prefecto del Pretorio.*—Mandamos, que, si se ejercitara una acción personal, tengan su propia fuerza las escrituras que muchas veces se suelen hacer en secreto por algunos, interviniendo, ó no, amigos, para transigir, ó pactar, ó prestar á interés, ó constituir una sociedad, ó que se hacen por otras cualesquiera causas ó contratos, que en griego se llaman escrituras privadas, ora si todo su contexto hubiere sido escrito por mano de los contratantes, ó de escribiente, ó de otro cualquiera, con tal, sin embargo, que tengan la firma de aquellos mismos, ora si se han presentado, ó no, testigos, aunque sean esclavos condicionales, que vulgarmente llaman *tabularios*, ó no lo sean, como si hubieran sido escritas en forma pública. Mas si alguno se empeñare en reivindicar para sí en virtud de tales instrumentos el derecho de prenda ó de

(1) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., y la ed. Nbg.;* delata, *las demás ed.*
(2) prius, *la ed. Schf.*
(3) habere, *el ms. Veron.*
(4) *Los mms. Veron. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los mms. de Russ., y las ed. Nbg. Hal.;* creditorem, *insertan las ed. Schf. Russ. y las demás, procediendo, sin duda, de la glosa esta palabra.*
(5) *Los mms. Veron. Pl. 1. 2., y Hal.;* priori, *el ms. Bg. y las demás ed.*
(6) Pd. id. K., *el ms. Pist., pero el ms. Veron. apoya toda la indicación de la fecha.*
(7) *Los mms. Veron. Pl. 1. 2. Bg., y las ed. Nbg. Schf. Hal.;* constat, *Russ. y los demás.*
(8) IIII., *ó* VII., *el ms. Veron., el cual concuerda con lo demás de la indicación de la fecha.*
(9) *El ms. Veron.;* Polideucae, Polideuciae, Policleucae, Polido, *los demás mms.;* Pollipeucae, *Hal. y los demás.*
(10) *Los mms. Veron. Pl. 1. 2. Bg., y la ed. Nbg.;* maritus res, *poniendose vulgarmente la coma despues de* maritus, *los demás.*
(11) rationem, *el ms. Veron.*
(12) chirographarii, *el ms. Veron.*
(13) nec non transig., *Hal. Bk., pero contra los mms. Veron. Pl. 1. 2. y las demas ed., en donde constantemente se lee* ne; *pero esta palabra faltaba en el ms. Bg. antes de la correccion.*
(14) *Así con letras latinas los mms. Veron. Pl. 1.;* ydiochira, *el ms. Pl. 2.;* ydeochira, *la ed. Schf.;* ydochyra, *el ms. Bg.* ἰδιοχειρα, *la ed. Nbg.;* ἰδιόχειρα, *los demás.*
(15) eorum, *los mms. Veron. Gt., y la ed. Schf.*
(16) *Los mms. Veron. Pl. 1. 2. Bg., y las ed. Nbg. Hal.;* vel, *las demas ed.*
(17) ipsorum contrahentium habeantur, *el ms. Pl. 1.*
(18) publices, *el ms. Veron.; acaso la* s *final sea comienzo de la silaba* sub. *Véase la siguiente nota.*
(19) *Los mms. Veron. Pl. 2. Gt., y las ed. Nbg. Hal.;* subscriptas, *los mms. Pl. 1. Bg.;* conscriptas, *las ed. Schf. Russ. y las demas.*
(20) decernimus, *omitenla los mms. Bg. Gt.*
(21) is, *falta en el ms. Bg. antes de la corrección;* iis, *el ms. Pl. 2.;* his, *el ms. Pl. 1., el ms. Bg. por reciente corrección, y Hal.*

Digitized by Google

grae opinionis trium vel amplius virorum subscriptiones eisdem idiochiris (1) contineantur; tunc enim quasi publice confecta accipiuntur.

Dat. Kal. Iul. Constantinop. MARCIANO et ZENONE Conss. [469.]

AUTHENT. *de instrumentorum cautela et fide.* § *Si quis igitur. et* § *Sed et si quis.* (*Nov. 73. c. 1. et 2.*)— Si quis vult caute deponere, non soli credat accipientis scripturae, sed advocet etiam testes idoneos et fide dignos non pauciores tribus. Sed et si quis aut mutui instrumentum aut alterius cuiuspiam contractus fecerit, et noluerit hoc specialiter (2) in publico confiteri, non ex ipso videatur credibile, quod scribatur super mutuo documentum, nisi etiam trium testium adhibeatur praesentia (3) fide dignorum, ut, sive veniant et subscriptionibus propriis attestentur, sive alii quidam (4) testificentur, quia (5) eis praesentibus confectum est documentum, fidem causa ex utroque (6) percipiat. Si tamen quisquam aut deponens aut mutuans aut alias contrahens contentus sit sola scriptura eius, cum quo contrahit, sciat, scripturam non sufficere ad probationem.

12. *Imp.* IUSTINIANUS *A.* IOANNI *P. P.*— Assiduis aditionibus mulierum inquietati sumus, per quas suas dotes deperditas esse lugebant, et ab anterioribus creditoribus substantias maritorum detentas. Nos itaque ad antiquas leges perspeximus (7), in personalibus actionibus rei uxoriae actioni, quam in praesenti sustulimus, magnam praerogativam praestantes, ut contra omnes paene personales actiones habeant privilegia et creditores alios antecedant, licet fuerint anteriores. Et hoc quum in personalibus statuerant actionibus, si (8) hypothecam respiciebant (9), illico iustitiae vigorem relaxabant, et senioribus hypothecis novas mulieris (10) hypothecas, si habebant actiones, expellebant, nec ad fragilitatem muliebrem respicientes, nec quod et corpore et substantia et omni vita sua maritus fungitur, quum paene mulieribus tota substantia in dote constituta est. Oportebat enim disponi, maritos creditoribus suis ex sua substantia satisfacere, non de dote muliebri (11), quam ad suos victus suasque alimonias mulier possidet, vel a semetipsa datam (12) vel pro ea ab alio.

§ 1.—Ad haec omnia respicientes, et reminiscentes, quod et alias duas constitutiones fecimus

hipoteca, mandamos que sea preferido el que se apoya en instrumentos hechos en forma pública, aunque éste sea expresado como posterior, á no ser acaso que en las mismas escrituras privadas se contengan las firmas de tres ó más indivíduos de buena é íntegra reputación; porque en este caso son admitidas como si hubieran sido hechas en forma pública.

Dada en Constantinopla las Calendas de Julio, bajo el consulado de MARCIANO y de ZENON. [469.]

AUTÉNTICA *de instrumentorum cautela et fide.* § *Si quis igitur.* y § *Sed et si quis.* (*Nov. 73. c. 1. y 2.*)— Si alguno quiere constituir cautamente un depósito, no dé crédito á la sola escritura del que lo recibe, sino que llame también testigos idóneos y fidedignos, en no menor número de tres. Pero también si alguno hubiere hecho un instrumento de mútuo ó de otro cualquier contrato, y no hubiere querido reconocerlo especialmente en público, no sea considerado digno de crédito por sí mismo el documento que se escribe sobre un mútuo, á no ser que también se agregue la presencia de tres testigos fidedignos, para que, ya si acuden y atestiguan con sus propias firmas, ya si otros cualesquiera prestan testimonio, porque estando ellos presentes se hizo el documento, adquiera éste fe por una y otra causa. Mas si alguno, ó al hacer un depósito, ó al realizar un mútuo, ó al contratar de otra manera se hubiera contentado con la sola escritura de aquel con quien contrata, sepa que tal escritura no es suficiente para prueba.

12. *El Emperador* JUSTINIANO, *Augusto, á* JUAN, *Prefecto del Pretorio.* — Nos hemos alarmado con los continuos recursos de mujeres, en los que se lamentan de haber perdido sus dotes, y de que los bienes de sus maridos fueron detentados por acreedores anteriores. En su consecuencia, hemos reflexionado sobre las antiguas leyes, que concedian una grande prerogativa respecto á las acciones personales á la acción de bienes de la mujer, que al presente hemos derogado, de suerte que tuvieran privilegios contra casi todas las acciones personales, y precedieran á otros acreedores, aunque fueren anteriores. Y habiendo establecido esto en cuanto á las acciones personales, atenuaban, al punto, si se referian á una hipoteca, el vigor de la justicia, y rechazaban con hipotecas más antiguas las hipotecas nuevas de la mujer, si tenían acciones, sin considerar la fragilidad de la mujer, y que el marido disfruta del cuerpo, de los bienes, y de toda su vida, puesto que para las mujeres casi todos los bienes están constituídos en la dote. Porque convenía que se dispusiera, que los maridos satisficiesen con sus propios bienes á sus acreedores, no con la dote de la mujer, que la mujer posee para su sustento y alimentación, ya dada por ella misma, ya por otro en lugar de ella.

§ 1.—Atendiendo á todo esto, y recordando que también hicimos otras dos constituciones auxilian-

(1) idiochiris, *omitenla el ms. Pl. 1., y Hal.*; ydiochiris, *la ed. Schf.*; ydyochiris, *el ms. Bg.*
(2) specialiter, *omitenla el ms. Pl. 1., y la ed. Nbg.*
(3) adhibeat praesentiam, *el ms. Pl. 1., y la ed. Nbg.*
(4) *El ms. Pl. 1., y la ed. Nbg.*; quidem, *las ed. Schf. y las demás.*
(5) quod, *Hal. Russ. Bk.*
(6) *El ms. Pl. 1.*; fidem ex utroque causa, *la ed. Nbg.*; fidem tamen ex utroque, *la ed. Schf.*; fidem eandem ex utraque causam, *Hal. y los demás. Véase la Nov. 73. c. 2.*
(7) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., y las ed. Schf. Russ.*; prospeximus, *el ms. Gt., y las ed. Schf. Russ.*; respeximus, *Cont. y los demás.*
(8) ad, *insertan las ed. Schf. Russ. Cont. 62., contra todos los mms. de Russ.*
(9) perspiciebant, *Russ. al márgen.*
(10) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Hal.*; mulieribus, *la ed. Schf.*; mulierum, *Russ. y los demás.*
(11) *Los mms. Pl. 1. 2. Gt., el ms. Bg. según corrección (antes* muliebris), *y la ed. Schf.*; mulieris, *las ed. Nbg. Hal. y las demás.*
(12) data, *los mms. Pl. 1. Bg.*

Digitized by Google

pro dotibus mulieribus subvenientes, et (1) omnia in unum colligentes sancimus, ex stipulatu actionem, quam mulieribus iam pro dote restituenda (2) dedimus, cuique etiam tacitam donavimus inesse hypothecam, potiora iura contra omnes habere mariti creditores, licet anterioris sint temporis privilegio vallati. Quum enim in personalibus actionibus, secundum quod diximus, tali privilegio utebatur res uxoria, quapropter non (3) in hypotheca hoc mulieri et (4) nunc indulgemus beneficium, licet res dotales vel ex his aliae comparatae non exstent, sed quocunque modo vel dissipatae vel consumtae sint, si tamen re ipsa fuerint parti mariti datae? Quis enim earum (5) non miscreatur (6) propter obsequia, quae maritis praestant, propter partus periculum et ipsam liberorum procreationem (7), pro qua (8) multa nostris legibus inventa sunt privilegia? Et ideo quod antiquitas quidem dare incepit, ad effectum autem non pertulit, nos pleno legis articulo consummavimus, et, sive liberos habeat (9) mulier, sive ab initio non habuit, sive progenitos amisit, hoc ei privilegium indulgemus. Exceptis videlicet contra novercas anterioris matrimonii filiis, quibus pro dote matris suae iam quidem (10) dedimus hypothecam contra paternas res vel eius creditores, in praesenti autem similem (11) praerogativam servamus, ne (12), quod posteriori datum est uxori, hoc anteriori denegetur, sed sic maneat eis ius incorruptum, quasi adhuc vivente matre eorum; duabus enim dotibus ab eadem substantia debitis, ex tempore praerogativam manere volumus.

§ 2.—Haec autem tantum ad dotem sancimus, non ad (13) ante nuptias donationem, quam suo tempori servire (14) disponimus et habere inter creditores sui temporis ordinem. Non enim pro lucro fovemus mulieres, sed ne damnum patiantur suisque rebus defraudentur, curamus.

§ 3.—Quam legem ex praesenti tempore locum habere sancimus, et non retrorsum referimus.

Dat. V. Kal. Decemb. Constantinop. post consulatum LAMPADII et ORESTIS VV. CC. [531.]

AUTHENT. *de aequalitate dotis. § His consequens. et § sequ. (Nov. 97. c. 3. et 4.)* — Quo iure utatur et adversus eos, qui personali privilegio muniuntur, veluti quorum pecunia res emtae sunt sive refectae, nisi qui nova constitutione sunt excepti, sicut qui emendae militiae causa marito in scriptis mutuarunt (15).

do á las mujeres respecto á las dotes, y reuniéndolo todo, mandamos, que la acción por lo estipulado, que ya dimos á las mujeres para que fuese restituída la dote, y á la cual también concedimos que fuese inherente una hipoteca tácita, tenga derechos preferentes contra todos los acreedores del marido, aunque estén protegidos por el privilegio de ser de tiempo anterior. Porque disfrutando de tal privilegio los bienes de la mujer respecto á las acciones personales, según lo que hemos dicho, ¿por qué razón no le concedemos también ahora á la mujer este beneficio respecto á la hipoteca, aunque no existan los bienes dotales ú otros comprados con ellos, sino que de algún modo hayan sido ó disipados ó consumidos, si, no obstante, hubieren sido en realidad dados á la parte del marido? ¿Quién, pues, no se compadecerá de ellas por las atenciones que les guardan á los maridos, por el peligro del parto, y por la misma procreación de los hijos, á favor de la cual se inventaron muchos privilegios en nuestras leyes? Y por lo tanto, lo que ciertamente comenzó á dar la antigüedad, pero que no lo llevó á cabo, lo consumamos nosotros con un pleno artículo de ley, y, ora si la mujer tuviera hijos, ora si no los tuvo desde un principio, ora si perdió los procreados, les concedemos este privilegio. Exceptuándose, por supuesto, contra las madrastras los hijos del anterior matrimonio, á los cuales les dimos hace ya tiempo respecto á la dote de su madre hipoteca sobre los bienes del padre ó contra los acreedores de éste, pero á los que les conservamos al presente igual prerogativa, á fin de que no se deniegue á la anterior lo que se le dió á la mujer posterior, sino que de esta manera les quede incólume á aquellos su derecho, como si todavía viviera su madre; porque debiéndose dos dotes por unos mismos bienes, queremos que subsista la prerogativa por razón del tiempo.

§ 2.—Mas esto lo sancionamos sólo para la dote, no para la donación de antes de las nupcias, la cual disponemos que esté sujeta á su propio tiempo, y que tenga entre los acreedores el orden de su tiempo. Porque no favorecemos á las mujeres para lucro, sino que procuramos que no sufran quebranto y no sean defraudadas en sus bienes.

§ 3.—Mandamos que esta ley tenga aplicación desde el tiempo presente, y no la referimos al pasado.

Dada en Constantinopla á 5 de las Calendas de Diciembre, después del consulado de LAMPADIO y de ORESTE, varones esclarecidos. [531.]

AUTÉNTICA *de aequalitate dotis. § His consequens y § siguiente. (Nov. 97. c. 3. y 4.)*—De cuyo derecho use aun contra los que están protegidos por privilegio personal, como aquellos con cuyo dinero se compraron ó se restauraron bienes, á no ser los que fueron exceptuados por la nueva constitución, como los que por escritura dieron en mútuo al marido para comprar algún cargo.

(1) *Los mms. Pl. 1. 2. Gt., el ms. Bg. según la primera escritura, y las ed. Nbg Hal.;* haec, *insertan las ed. Schf. Russ. y las demás.*

(2) *Las ed. Nbg. Hal. Bk.;* instituendam, *el ms. Bg. en virtud de la corrección, y Russ. al márgen;* instituenda, *los mms. Pl. 1. 2., y las ed. Schf. Russ. y las demás.*

(3) et, *insertan los mms. Pl. 1. 2. Bg., y en los mms. Pl. 2. Bg. faltan* etiam nunc, *que siguen después.*

(4) *Los mms. Pl. 1. Gt., y las ed. Nbg. Hal.:* etiam, *las ed. Schf. Russ. y las demás. Véase la nota anterior.*

(5) eas, *los mms. Pl. 1. 2. Bg.;* eis, *la ed. Schf.*

(6) miseretur, *los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf.*

(7) creationem, *los mms. Pl. 1. Bg. Gt., y la ed. Schf.*

(8) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., todos los mms. de Russ., y Hal. Bk.;* per quam, *la ed. Schf.;* pro quibus, *las ed. Nbg. Russ. y las demás.*

(9) habet, *los mms. Pl. 1. 2. Bg., y la ed. Schf.*

(10) quidem, *omítenla los mms. Pl. 1. 2. Gt.*

(11) eis, *insertan el ms. Bg., y Hal. Russ. Cont. 62. Sp. contra todos los mms. de Russ.*

(12) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los mms. de Russ., y las ed. Nbg. Hal.;* ius, *insertan las ed. Schf. Russ. y las demás.*

(13) ad, *omítenla los mms. Pl. 1. Bg. Gt.;* autem, *Hal.;* autem ad, *la ed. Nbg.*

(14) servari, *el ms. Pl. 2.;* servare, *y antes* tempore, *la ed. Schf.*

(15) sicuti illi, quorum pecunia militia empta est, et hoc in scriptis probato, *la ed. Nbg.*

Digitized by Google

AUTHENT. *ut exactione instante dotis.* § *His igitur.* (*Nov. 91. c. 1.*) — Si quid ex rebus ipsius dotis appareat, mulieri, cui et in rem actio competit, vel filiis eius servetur; alioquin sive supersint ambae mulieres, sive defecerint, sive altera duntaxat exstet, prior omnino seu quaelibet soboles eius superior habeatur; quod nova constitutione factum est apertius.

AUTÉNTICA *ut exactione instante dotis.* § *His igitur.* (*Nov. 91. c. 1.*) — Si apareciera alguna cosa de los bienes de la misma dote, resérvese para la mujer, á quien también le compete la acción real, ó para sus hijos; de otra suerte, ora si sobrevivieran ambas mujeres, ora si hubieren fallecido, ora si solamente sobrevive una de ellas, sea en absoluto considerada preferente la primera, ó cualquier descendencia suya; lo que más claramente se estableció en la nueva constitución.

TIT. XIX [XVIII]

DE HIS, QUI IN PRIORUM CREDITORUM LOCUM SUCCEDUNT

1. *Impp.* SEVERUS *et* ANTONINUS *AA.* MARCELLINAE.—Non omnimodo succedunt in locum hypothecarii creditoris hi, quorum pecunia ad creditorem transit. Hoc enim tunc observatur, quum is, qui pecuniam postea dat, sub hoc pacto credat, ut idem pignus ei obligetur, et in locum eius succedat. Quod quum in tua persona factum non sit (iudicatum est enim, te pignora non accepisse), frustra putas, tibi auxilio opus esse constitutionis nostrae ad eam rem pertinentis.

PP. Id. Iul. POMPEIANO et AVITO Conss. [209.]

2. *Imp.* ANTONINUS *A.* FELICI.—Quum pro patre, in cuius potestate non eras, pecuniam fisco inuleris, et iure privilegio eius successisti, et eius locum, cui pecuniam numerasti, consecutus es, nec hi creditores patris tui, qui personalem habuerunt actionem vel cum eo postea sub pignoribus contraxerunt, pignora tua te ignorante distrahendo iuri tuo aliquid derogaverunt. Unde intelligis, si quid tuo nomine te absente ab actoribus tuis solutum est, ut indebitum numeratum restitui, pignoraque tibi nexa (1) persequi te posse.

PP. Kal. Octob. Romae, SABINO II. et ANULINO Conss. [216.]

3. *Imp.* ALEXANDER *A.* VALENTI. — Si potiores creditores pecunia tua dimissi sunt, quibus obligata fuit possessio, quam emisse te dicis, ita (2) ut pretium perveniret (3) ad eosdem priores creditores, in ius eorum successisti, et contra eos, qui infirmiores (4) illis fuerunt, iusta defensione te tueri potes.

PP. Kal. Februar. IULIANO II. et CRISPINO Conss. [224.]

4. *Impp.* DIOCLETIANUS *et* MAXIMIANUS *AA.* CARPOPHORO.—Si prior respublica contraxit fundusque ei est obligatus, tibi secundo creditori offerenti (5) pecuniam potestas est, ut succedas etiam in ius reipublicae.

PP. XV. Kal. Iun. MAXIMO II. et AQUILINO Conss. [286.]

TÍTULO XIX [XVIII]

DE LOS QUE SUCEDEN EN EL LUGAR DE ACREEDORES ANTERIORES

1. *Los Emperadores* SEVERO *y* ANTONINO, *Augustos, á* MARCELINA. — No siempre suceden en el lugar de un acreedor hipotecario aquellos cuyo dinero pasa al acreedor. Porque esto se observa siempre y cuando el que después da el dinero lo preste con esta condición, de que se le obligue la misma prenda, y él suceda en su lugar. Y no habiéndose hecho esto respecto á tu persona, (pues se falló que tú no recibiste prendas), en vano crees que es necesario que tengas el auxilio de nuestra constitución relativa á este particular.

Publicada los Idus de Julio, bajo el consulado de POMPEYANO y de AVITO. [209.]

2. *El Emperador* ANTONINO, *Augusto, á* FÉLIX.—Puesto que por tu padre, bajo cuya potestad no estabas, le pagaste una cantidad al fisco, y con derecho sucediste en el privilegio de éste, y obtuviste el lugar de aquel á quien le entregaste el dinero, ni los acredores de tu padre, que tuvieron acción personal, ó que con él contrataron después mediante prendas, quitaron cosa alguna á tu derecho enajenando, sin saberlo tú, tus prendas. Por lo cual, ten entendido, que, si estando tú ausente se pagó en tu nombre alguna cosa por tus administradores, puedes perseguir que se te restituya como indebido lo pagado, y las prendas que se te obligaron.

Publicada en Roma las Calendas de Octubre, bajo el segundo consulado de SABINO y el de ANULINO. [216.]

3. *El Emperador* ALEJANDRO, *Augusto, á* VALENTE.—Si con tu dinero fueron pagados los acreedores preferentes á quienes estuvo obligada la posesión, que dices que compraste con la condición de que el precio fuese á poder de los mismos acreedores preferentes, sucediste en el derecho de los mismos y puedes ampararte con justa defensa contra los que fueron menos preferentes que ellos.

Publicada las Calendas de Febrero, bajo el segundo consulado de JULIÁN y el de CRISPÍN. [224.]

4. *Los Emperadores* DIOCLECIANO *y* MAXIMIANO, *Augustos, á* CARPÓFORO.—Si la república contrató primero y se le obligó un fundo, tienes la facultad, ofreciéndole su dinero como segundo acreedor, de suceder también en el derecho de la república.

Publicada á 15 de las Calendas de Junio, bajo el segundo consulado de MÁXIMO y el de AQUILINO. [286.]

(1) **innexa**, *los mms. Pl. 1. Bg., y la ed. Schf.*
(2) **ita**, *omitela Hal., contra nuestros cód.*
(3) **proveniret**, *el ms. Pl. 1.*
(4) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., todos los mms. de Russ., Cuyacio, y Bk.:* inferiores, *las demás ed.*
(5) offerendi, *el ms. Pl. 2., y la ed. Schf.*

Digitized by Google

TIT. XX [XIX]

SI ANTIQUIOR CREDITOR PIGNUS VENDIDERIT

1. *Imp.* ALEXANDER *A.* ATHENIONI (1). — Si vendidisset (2), qui ante pignus accepit, persecutio tibi hypothecaria superesse non posset. Quum autem debitor ipsi (3) priori creditori eadem pignora in solutum dederit vel vendiderit, non magis tibi persecutio ademta est, quam si aliis easdem res debitor vendidisset. Sed (4) ita persequens res obligatas audieris, si, quod eidem possessori propter praecedentis contractus auctoritatem debitum est, obtuleris.

PP. Id. Mai. (5) AGRICOLA et CLEMENTINO Conss. [230.]

2. *Impp.* DIOCLETIANUS *et* MAXIMIANUS *AA. et CC.* EUDEMIAE (6). — Obligata pignoris iure creditore recte distrahente, post debitor, emtori pretium offerens, vel creditori quod debuit, evincere non potest.

S. (7) XVI. Kal. Ianuar. AA. Conss. [293 – 304.]

3. *Iidem AA. et CC.* THEOPHILO. — Quominus creditor, qui ante (8) pignus accepit, distrahat, non offerendo secundus priori debitum interpellare non potest.

Dat. VI. Kal. (9) April. Caess. Conss. [294—305.]

TIT. XXI [XX]

SI COMMUNIS RES PIGNORATA (10) SIT

1. *Imp.* ANTONINUS *A.* VENUSTO.—Frater tuus (11), sicut vobis invitis portionem vobis competentem obligare non potuit, ita suam dando obligationem creditori quaesivit. Unde intelligis (12), contractum eius nullum praeiudicium dominio (13) vestro facere potuisse.

Accepta III. (14) Kal. Decemb. MESSALA et SABINO Conss. [214.]

TIT. XXII [XXI]

DE PRAETORIO PIGNORE ET UT IN ACTIONIBUS ETIAM (15) DEBITORUM MISSIO PRAETORII PIGNORIS PROCEDAT

1. *Imp.* IUSTINIANUS *A.* MENNAE *P. P.*—Si praetorium pignus quicunque iudices dandum alicui perspexerint (16), non solum super rebus mobilibus et immobilibus et se moventibus, sed etiam super actionibus, quae debitori competunt, praecipimus hoc eis licere decernere.

(1) Thenio, Etheni », Anthemoni, *algunos mms.*
(2) vendiderit, *Hal., contra nuestros cód.*
(3) ipse, *parece que leyeron los autores de las Bas., en las que se dice ὁ χρεώστης αὐτός.*
(4) et, *el ms. Pl. 2.*
(5) Id. Mai., *omítelas Hal.:* V. Id. Mai., *el ms. Pist.*
(6) Eudemiae, *algunos mms.*
(7) S., *omítela el ms. Pist., el cual continúa luego así:* XGI. id. K. Ianuar.
(8) *Los mms. Pl. 1. Bg., y la ed. Nbg.;* antea, *el ms. Pl. 2., y las demás ed.*
(9) *El ms. Pist., omitiendo* Dat., *dice así:* Siti, *(debiéndose escribir acaso* Sirmii) III. K.
(10) *Los mms. Pist. Cas. Vat. Pl. 2. Bg. Gt., y Hal.;* pignori data, *el ms. Pl. 1., y las ed. Nbg. Russ. y las demás.*

TÍTULO XX [XIX]

DE SI EL ACREEDOR MÁS ANTIGUO HUBIERE VENDIDO LA PRENDA

1. *El Emperador* ALEJANDRO, *Augusto, á* ATENION. —Si el que recibió antes la prenda la hubiese vendido, no te podría quedar la acción persecutoria de la hipoteca. Mas cuando el deudor hubiere dado en pago ó vendido al mismo acreedor anterior las mismas prendas, no se te quitó la acción persecutoria de otra suerte que si el deudor hubiese vendido á otros las mismas cosas. Pero al perseguir las cosas obligadas serás oido, si ofrecieres lo que por virtud de la autoridad del anterior contrato se le debió al mismo poseedor.

Publicada los Idus de Mayo, bajo el consulado de AGRÍCOLA y de CLEMENTINO. [230.]

2. *Los Emperadores* DIOCLECIANO *y* MAXIMIANO, *Augustos y Césares, á* EUDEMIA. — Vendiendo debidamente el acreedor las cosas obligadas por derecho de prenda, no puede después el deudor hacer evicción de las mismas, ofreciendo el precio al comprador, ó al acreedor lo que le debía.

Sancionada á 16 de las Calendas de Enero, bajo el consulado de los Augustos. [293—304.]

3. *Los mismos Augustos y Césares á* TEÓFILO. — No ofreciendo el segundo al primero la deuda, no puede impedir que el acreedor, que antes recibió la prenda, la enajene.

Dada á 6 de las Calendas de Abril, bajo el consulado de los Césares. [294—305.]

TÍTULO XXI [XX]

DE SI SE HUBIERA DADO EN PRENDA UNA COSA COMUN

1. *El Emperador* ANTONINO, *Augusto, á* VENUSTO. —Así como tu hermano no pudo obligar contra vuestra voluntad la porción que os compete, así también contrajo obligación para su acreedor dando la suya. Por donde ves que su contrato no pudo causar perjuicio alguno á vuestro dominio.

Aceptada á 3 de las Calendas de Diciembre, bajo el consulado de MESSALA y de SABINO. [214.]

TÍTULO XXII [XXI]

DE LA PRENDA PRETORIA Y DE QUE SEA PROCEDENTE LA CONCESIÓN DE PRENDA PRETORIA TAMBIÉN SOBRE LAS ACCIONES DE LOS DEUDORES

1. *El Emperador* JUSTINIANO, *Augusto, á* MENNA, *Prefecto del Pretorio.*—Si cualesquiera jueces hubieren visto que se le debía dar á alguien prenda pretoria, mandamos que les sea lícito decretarla no sólo sobre los bienes muebles é inmuebles y semovientes, sino también sobre las acciones, que le competen al deudor.

(11) *Los mms. Pl. 1. Bg., y Hal.:* vester, *el ms. Pl. 2., y las demás ed.*
(12) *Los mms. Pl. 1. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Hal.;* intelligitis, *el ms. Pl. 2., y las ed. Schf. Russ. y las demás.*
(13) domino, *Pac., sin duda por errata, que conservan despues Sp. Bk.*
(14) XIIII., *el ms. Pist., el cual omite* Conss., *pero confirmando lo demás.*
(15) *Los mms. Cas. Vat. Pl. 1. 2. Bg. Gt., las ed. Schf. Hal. Russ. Cont. 62., y S. Perus.;* etiam, *omítenla las ed. Nbg. Cont. 66. y las demás.*
(16) prospexerint, *los mms. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf. Hal.*

Digitized by Google

Dat. Kal. April. Constantinop. Decio V. C. Cons. [529.]

2. *Idem A.* Iuliano *P. P.*— Veteris iuris dubitationem decidentes, ad duplum genus hypothecarum respeximus, unum quidem, quod ex conventionibus et pactis hominum nascitur, aliud, quod a iudicibus datur et praetorium nuncupatur. Et quum invenimus, in conventionalibus pignoribus vel hypothecis non solum tenentem creditorem adiuvari, sed etiam si ab (1) ea possessione cadat, sive sua culpa, sive non, sive fortuito casu, humanius esse perspeximus (2), et in praetorio pignore dare recuperationem creditori, quocunque modo possessionem amittat, sive culpa sua, sive non, sive fortuito casu. Licet enim debuerat incumbere suo pignori, ne aliquam patiatur (3) iacturam, tamen, ne quid amarum in (4) creditoribus consequatur, benignius causam interpretamur et ei (5) recuperationem donamus.

Dat. Kal. Aug. Constantinop. Lampadio et Oreste VV. CC. Conss. [530.]

Dada en Constantinopla las Calendas de Abril, bajo el consulado de Decio, varón esclarecido. [529.]

2. *El mismo Augusto á* Julián, *Prefecto del Pretorio.*—Al resolver una duda del antiguo derecho, hemos atendido á las dos clases de hipotecas, una, que nace de las convenciones y de los pactos de los hombres, y otra, que se da por los jueces y se llama pretoria. Y como hemos hallado que en las prendas ó hipotecas convencionales no solamente se auxilia al acreedor que las tiene, sino también si decayera de esta posesión, ora por su culpa, ora sin ella, ora por caso fortuito, hemos considerado que es más humano darle al acreedor también respecto á la prenda pretoria acción para recuperarla, cualquiera que sea el modo como pierda la posesión, ya por su culpa, ya sin ella, ya por caso fortuito. Porque aunque habría debido estar sobre su prenda, para no sufrir quebranto alguno, sin embargo, á fin de que no se llegue á alguna cosa dura respecto á los acreedores, interpretamos el caso más benignamente y le damos acción para recuperarla.

Dada en Constantinopla las Calendas de Agosto, bajo el consulado de Lampadio y de Oreste, varones esclarecidos. [530.]

TIT. XXIII [XXII]

SI IN CAUSA IUDICATI PIGNUS CAPTUM SIT

1. *Imp.* Antoninus *A.* Gabinio. — Res ob causam iudicati (6) eius iussu, cui ius iubendi fuit, pignoris iure teneri ac distrahi posse, saepe rescriptum est. Nam in vicem iustae obligationis succedit ex causa contractus auctoritas iubentis.

PP. V. Kal. (7) August. Romae, Antonino A. IV. et Balbino Conss. [213.]

2. *Imp.* Alexander *A.* Valeriano (8). — Quum in causa iudicati aliqua res pignori capitur, per officium eius, qui ita decrevit, venumdari solet, non per eum, qui iudicatum fieri postulavit. Et si alio emtore non exsistente, vel exsistente quidem, sed non dignum pretium offerente, is, cui iudicatus satis non fecit, ad licitationem secundum constituta fuerit admissus, cuiuslibet alterius vice ex officio emere debet.

PP. VI. Kal. Mai. Maximo II. et Aeliano Conss. [223.]

3. *Imp.* Gordianus *A.* Antigono (9). — In causa iudicati pignora ex auctoritate praesidis capta potius distrahi, quam iure dominii possideri consueverunt. Si tamen per calliditatem condemnati emtor inveniri non potest, tunc auctoritate principis dominium creditori addici solet.

PP. Id. August. Gordiano A. et Aviola Conss. [239.]

TÍTULO XXIII [XXII]

DE SI SE HUBIERA TOMADO PRENDA POR CAUSA DE LO JUZGADO

1. *El Emperador* Antonino, *Augusto, á* Gabinio. —Muchas veces se respondió por rescripto, que por causa de lo juzgado se podian tener con derecho de prenda y enajenar bienes por mandato del que tuvo derecho para mandarlo. Porque por causa de un contrato sucede en el lugar de una justa obligación la autoridad del que manda.

Publicada en Roma á 5 de las Calendas de Agosto, bajo el cuarto consulado de Antonino, Augusto, y el de Balbino. [213.]

2. *El Emperador* Alejandro, *Augusto, á* Valeriano.—Cuando por causa de lo juzgado se toma en prenda alguna cosa, suele ser vendida por los oficiales del que así lo decretó, no por el que pidió que se ejecutase lo juzgado. Y si no habiendo otro comprador, ó habiéndolo en verdad, pero no ofreciendo un precio conveniente, hubiere sido admitido á la licitación conforme á lo establecido aquel á quien el condenado no pagó, debe comprar á los oficiales en lugar de otro cualquiera.

Publicada á 6 de las Calendas de Mayo, bajo el segundo consulado de Máximo y el de Eliano. [223.]

3. *El Emperador* Gordiano, *Augusto, á* Antígono.—Fué costumbre, que se enajenaran, mas bien que se poseyeran con derecho de dominio, las prendas tomadas con la autoridad del presidente por causa de lo juzgado. Pero si por ardid del condenado no se puede encontrar comprador, se suele entonces adjudicar al comprador el dominio por autoridad del príncipe.

Publicada los Idus de Agosto, bajo el consulado de Gordiano, Augusto, y de Aviola. [239.]

---

(1) ab, *omitenla los mms. Pl. 1. 2.*
(2) prospeximus, *los mms. Pl. 1. Bg.;* respeximus, *la ed. Schf.*
(3) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los mms. de Russ., y las ed. Nbg. Hal. Bk.;* inde, *insertan las ed. Schf. y las demas.*
(4) in, *omitela el ms. Pl. 1.*
(5) rei, *el ms. Bg.*

(6) *Los mms. Pl. 1. 2. Gt., todos los mms. de Russ., las ed. Nbg. Schf. Hal., y Cuyacio;* datas, *insertan Russ. y los demas. y la misma palabra pone despues de* Res *el ms. Bg., en virtud de correccion.*
(7) pp. id. K. et, *y despues* ant. a. iun. et, *el ms. Pist.*
(8) Valenti, *algunos mms.*
(9) Anticono, *algunos mms.*

Digitized by Google

TIT. XXIV [XXIII]

SI PIGNUS PIGNORI DATUM SIT

1. *Imp.* GORDIANUS *A.* LAMPONI (1). — Etiam id, quod pignori obligatum est, a creditore pignori obstringi (2) posse, iamdudum placuit, scilicet ut sequenti creditori utilis actio detur, tamdiuque eum is, qui ius repraesentat, tueatur, quamdiu in causa pignoris manet eius, qui dedit. Sed si vos usumfructum possessionis tantummodo pignori dedistis, isque, qui accepit, alii eam possessionem, cuius usumfructum nexum habebat, sine vestra voluntate pignoravit (3), creditor eius id, in quo (4) pignoris vinculum non constitit, distrahens, dominio vos privare nequivit. Quod si non fuit vestro creditori ususfructus, sed ipsa possessio pignorata, et ante exsolutam a domino (5) pecuniam creditor secundus pignus acceptum vendidit, non posse venditionem post soluta pecunia (6) rescindi, divorum principum placitis continetur.

PP. Id. Septemb. PIO et PONTIANO Conss. [238.]

2. *Impp.* DIOCLETIANUS *et* MAXIMIANUS *AA.* GEMELLO.—Si creditor possessionem, quae a parentibus tuis pignoris iure (7) fuerat obligata, non vendidit, sed alii creditori pignori dedit, examinata fide veri poteris eam soluto eo, quod ex hac (8) causa creditori debetur, intercessu praesidis provinciae recuperare.

PP. XIII. (9) Kal. Ianuar. ipsis IV. et III. AA. Conss. [290.]

TIT. XXV [XXIV]

DE PARTU PIGNORIS ET OMNI CAUSA

1. *Imp.* ALEXANDER *A.* MESTRIANO. — Partus pignoratae ancillae in pari causa esse (10), qua mater est (11), olim placuit.

PP. Id. Mai. AGRICOLA et CLEMENTINO (12) Conss. [230.]

2. *Impp.* DIOCLETIANUS *et* MAXIMIANUS *AA. et CC.* (13) ANNOSO (14) *et* ANTONINO.—Quum pignoris titulo mancipia vos obligasse pro mutua, quam accepistis, pecunia proponatis, horum mancipiorum operis, quas creditor accepit vel (15) quas percipere potuit, in usuras computatis, et post in sortem, extenuato debito residuum offerentibus vel, si non accipiat, consignatum deponentibus mancipia vobis praeses provinciae restitui iubebit.

(1) et aliis, *añaden Hal. y los demás, contra los mms. Pist. Cas. Vat. Pl. 1. Bg., la ed. Nbg., y S. Perus.*
(2) astringi, *el ms. Bg.*
(3) *Los mms Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Schf. Hal. Bk.;* pignoraverit, *las demás ed.*
(4) in id quod, *los mms. Pl. 2. Bg. Gt., y la ed. Schf.;* in id quo, *el ms. Pl. 1.;* in, *omitenla las ed. Nbg. Hal.;* quod, *se halla en todos los mms. de Russ.*
(5) a domino, *omitelas Cuyacio; estas mismas palabras se repiten después de* soluta *en el ms. Pl. 2.*
(6) *El ms. Bg. según la primera escritura, Russ. al márgen, y Cuyacio;* post solutam pecuniam, *el ms. Pl. 2. y todas las ed.*
(7) iuri, *Pac. Sp.*
(8) hac, *omitela el ms. Bg.;* ea, *las ed. Nbg. Hal.;* ex causa crediti, *el ms. Gt.*

TÍTULO XXIV [XXIII]

DE SI SE HUBIERA DADO EN PRENDA UNA PRENDA

1. *El Emperador* GORDIANO, *Augusto, á* LAMPON. —Hace tiempo que se determinó, que se podia empeñar por el acreedor también lo que se obligó en prenda, por supuesto, de suerte que se le dé al segundo acreedor una acción útil, y lo ampare el que representa el derecho, por tanto tiempo cuanto la cosa permanece en la condición de prenda del que la dió. Pero si vosotros distéis en prenda solamente el usufruto de una posesión, y el que lo recibió pignoró á otro sin vuestra voluntad la posesión, cuyo usufruto tenia obligado, su acreedor no pudo, enajenando aquello sobre que no fué válida la obligación de la prenda, privaros del dominio. Mas si no se le pignoró á vuestro acreedor el usufruto, sino la misma posesión, y el segundo acreedor vendió la prenda recibida antes que por el dueño hubiese sido pagada la cantidad, se contiene en las decisiones de los divinos príncipes, que después, pagado el dinero, no se podía rescindir la venta.

Publicada los Idus de Septiembre, bajo el consulado de Pio y de PONCIANO. [238.]

2. *Los Emperadores* DIOCLECIANO *y* MAXIMIANO, *Augustos, á* GEMELO. — Si el acreedor no vendió, sino que dió en prenda á otro acreedor, la posesión que por tus padres habia sido obligada por derecho de prenda, podrás, examinada la verdad del caso, recuperarla por mediación del presidente de la provincia, habiéndose pagado lo que por esta causa se le debe al acreedor.

Publicada á 13 de las Calendas de Enero, bajo el cuarto y el tercer consulado de los mismos Augustos. [290.]

TÍTULO XXV [XXIV]

DEL PARTO DE UNA PRENDA Y DE TODOS SUS INCREMENTOS

1. *El Emperador* ALEJANDRO, *Augusto, á* MESTRIANO.—De antiguo se determinó, que los partos de una esclava dada en prenda estaban en condición igual á la en que se halla la madre.

Publicada los Idus de Mayo, bajo el consulado de AGRÍCOLA y de CLEMENTINO. [230.]

2. *Los Emperadores* DIOCLECIANO *y* MAXIMIANO, *Augustos y Césares, á* ANNOSO *y* ANTONINO —Puesto que exponéis que á título de prenda obligastéis esclavos por dinero que recibistéis en mútuo, el presidente de la provincia mandará, que, disminuida la deuda habiéndose computado para los intereses, y después para el capital, el producto de los trabajos de los esclavos, que el acreedor recibió ó que pudo percibir, se os restituyan los esclavos, ofreciendo vosotros lo restante, ó, si aquel no lo recibiera, depositándolo sellado.

(9) XVI., *el ms. Pist., y Russ. al márgen.*
(10) esse, *omitenla los mms. Pl. 1. Bg. según la primera escritura, y Hal.*
(11) mater esse, *el ms. Pl. 1. según la primera escritura;* matrem esse, *Hal.;* mater eius olim fuerat, *la ed. Schf. omitiendo* olim, *que sigue inmediatamente después.*
(12) clemte., *omitiendo* et, *el ms. Pist., que concuerda con todo lo demás.*
(13) *Los mms. Pist. Cas. Vat. Pl. 1.;* et CC., *omitenlas el ms. Bg., y las ed.;* et C., *S. Perus.*
(14) Nonnoso, Nonoso, Nonsono, *nuestros mms.*
(15) eis, *insertan los Bg. Pl. 1. 2., y la ed. Schf.*

Digitized by Google

S. V. Kal. Ianuar. AA. Conss. [293—304.]

TIT. XXVI [XXV]

DE REMISSIONE PIGNORIS

1. *Impp.* SEVERUS *et* ANTONINUS *AA.* PROCULO.—Si te manumissum et in libertate moratum sciente ea, cui pignoris nomine obligatus diceris, praesidi probaveris, ex consensu creditricis remissam pignoris obligationem apparebit, et per hoc iure te (1) manumissum, nec ab herede creditricis (2) in servitutem peti posse, certum (3) est.

PP. XII. Kal. Mai. ANTONINO A. II. et GETA II. (4) Conss. [205.]

2. *Iidem AA.* (5) MATERNO. — Si probaveris, te fundum mercatum, possessionemque eius tibi traditam sciente et consentiente ea, quae sibi eum a venditore obligatum dicit, exceptione eam (6) removebis. Nam obligatio pignoris consensu et (7) contrahitur et dissolvitur.

PP. II. (8) Id. Feb. ANTONINO A. III. et GETA III. (9) Conss. [208.]

3. *Imp.* ALEXANDER *A.* TAURO.—Si ignorante vel invito te debitor tuus, qui universa bona sua ob pecuniam debitam tibi obligaverat, etsi (10) cum republica, postea contraxit, ius tuum non laesit.

PP. III. Id. April. ALBINO et MAXIMO Conss. [227.]

4. *Imp.* GORDIANUS *A.* AQUILINO. — Quum te a debitore mercatum proponas eam rem, quae alii pignorata erat, si sciente eo ac pignus suum remittente eam mercatus es, quum eius consensu nexus pignoris evanuerit, si non nova voluntas intercesserit, quae denuo obligationem pignoris constitueret (11), ea res velut obstricta non potest vindicari.

PP. XI. Kal. Mai. GORDIANO A. et AVIOLA Conss. [239.]

5. *Idem A.* ASCLEPIADI.— Debitum, cuius meministi, quod per pacti conventionem inutiliter factam remisisti, etiam nunc petere non vetaris et usitato more pignora vindicare.

PP. VI. (12) Id. Septemb. GORDIANO A. II. et POMPEIANO Conss. [241.]

6. *Impp.* DIOCLETIANUS *et* MAXIMIANUS *AA.* ARGIO. — Si eo tempore, quo praedium distrahebatur, programmate admoniti creditores, quum praesen-

(1) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., y las ed. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont. 62. 66. 76. Bk.;* te, *omitenla Cont. 71. y los demás.*
(2) debitricis, *los mms. Pl. 1. Bg. Gt., y la ed. Schf.:* debitoris, *var. l. gl.*
(3) manifestum, *los mms. Pl. 1. Bg.*
(4) II., *omitela Bk.*
(5) Imp. Ant. A. [AA.], *los mms. Pist. Vat. Pl. 1. 2. Bg., la ed. Nbg., y S. Perus.*
(6) eam, *omitenla los mms. Pl. 1. Bg., y todos los mms. de Russ.*

Sancionada á 5 de las Calendas de Enero, bajo el consulado de los Augustos. [293—304.]

TÍTULO XXVI [XXV]

DE LA REMISIÓN DE LA PRENDA

1. *Los Emperadores* SEVERO *y* ANTONINO, *Augustos, á* PRÓCULO.—Si le hubieres probado al presidente que fuiste manumitido y que viviste en libertad sabiéndolo aquella á quien se dice que fuiste obligado á título de prenda, aparecerá que con consentimiento de la acreedora fué remitida la obligación de la prenda, y es cierto que, manumitido tú de este modo en derecho, no puedes ser reclamado á esclavitud ni por el heredero de la acreedora.
Publicada á 12 de las Calendas de Mayo, bajo el segundo consulado de ANTONINO, Augusto, y el segundo de GETA. [205.]

2. *Los mismos Augustos á* MATERNO.— Si hubieres probado que compraste un fundo, y que se te entregó su posesión sabiéndolo y consintiéndolo la que dice que el fundo le había sido obligado por el vendedor, la rechazarás con la excepción. Porque la obligación de prenda se contrae y se disuelve por el consentimiento.
Publicada á 2 de los Idus de Febrero, bajo el tercer consulado de ANTONINO, Augusto, y el tercero de GETA. [208.]

3. *El Emperador* ALEJANDRO, *Augusto, á* TAURO. —Si ignorándolo tú ó contra tu voluntad contrató después, aunque con una república, tu deudor, que te había obligado todos sus bienes por causa del dinero que te debía, no lesionó tu derecho.
Publicada á 3 de los Idus de Abril, bajo el consulado de ALBINO y de MÁXIMO. [227.]

4. *El Emperador* GORDIANO, *Augusto, á* AQUILINO. — Como quiera que expones que compraste del deudor la cosa que había sido pignorada á otro, si la compraste sabiéndolo éste y haciendo él remisión de su prenda, como con su consentimiento se extingue la obligación de la prenda, si no hubiere mediado una nueva voluntad, que de nuevo constituyese la obligación de prenda, no puede ser reivindicada aquella cosa como obligada.
Publicada á 11 de las Calendas de Mayo, bajo el consulado de GORDIANO, Augusto, y de AVIOLA. [239.]

5. *El mismo Augusto, á* ASCLEPIADES.—No se te veda que también ahora pidas la deuda de que haces mención, que condonaste por convención de un pacto inútilmente hecha, y que en la forma acostumbrada reivindiques las prendas.
Publicada á 6 de los Idus de Septiembre, bajo el segundo consulado de GORDIANO, Augusto, y el de POMPEYANO. [241.]

6. *Los Emperadores* DIOCLECIANO *y* MAXIMIANO, *Augustos, á* ARGIO.—Si prevenidos los acreedores por edicto al tiempo en que se enajenaba el predio,

(7) et, *omitenla los mms. Pl. 1. 2. Bg.*
(8) pp. prid., *el ms. Pist, el cual concuerda con todo lo demás.*
(9) II., *Bk. con arreglo á los fastos.*
(10) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., y las ed. Nbg. Schf. Hal. Russ.;* etsi, *omitenla Cont. y los demás.*
(11) restitueret, *Hal.;* constituerit, *los mms. Pl. 1. Bg.*
(12) pp. G!., *el ms. Pist., el cual confirma la indicación de la fecha.*

Digitized by Google

tes essent, ius suum exsecuti non sunt, possunt videri obligationem pignoris amisisse (1).

PP. III. Id. Februar. MAXIMO II. et AQUILINO Conss. (2) [286.]

7. *Iidem AA.* PAULINO. — Creditricem patrui tui sub obligatione fundi, qui per chirographum nexus pignori fuerat, iubentem eandem cautionem reddi, pignoris etiam ius remisisse videri, manifestum est.

PP. V. Id. Septemb. DIOCLETIANO III. et MAXIMIANO AA. Conss. [287.]

8. *Iidem AA.* (3) APOLLONIO. — Si, hypothecas fisco distrahente, creditores silentio tradiderunt negotium, palam est, (4) actionem suam amisisse (5) eos, quam in rem habebant. Nam fiscalis hastae fides facile convelli non debet.

PP. XIII. Kal. Septemb. ipsis IV. et III. AA. Conss. [290.]

9. *Iidem AA.* (6) HERMIANO (7).—Quum ex causa mandati pro socero tuo te foenebrem pecuniam exsolvisse proponas, curabit praeses provinciae in restituenda pecunia, quam pro eo exsolvisti, nec non etiam (8) usuris eius, indemnitati tuae prospicere. Nam si recepta a creditore mancipia, quae pignori fuerant data, hac mente socero tuo tradidisti, ut pignoris vinculum tuum (9) dissolvatur, obligatio semel exstincta instaurari non potest.

PP. X. Kal. Octob. ipsis IV. et III. AA. Conss. [290.]

10. *Iidem AA. et CC.* QUINTILLAE.—Res pignoris hypothecaeve (10) iure creditoribus obnoxias citra consensum eorum debitores alienantes praecedentem non dissolvunt obligationem.

Dat. Kal. Decemb. AA. Conss. [293—304.]

11. *Imp.* IUSTINIANUS *A.* IOANNI *P. P.*—Solita providentia utimur etiam de pignoribus vel hypothecis rerum, quae quibusdam creditoribus suppositae postea a debitoribus venduntur vel alio modo transferuntur, creditore suum consensum contractui praebente, et quodam legitimo postea modo (11) ad priorem dominum revertuntur. In hoc enim (12) casu diversae sententiae (13) legum prudentibus habitae sunt, quibusdam dicentibus, ius pignoris creditori renovari propter verbum «futurarum rerum», quod in generalibus hypothecis poni solitum est, aliis, penitus exstingui. Nobis autem visum est, eum, qui semel consensit alienationi hypothecae et

no ejercitaron su derecho estando presentes, se puede considerar que perdieron la obligación de la prenda.

Publicada á 3 de los Idus de Febrero, bajo el segundo consulado de MÁXIMO y el de AQUILINO. [286.]

7. *Los mismos Augustos á* PAULINO. — Es manifiesto, que la acreedora de tu tio paterno con obligación de un fundo, que le había sido obligado en prenda por medio de un quirógrafo, parece, al mandar que se devuelva la misma escritura, que remitió también el derecho de la prenda.

Publicada á 5 de los Idus de Septiembre, bajo el tercer consulado de DIOCLECIANO y el de MAXIMIANO, Augustos. [287.]

8. *Los mismos Augustos á* APOLONIO.—Si al vender el fisco las hipotecas dejaron pasar en silencio los acreedores el negocio, es evidente que perdieron ellos su acción que tenian sobre la cosa. Porque no se debe invalidar fácilmente la realidad de la subasta fiscal.

Publicada á 13 de las Calendas de Septiembre, bajo el cuarto y el tercer consulado de los mismos Augustos. [290.]

9. *Los mismos Augustos á* HERMIANO. — Como quiera que expones que por causa de mandato pagaste por tu suegro dinero prestado á interés, el presidente de la provincia cuidará, al restituírsete el dinero que por aquel pagaste, de proveer á tu indemnidad también respecto á los intereses. Porque si los esclavos recibidos del acreedor, que habían sido dados en prenda, se los entregaste á tu suegro con la intención de que se disolviera la obligación de prenda á tu favor, no se puede resucitar la obligación una vez extinguida.

Publicada á 10 de las Calendas de Octubre, bajo el cuarto y el tercer consulado de los mismos Augustos. [290.]

10. *Los mismos Augustos y Césares á* QUINTILA. —Los deudores que enajenan sin el consentimiento de sus acreedores los bienes obligados á éstos con derecho de prenda ó de hipoteca, no disuelven la obligación anterior.

Dada las Calendas de Diciembre, bajo el consulado de los Augustos. [293—304.]

11. *El Emperador* JUSTINIANO, *Augusto, á* JUAN, *Prefecto del Pretorio.* — Empleamos nuestra acostumbrada previsión también respecto á las prendas ó hipotecas de bienes, que obligados á favor de algunos acreedores son después vendidos ó de otro modo transferidos por los deudores, prestando el acreedor su consentimiento á este contrato, y que luego vuelven á su primer dueño por cualquier legítimo modo. Porque en este caso hubo para los jurisconsultos diversas opiniones, diciendo algunos que se renovaba para el acreedor el derecho de prenda por virtud de la cláusula «de los bienes futuros», que se acostumbró poner en las hipote-

(1) remisisse, *Russ. al márgen, pero contra nuestros cód. y S. Perus.*
(2) Max. aa. css., *el ms. Pist., el cual confirma el dia.*
(3) *Los mms. Cas. Vat. Pl. 1. Bg., S. Perus., y las ed. Nbg. Bk.*; et CC., *añaden las demás ed.*
(4) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los mms. de Russ., y la ed. Schf.*; etiam, *insertan las ed. Nbg. Hal. y las demás.*
(5) remisisse, *los mms. Pl. 1. Bg., y la ed. Schf.; pero* ἀπόλλυσι—τὴν ἀγωγήν, *las Bas.*
(6) *Los mms. Vat. Pl. 1. Bg., S. Perus., y las ed. Nbg. Bk.*; et CC., *añaden los demás.*
(7) Hermoniano, *el ms. Bg.*; Germano, *otros.*
(8) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Hal.*; in, *insertan las ed. Schf. Russ. y las demás.*
(9) tuum, *omiten la los mms. Pl. 1. 2., y las ed. Nbg. Schf.*
(10) vel hypothecae, *los mms. Pl. 2. Bg.*
(11) *El ms. Pl. 2., y Russ. Cont. 62. Bk.*; res, *insertan los mms. Pl. 1. Bg., y las demás ed.*
(12) *Los mms. Pl. 1. Bg., y las ed. Nbg. Hal.*; etenim, *el ms. Pl. 2., y las ed. Schf. Russ. y las demás.*
(13) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Hal.*; s, *insertan las ed. Schf. Russ. y las demás.*

Digitized by Google

hoc modo suum ius respuit, indignum esse eandem rem, utpote ab initio ei suppositam, vindicare vel tenentem inquietare.

Dat. XV. Kal. Novemb. (1) Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. anno secundo. [532.]

cas generales, y diciendo otros que se extinguía por completo. Pero á nosotros nos pareció, que el que una vez consintió en la enajenación de la hipoteca y rechazó de este modo su derecho no era merecedor de reivindicar la misma cosa, como por haberle sido obligada en un principio, ó de molestar al que la tuviera.

Dada en Constantinopla á 15 de las Calendas de Noviembre, en el año segundo después del consulado de Lampadio y de Oreste, varones esclarecidos. [532.]

TIT. XXVII [XXVI]

ETIAM OB CHIROGRAPHARIAM PECUNIAM PIGNUS TENERI (2)

1. *Imp.* Gordianus *A.* Festo (3). — Pignus intercidit, si novatione facta in alium ius obligationis transtulisti nec, ut ea res pignoris nomine teneretur, (4) cautum est. Quodsi pactum inter te eumque, qui postea dominus fundi constitutus novam obligationem susceperat (5), intercessit, ut idem fundus (6) tibi (7) pignoris nomine teneatur (8), quamvis personali actione expertus feceris condemnationem, pignoris tamen habes persecutionem. Ac (9) si in possessione (10) fueris constitutus, nisi ea quoque (11) pecunia tibi a debitore reddatur vel offeratur, quae sine pignore debetur, eam (12) restituere propter exceptionem doli mali non cogeris. Iure enim contendis, debitores eam solam pecuniam, cuius nomine (13) pignora obligaverunt, offerentes audiri non oportere, nisi pro illa etiam satisfecerint, quam mutuam simpliciter acceperunt. Quod in secundo creditore locum non habet; nec enim necessitas ei imponitur chirographarium etiam deditum priori creditori offerre.

PP. Id. Mart. Gordiano A. et Aviola. Conss. [239.]

TÍTULO XXVII [XXVI]

DE QUE TAMBIÉN SE OBLIGUE PRENDA POR CAUSA DE CRÉDITO QUIROGRAFARIO

1. *El Emperador* Gordiano, *Augusto, á* Festo. — Se extingue la prenda, si habiéndose hecho novación le transferiste á otro el derecho de la obligación, y no se convino que la cosa estuviese obligada á título de prenda. Pero si medió pacto entre ti y el que hecho después dueño del fundo había aceptado la nueva obligación, para que el mismo fundo te estuviese obligado á título de prenda, aunque habiendo ejercitado la acción personal hayas logrado la condenación, tienes, sin embargo, la persecución de la prenda. Y si hubieres sido puesto en posesión, no serás obligado á restituirla por virtud de la excepción de dolo malo, á no ser que se te devuelva ú ofrezca por el deudor también el dinero, que se te debe sin prenda. Porque con derecho sostienes que no deben ser oidos los deudores que ofrecen sólo el dinero por razón del cual obligaron las prendas, si no hubieren satisfecho también el que simplemente recibieron en mútuo. Lo cual no tiene lugar respecto al segundo acreedor; porque tampoco se le impone la necesidad de ofrecer al primer acreedor también el importe de una deuda quirografaria.

Publicada los Idus de Marzo, bajo el consulado de Gordiano, Augusto, y de Aviola. [239.]

TIT. XXVIII [XXVII]

DE DISTRACTIONE PIGNORUM

1. *Imp.* Alexander *A.* Pacatae (14). — Fundum pignori obligatum, si creditor ex fructibus (15) debitum consecutus (16) est, cum ipso iure pignus ab (17) obligatione liberatum sit, distrahere minime potest.

PP. Id. Ianuar. Maximo II. et Aeliano Conss. [223.]

2. *Idem A.* Maximae (18). — Creditor, qui hypothecae seu pignori rem sibi nexam vendidit, litigiosam rem non videtur vendere, quia precario debitor possidet.

TÍTULO XXVIII [XXVII]

DE LA VENTA DE LAS PRENDAS

1. *El Emperador* Alejandro, *Augusto, á* Pacata. —Si el acreedor cobró con los frutos la deuda, no puede de ninguna manera vender el fundo obligado en prenda, porque de derecho quedó libre de la obligación la prenda.

Publicada los Idus de Enero, bajo el segundo consulado de Máximo y el de Eliano. [223.]

2. *El mismo Augusto á* Máxima. — El acreedor que vendió la cosa que le estaba obligada en hipoteca ó en prenda, no parece que vende una cosa litigiosa, porque el deudor la posee en precario.

---

(1) *Este día fué puesto por Merill. según los mms.;* XV. Kal. Novemb., *omítenlas Hal. y los demás.*
(2) *Los mms. Cas. Vat. Pl. 1. 2. Bg. Gt., las ed. Schf. Hal., y S. Perus.;* posse, *añaden las ed. Nbg. Russ. y las demás.*
(3) Fisco, *las ms. Cas. Bg.*
(4) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf.;* tibi, *insertan las ed. Schf. Russ. y las demás.*
(5) susceperit, *el ms. Pl. 2.;* acceperit, *el ms. Pl. 1. según la primera escritura.*
(6) fundus, *omítenla el ms. Pl. 1., y Hal.*
(7) tibi, *omítela el ms. Pl. 2.*
(8) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf.;* teneretur, *Hal. y los demás.*
(9) *Los mms. Pl. 2. Bg. Gt., y las ed. Schf. Hal.;* At, *el ms. Pl. 1., y las ed. Nbg. Russ. y las demás.*
(10) possessionem, *el ms. Bg., todos los mms. de Russ., y la ed. Schf.*
(11) quoque, *falta en todos los mms. de Russ.; pero tal vez hay error en su nota.*
(12) rem, *inserta el ms. Pl. 2.*
(13) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Hal.;* ea, *insertan las ed. Schf. Russ. y las demás.*
(14) Pactae, *algunos mms.*
(15) tantum, *inserta el ms. Bg.*
(16) persecutus, *los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los mms. de Russ., y la ed. Schf.*
(17) ab, *omítenla los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y la ed. Schf.*
(18) Marcho, Maximo, *algunos mms.*

Digitized by Google

PP. XII. (1) Kal. Octob. MAXIMO II. et AELIANO Conss. [223.]

3. *Idem A.* LUCIANO.—Hypothecis vel pignoribus a creditore (2) venumdatis, in id, quod deest, adversus reum vel fideiussorem (3) actio competit.

PP. III. Non. Novemb. MAXIMO II. et AELIANO Conss. [223.]

4. *Idem A.* CRESCENTI. — Creditor hypothecas sive pignus quum proscribit, notum debitori facere, et sibi (4) bona fide rem gerere, et quando licet testato dicere debet. Si quid itaque per fraudem in pignore villae venditae commissum probare potes, ut inferatur actio, quae eo nomine competit, adi eum, cuius de ea re notio est.

PP. Kal. Iun. FUSCO (5) et DEXTRO Conss. [225.]

5. *Idem A.* SOSSIANO (6). — Si residuum debiti paratus es solvere, praeses provinciae dabit (7) arbitrum, apud quem, quantum sit, quod superest ex debito, examinabitur; et sive ad iudicem venire diversa (8) pars cessaverit, sive oblato superfluo ad venditionem prosiluerit, improba alienatio proprietatis tuae ius non auferet (9).

PP. XII. (10) Kal. August. POMPEIANO et PELIGNO (11) Conss. [231.]

6. *Imp.* GORDIANUS A. ROGATO (12). — Quamdiu non est integra pecunia creditori numerata, etiamsi pro parte maiore eam consecutus sit, distrahendi rem obligatam non amittit facultatem.

PP. XIII. Kal. Septemb. PIO et PONTIANO Conss. [238.]

7. *Idem A.* CARO. — Si cessante solutione creditor, non reluctante lege contractus, ea, quae sibi pignori nexa erant, distraxit, revocari venditionem iniquum est, quum, si (13) quid in ea re fraudulenter fecerit, non emtor a te, sed creditor conveniendus sit.

PP. V. (14) Kal. Novemb. PIO et PONTIANO Conss. [238.]

8. *Idem A.* MAXIMO. — Si prius, quam distraheretur pignorata possessio, pecuniam creditori obtulisti, eoque non accipiente, contestatione facta, eam deposuisti, et hodie (15) in (16) eadem causa permanet, pignoris distractio non valet. Quodsi prius, quam offerres, legem venditionis exercuit, quod iure subsistit revocare non debes (17).

PP. III. Non. April. GORDIANO A. et AVIOLA Conss. [239.]

Publicada á 12 de las Calendas de Octubre, bajo el segundo consulado de MÁXIMO y el de ELIANO. [223.]

3. *El mismo Augusto á* LUCIANO. — Vendidas por el acreedor las hipotecas ó las prendas, le compete acción contra el deudor ó el fiador por lo que falta.

Publicada á 3 de las Nonas de Noviembre, bajo el segundo consulado de MÁXIMO y el de ELIANO. [223.]

4. *El mismo Augusto á* CRESCENTE. — Cuando el acreedor pone en venta las hipotecas ó la prenda, debe hacerlo saber al deudor, conducirse de buena fe en el negocio, y decirlo ante testigos cuando se pueda. Y así, si puedes probar que algo se hizo con fraude respecto á la prenda de la casa de campo vendida, recurre á aquel á quien compete el conocimiento de este asunto para que se interponga la acción, que por este motivo compete.

Publicada las Calendas de Junio, bajo el consulado de FUSCO y de DEXTRO. [225.]

5. *El mismo Augusto á* SOSSIANO. — Si estás dispuesto á pagar el resto de la deuda, el presidente de la provincia nombrará el árbitro ante el cual se examinará cuánto sea lo que resta de la deuda; y ya si la parte contraria hubiere dejado de comparecer ante el juez, ya si habiéndosele ofrecido el resto se hubiere precipitado á la venta, la injusta enajenación no te quitará el derecho de tu propiedad.

Publicada á 12 de las Calendas de Agosto, bajo el consulado de POMPEYANO y de PELIGNO. [231.]

6. *El Emperador* GORDIANO, *Augusto, á* ROGATO. —Mientras no se ha entregado al acreedor todo el dinero, aunque haya cobrado su mayor parte, no pierde la facultad de vender la cosa obligada.

Publicada á 13 de las Calendas de Septiembre, bajo el consulado de PÍO y de PONCIANO. [238.]

7. *El mismo Augusto á* CARO.—Si, no verificándose el pago, el acreedor vendió, no oponiéndose la ley del contrato, las cosas que le habían sido obligadas en prenda, es injusto que se revoque la venta, porque, si algo hubiere hecho con fraude en este asunto, no debe ser demandado por ti el comprador, sino el acreedor.

Publicada á 5 de las Calendas de Noviembre, bajo el consulado de PÍO y de PONCIANO. [238.]

8. *El mismo Augusto á* MÁXIMO.—Si antes que fuese enajenada la posesión empeñada le ofreciste el dinero al acreedor, y, no recibiéndolo éste, lo depositaste, habiéndose hecho constar, y hoy permanece en este mismo estado, no es válida la enajenación de la prenda. Pero si antes que lo ofrecieres realizó la venta, no debes revocar lo que subsiste con arreglo á derecho.

Publicada á 3 de las Nonas de Abril, bajo el consulado de GORDIANO, Augusto, y de AVIOLA. [239.]

(1) XV., *el ms. Pist., que concuerda con lo demás.*
(2) *Los mms. Pl. 1. 2. Gt., y las ed. Nbg. Hal.:* creditoribus, *el ms. Bg., y las ed. Schf. Russ. y las demas.*
(3) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los mms. de Russ., y las ed. Nbg. Hal.;* eius, *insertan las ed. Schf. Russ. y las demas.*
(4) sibi, *falta en los mms. Pl. 2. y en el ms. Bg. tiene vestigios de una mano posterior;* si, *el ms. Pl. 1.*
(5) II., *inserta Bk.*
(6) Sosiano, Sasiano, *los más de los mms.*
(7) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los mms. de Russ., y la ed. Schf.;* tibi, *insertan las ed. Nbg. Hal. y las demas.*
(8) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los mms. de Russ. y los antiguos de Cont., y la ed. Schf.;* adversa, *las ed. Nbg. Hal. y las demás.*
(9) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Hal. Bk.* aufert, *las ed. Schf. Russ. y las demás.*
(10) XV., *Russ. al margen, y el ms Pist.*
(11) Peligniano, *Bk., con arreglo á los fastos pero contra las más de las indicaciones de fecha de este año.*
(12) Rogatio, *algunos mms.*
(13) quia si, *la ed. Nbg.;* quodsi, *Hal.;* et si, *el ms. Pl. 1.*
(14) pp. GI., *el ms. Pist., el cual confirma lo demás de la indicación de la fecha.*
(15) quoque, *inserta Hal. y después los demás, contra los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los mms. de Russ., y las ed. Nbg. Schf.;* hodieque, *los mms. Pl. 1. Bg.*
(16) in, *omítela la ed. Nbg.*
(17) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Schf. Hal.:* revocari non debet, *las ed. Nbg. Russ. y las demás.*

Digitized by Google

9. *Impp.* DIOCLETIANUS *et* MAXIMIANUS *AA.* CYRILLO (1). — Quae specialiter vobis obligata sunt, debitoribus detrectantibus solutionem, bona fide debetis et solemniter vendere; ita enim apparebit (2), an ex pretio pignoris debito satisfieri possit. Quodsi quid deerit, non prohibemini etiam cetera bona iure conventionis consequi.

PP. XIII. Kal. Iun. DIOCLETIANO III. et MAXIMIANO AA. Conss. [287.]

9. *Los Emperadores* DIOCLECIANO *y* MAXIMIANO, *Augustos, á* CIRILO. — Rehusando los deudores el pago, debéis vender de buena fe y solemnemente los bienes que especialmente se os obligaron; porque así aparecerá si con el precio de la prenda se puede satisfacer la deuda. Mas si faltare alguna cosa, no se os prohibe que por la ley de la convención consigáis también los demás bienes.

Publicada á 13 de las Calendas de Junio, bajo el tercer consulado de DIOCLECIANO y el de MAXIMIANO, Augustos. [287.]

(6) bonae fidei iudicio facit, ut commentum fraudis repellatur, *conjetura Giphan. Explan. difficil. leg. Cod. T. II. p. 105.; pero nuestros cód. y todas las ed. confirman el texto.*
(7) Iunio, Vinio, *algunos mms.*
(8) dilatatam, *el ms. Bg.*
(9) Aelianae, Allianae, Adianae, *los más de los mms.*
(10) *Hal. Russ. Cont. 62., quitan de aquí la coma y la ponen despues de* exceptione.
(11) exceptionem, *el ms. Bg. según enmienda.*
(12) definitione, *otros:* praescriptione, *Russ. al márgen.*
(13) Menandrae, *los más de los mms.*
(14) placiti, *el ms. Gt., y Hal. y así parece que se hallaba escrito antes en el ms. Pl. 1.*
(15) antea, *los mms. Pl. 2. Bg. Gt., y la ed. Nbg.*
(16) vel omissam, *los mms. Bg. Gt., el ms. Pl. 1. según la primera escritura, y S. Perus.; y así le parece preferible á Cuyacio.*
(17) quandocunque, *Hal.*

Digitized by Google

S. XV. Kal. Novemb. Caess. Conss. [294—305.]

9. *Iidem AA. et CC.* MUTIANO.—Si quidem intentionem actoris probatione deficere confidis, nulla tibi defensio necessaria est. Si vero de hac confitendo exceptione te munitum asseveres (1), de hac tantum agi convenit. Nam si etiam de intentione dubitas, habita exceptionis contestatione (2), tunc demum, quum intentionem (3) secundum asseverationem suam petitor probaverit, huic esse locum monstrari, convenit.

S. III. Non. Novemb. Burtadizi (4), Caess. Conss. [294—305.]

10. *Iidem AA. et CC.* AQUILINAE. — Non exceptionibus actores, quibus (5) reis auxilium tribuitur certis ex causis, sed replicationibus suam intentionem, si quam habent, muniunt (6).

S. Kal. Decemb. Nicomediae, Caess. Conss. [294—305.]

11. *Iidem AA. et CC.* NEONI (7). — Defensiones sive exceptiones ad intercessores extendi, quibus reus principalis integro manente statu munitus est, constat.

Sub die XV. Kal. Ian..... (8).

12. *Imp.* IULIANUS *A. ad* IULIANUM, *Comitem Orientis.* — Si quis advocatus inter exordia litis praetermissam dilatoriam praescriptionem postea voluerit exercere, et ab huiusmodi opitulatione submotus nihilominus perseveret atque praeposterae defensioni institerit, unius librae auri condemnatione mulctetur.

Dat. VII. Id. (9) Mart. Antiochiae, IULIANO A. IV. et SALLUSTIO Conss. [363.]

13. *Impp.* HONORIUS *et* THEODOSIUS *AA.* SYMMACHO, *Proconsuli Africae.* — Praescriptiones fori in principio (10) a litigatoribus opponendas esse, legum decrevit auctoritas.

Dat. V. Kal. Septemb. Ravennae (11), HONORIO X. (12) et THEODOSIO VI. AA. Conss. [415.]

TIT. XXXVII [XXXVI]

DE LITIGIOSIS

1. *Impp.* SEVERUS *et* ANTONINUS *AA.* PAULINAE.—Quum creditor pignus vendit(13), non potest videri litigiosae rei emtio contrahi, etsi debitor interdicat, ne venditio perficiatur.

PP. Kal. Mai. APRO et MAXIMO Conss. [207.]

AUTHENT. *de litigiosis.* § *1.* (*Nov. 112. c. 1.*)—

(1) *Los mms. Pl. 1. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf. Hal.;* asseveras, *el ms. Pl. 2., y las demás ed.*
(2) habita exceptione in contestatione, *el ms. Pl. 2.*
(3) *Los mms Pl. 2. Gt., y Hal.:* suam, *insertan los demás.*
(4) Burtudizi, *parece que se debe escribir.*
(5) ex quibus, *las ed. Nbg. Hal.*
(6) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Hal.;* habeant, muniunt, *Bk.;* habeant, muniant, *las ed. Schf. Russ. y las demás;* muniunt, *se halla en S. Perus.*
(7) Nicomenlaneoni, *S. Perus.*

Sancionada á 15 de las Calendas de Noviembre, bajo el consulado de los Césares. [294—305.]

9. *Los mismos Augustos y Césares á* MUCIANO.—Si verdaderamente confías en que carece de prueba la demanda del actor, no te es necesaria ninguna defensa. Pero si al hacer confesión respecto á aquella aseveras que estás amparado con excepción, es conveniente que se trate solamente de ésta. Porque si también dudas respecto á la demanda, hecha manifestación de la excepción, conviene que se demuestre que hay lugar á ésta solamente cuando el demandante hubiere probado la demanda conforme á su afirmación.

Sancionada en Burtadizo á 3 de las Nonas de Noviembre, bajo el consulado de los Césares. [294—305.]

10. *Los mismos Augustos y Césares á* AQUILINA.—Los actores no apoyan su demanda con las excepciones con que por ciertas causas se les presta auxilio á los demandados, sino con réplicas, si alguna tienen.

Sancionada en Nicomedia las Calendas de Diciembre, bajo el consulado de los Césares. [294—305.]

11. *Los mismos Augustos y Césares á* NEON.—Es sabido que se extienden á los fiadores las defensas ó las excepciones con que fué amparado el deudor principal permaneciendo íntegro su estado.

A 15 de las Calendas de Enero.....

12. *El Emperador* JULIANO, *Augusto, á* JULIÁN, *Conde de Oriente.*—Si algún abogado hubiere querido utilizar después la excepción dilatoria de que prescindió al comienzo del litigio, y privado de tal recurso perseverase, no obstante, é insistiere en esta defensa extemporánea, sea multado con la condena de una sola libra de oro.

Dada en Antioquía á 7 de los Idus de Marzo, bajo el cuarto consulado de JULIANO, Augusto, y el de SALUSTIO. [363.]

13. *Los Emperadores* HONORIO *y* TEODOSIO, *Augustos, á* SIMMACO, *Procónsul de África.* — Decretó la autoridad de las leyes, que las excepciones de fuero deben oponerse por los litigantes al principio.

Dada en Rávena á 5 de las Calendas de Septiembre, bajo el décimo consulado de HONORIO y el sexto de TEODOSIO, Augustos. [415.]

TÍTULO XXXVII [XXNVI]

DE LAS COSAS LITIGIOSAS

1. *Los Emperadores* SEVERO *y* ANTONINO, *Augustos, á* PAULINA.—Cuando el acreedor vende la prenda, no se puede considerar que se verifica la compra de una cosa litigiosa, aunque el deudor prohiba que se lleve á cabo la venta.

Publicada las Calendas de Mayo, bajo el consulado de APRO y de MÁXIMO. [207.]

AUTÉNTICA *de litigiosis.* § *1.* (*Nov. 112. c. 1.*)—

(8) *S. Perus.*
(9) Kal., *enmienda Jac. Godofr. en Chronol. Theod. Cod. p. LXVI.*
(10) *Los mms. Pl. 1. 2 Bg. Gt., la ed. Schf., y el C. Theod.* litis, *insertan las ed. Nbg. Hal. y las demás; pero esta palabra falta en S. Perus., que también omite la siguiente* a.
(11) Ravenna, *el C. Theod. y la ed. Haenel.*
(12) Dat. Kal. Septb. Honorio XI., *los demás y S. Perus.*
(13) vendidit, *los mms. Pl. 1. 2. Bg., y la ed. Nbg.*

Digitized by Google

Litigiosa res est, de cuius dominio causa movetur inter possessorem et petitorem iudiciaria conventione, vel precibus principi oblatis et iudici insinuatis, et per eum futuro reo cognitis.

Es litigiosa la cosa sobre cuyo dominio se promueve cuestión entre el poseedor y el demandante por citación judicial, ó habiéndose elevado súplicas al príncipe y habiendo sido insinuadas al juez, y hechas conocer por éste al que ha de ser demandado.

2. *Imp.* Constantinus *A. ad provinciales.* — Lite pendente actiones, quae in iudicium deductae sunt, vel res, pro quibus actor a reo detentis intendit, in coniunctam personam vel extraneam donationibus vel emtionibus vel quibuslibet aliis contractibus minime transferri ab eodem actore liceat (1), tanquam si (2) nihil factum sit, lite nihilominus peragenda.

2. *El Emperador* Contantino, *Augusto, á los habitantes de las provincias.*—Estando pendiente el litigio, no sea de ninguna manera lícito que por el mismo actor se transfieran á la persona de un pariente, ó de un extraño, por donaciones ó compras ú otros cualesquiera contratos las acciones que fueron deducidas en juicio, ó las cosas respecto de las que, por estar detentadas por el demandado, sostiene el actor su demanda, debiéndose, sin embargo, seguir el litigio, como si nada se hubiera hecho.

Dat. Kal. August. (3) Basso et Ablavio (4) Conss. [331.]

Dada las Calendas de Agosto, bajo el consulado de Basso y de Ablavio. [331.]

3. *Imppp.* Gratianus, Valentinianus *et* Theodosius *AAA.* Tatiano (5) *P. P.* (6) — Quicunque rem litigiosam, vel ambiguum chirographum, quodlibet denique mobile vel immobile fisco nostro vel potentiori seu aliis personis in testamento sive codicillo legaverit fideive commiserit aut per hereditatem reliquerit, nullam fiscus noster vel alia persona licentiam habeat iurgiorum, nec iudicium subeat (7), sed aestimatio eius litis ineatur, praestanda his, quibus actiones vel res litigiosae relictae sunt. Eandem (8) litem ipsi heredes peragant, suarum actionum periculo ea, quae litigiosa fuerant relicta, vindicantes. Quod et de chirographis placet, ut heredes relictorum fisco vel aliis personis praesentem pecuniam numerent, et (9) iudicio eos, quos obnoxios existimant, persequantur.

3. *Los Emperadores* Graciano, Valentiniano *y* Teodosio, *Augustos, á* Taciano, *Prefecto del Pretorio.*—Si cualquiera hubiere legado en testamento, ó en codicilo, ó encomendado por fideicomiso, ó dejado por herencia á nuestro fisco, ó á una persona pudiente, ó á otras una cosa litigiosa, ó un quirógrafo dudoso, ó, finalmente, una cualquier cosa mueble ó inmueble, no tenga nuestro fisco ú otra persona facultad alguna para litigar, ni soporte un juicio, sino que hágase la estimación de este litigio, la cual se habrá de pagar á aquellos á quienes se les dejaron las acciones ó las cosas litigiosas. Lleven á término los mismos herederos el litigio, reivindicando á riesgo de sus propias acciones las cosas que como litigiosas habían sido dejadas. Lo que también se establece respecto á los quirógrafos, de suerte que los herederos entreguen de presente al fisco ó á las otras personas el importe de las cosas dejadas, y persigan en juicio á los que consideran que les están obligados.

Dat. XV. Kal. Iul. Thessalonicae, Gratiano V. et Theodosio AA. [380.] Item rursus XIII. Kal. Ianuar. Constantinop. Pompeio et Avieno Conss. (10) [501.]

Dada en Tesalónica á 15 de las Calendas de Julio, bajo el quinto consulado de Graciano y el de Teodosio, Augustos. [380.] Dada nuevamente en Constantinopla á 13 de las Calendas de Enero, bajo el consulado de Pompeyo y de Avieno. [501.]

4. *Imp.* Iustinianus *A.* Ioanni *P. P.*—Censemus, si (11) quis lite pendente vel actiones vel res, quas possidet, ad alium quendam transtulerit, sive scientem sive ignorantem, vitio litigiosi contractus subiacere; distinctione quadam inter contrahentes observanda, ut, si quis sciens vel ad venditiones vel ad donationes seu ad alios contractus accesserit, cognoscat, se compellendum non tantum rem redhibere, sed etiam pretio eius privari, non ut lucro cedat ei, qui rem alienavit, sed ut etiam alia tanta quantitas ab eo fisci viribus (12) inferatur.

4. *El Emperador* Justiniano, *Augusto, á* Juan, *Prefecto del Pretorio.*—Mandamos que si alguno, habiendo litigio pendiente, hubiere transferido á otro cualquiera, ora éste lo sepa, ora lo ignore, ó las acciones, ó las cosas que posee, quede sujeto al vicio del contrato litigioso; debiéndose observar cierta distinción entre los contratantes, á fin de que, si alguno hubiere accedido á sabiendas, ó á las ventas, ó á las donaciones, ó á los otros contratos, sepa que él no solamente habrá de ser compelido á restituir la cosa, sino que también será privado de su precio, no de suerte que ceda en lucro del que enajenó la cosa, sino de modo que también por éste se pague á los fondos del fisco otra tanta cantidad.

§ 1.—Sin autem ignorans rem litigiosam emerit, vel per aliam speciem contractus eam acceperit, tunc irrita rei alienatione facta, pretium cum alia tertia parte recipiat. Iustum est etenim, propter

§ 1.—Mas si ignorando uno que la cosa era litigiosa la hubiere comprado ó la hubiere recibido por otra especie de contrato, en este caso, invalidada la enajenación de la cosa, perciba su precio con otra

(1) oportet, *omitiendo* ab eodem actore, *el C. Theod.*
(2) si, *omitenla el C. Theod., y Bk.*
(3) *El C. Theod., y Bk.;* Mart., *Hal. y los demás.*
(4) *El ms. Pist., el C. Theod., y Bk.;* Ablabio, *Hal. y los demás.*
(5) Ticiano, *el ms. Vat.*
(6) P P., *omitelas el ms. Pist.*
(7) iudicia subeant, *el ms. Bg.*
(8) et eandem, *el ms. Bg.;* eandemque, *Hal.*
(9) in, *insertan los mms. Pl. 1. 2.*

(10) *Hal. y los demás colocan* Item rursus Const. XIII. K. Ian. *después de* Thessalon., *y omiten* Pompeio et Avieno: *el ms. Pist.*.... thesal. Grat. VI. K. ian. cp. popeiano et abieno css.
(11) *Las ed. Nbg. Hal. Bk.;* ut si, *nuestros cód., los de Russ., y las demás ed. Acaso la palabra* ut *fué puesta aquí proviniendo de las siguientes* ut si quis sciens.
(12) iuribus, *todas las ed.; en nuestros cód. las letras indican una y otra lectura, pero se ha preferido* viribus *como más usada en casos análogos.*

Digitized by Google

dolosam mentem et absconditam machinationem, quum non emtori manifestaverit rem in iudicium deductam fuisse, tertia (1) parte pretii, sicut iam (2) disposuimus, eum puniri. Tali videlicet poena non solum in aliis contractibus, verum etiam in donationibus porrigenda, ut vera aestimatione facta, quum pretii datio (3) non est, rem ad alium transferens mulctetur; omnibus instrumentis, quae super hoc conficiuntur (4), nullam vim obtinentibus. Exceptis videlicet huius sanctionis dispositione his, qui vel dotis nomine vel ante nuptias donationis vel transanctionis (5) aut divisionis rerum hereditariarum factae, vel per legati vel (6) fideicommissi causam tales res vel actiones dederint vel acceperint.

Dat. XV. Kal. Novemb. Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. anno secundo. [532.]

Authent. *de litigiosis.* § *Et hoc autem praesente.* (*Nov. 112. c. 1.*) — Nunc, si heres in lite victor exstiterit, rem ipsam, cuius dominus esse apparet, legatario praestet; qui nihil consequitur, si victus fuerit heres, quum litis eventus ei videatur relictus. Igitur et (7) liti adesse potest, ne colludatur.

TIT. XXXVIII [XXXVII]

DE CONTRAHENDA ET COMMITTENDA STIPULATIONE

1. *Impp.* Severus *et* Antoninus *AA.* Secundo.— Licet epistolae, quam libello inseruisti, additum non sit, stipulatum esse eum, cui cavebatur, tamen si res inter praesentes gesta est, credendum est praecedentem stipulationem (8) vocem spondentis secutam (9).

Accepta XVII. Kal. Mai. Severo III. (10) et Victorino Conss. [200.]

2. *Iidem AA.* Diocli (11). — Si filiae tuae, quam in potestate habebas, pecuniam dari stipulatus es, paratam obligationem exercere non prohiberis.

PP. prid. (12) Non. Novemb. Faustino et Rufino Conss. [210.]

3. *Imp.* Antoninus *A.* Hadriano (13).—Si, quum tuam pecuniam crederes (14) accommodato nomine Iuliani, stipulatio in personam eius absentis directa est, quum nihil sit actum ea verborum conceptione, intelligis, superfuisse tibi rei contractae obligationem. Ac propterea (15), si pecuniam a de-

(1) *Los mms. Pl. 1. 2. Gt., y Hal. Bk.;* in tertiam, *el ms. Bg., y la ed. Nbg.:* in tertia, *las ed. Schf. Russ. y las demás; pero* in *falta en todos los mms. de Russ.*

(2) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Hal.;* etiam, *insertan las ed. Schf. Russ. y las demas.*

(3) donatio, *Hal.*

(4) constituuntur, *los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y la ed. Nbg.:* conficiantur, *Hal.*

(5) transactionum, *los mms. Pl. 2. Bg. Gt., y Hal.*

(6) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf. Hal.;* per, *insertan Russ. y los demás.*

(7) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., y la ed. Nbg.;* et, *omitenla las demás ed.*

(8) esse, *inserta el ms. Pl. 2.*

(9) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., y Hal.;* secutam esse, *la ed. Nbg.:* subsecutam esse, *las ed. Schf. Russ. y las demás, pero* esse, *tambien falta en todos los mms. de Russ.*

(10) III., *omitela Bk., y verdaderamente que, ó se ha de suprimir este número, ó se ha de escribir* Antonino *en lugar de* Victorino, *refiriendose la ley al año 202.*

(11) Petronio, *todas las ed.; pero* Diocl., *los mms. Pist. Vat.;* Dioc., *los mms. Cas. Bg.;* Dioc. et m., *el ms. Pl. 1.:* Diodeti, *S. Perus.*

(12) *El ms. Pist., el cual confirma lo demás de la indicación de la fecha, pero omitiendo* et Ruf.; *Hal. y los demás omiten* prid.

(13) Sallustio, *la ley 9. C. II. 19.*

(14) credideris, *los mms. Pl. 1. Bg.*

(15) praeterea, *el ms. Bg.*

tercera parte. Porque es justo que cuando no le hubiere manifestado al comprador que la cosa había sido llevada á juicio, sea él castigado por causa de su dolosa intención y de su oculta maquinación en la tercera parte del precio, según ya hemos dispuesto. Debiéndose extender, por supuesto, esta pena no solamente á los demás contratos, sino también á las donaciones, de suerte que, cuando no hay entrega de precio, sea multado en la verdadera estimación hecha el que transfiere á otro la cosa; no teniendo fuerza alguna ninguno de los instrumentos que sobre esto se hacen. Exceptuándose, á la verdad, de la disposición de esta sanción los que antes hubieren dado ó recibido tales cosas ó acciones, ó á título de dote, ó de donación de antes de las nupcias, ó de transacción, ó de división hecha de los bienes de la herencia, ó por causa de legado ó de fideicomiso.

Dada en Constantinopla á 15 de las Calendas de Noviembre, en el año segundo después del consulado de Lampadio y de Oreste, varones esclarecidos. [532.]

Auténtica *de litigiosis.* § *Et hoc autem praesente.* (*Nov. 112. c. 1.*) — En el dia, si el heredero quedare vencedor en el litigio, entréguele la misma cosa, de que aparece que es dueño, al legatario; el cual nada consigue, si hubiere sido vencido el heredero, porque parece que se le dejó el resultado del litigio. Por lo cual también puede comparecer en el litigio, para que no se haga colusión.

TÍTULO XXXVIII [XXXVII]

DE CÓMO SE CELEBRA LA ESTIPULACIÓN Y DE CUÁNDO SE INCURRE EN ELLA

1. *Los Emperadores* Severo *y* Antonino, *Augustos, á* Segundo.—Aunque en la carta, que insertaste en la demanda, no se haya añadido que estipuló aquel á quien se le daba caución, sin embargo, si la cosa se hizo entre presentes, se ha de creer que la manifestación del que promete siguió á una estipulación precedente.

Aceptada á 17 de las Calendas de Mayo, bajo el tercer consulado de Severo y el de Victorino. [200.]

2. *Los mismos Augustos á* Diocles. — Si estipulaste que se diese una cantidad de dinero á tu hija, que tenias bajo tu potestad, no se te prohibe que exijas el cumplimiento de la obligación contraida.

Publicada á 1 de las Nonas de Noviembre, bajo el consulado de Faustino y de Rufino. [210.]

3. *El Emperador* Antonino, *Augusto, á* Adriano. —Si al prestar tú dinero tuyo habiéndose dado el nombre de Julián, se dirigió la estipulación á la persona de éste, que estaba ausente, como quiera que no se hizo nada con tal expresión de palabras, ten entendido que quedó para tí la obligación de la

Digitized by Google

bitore tuo (1) Iulianus exegit (2), eamque solutionem ratam habuisti, habes adversus eum negotiorum gestorum actionem.

PP. VI. (3) Kal Mart. PRAESENTE et EXTRICATO (4) Conss. [217.]

4. *Imp.* ALEXANDER *A.* SABINAE.—Secundum responsum Domitii Ulpiani, praefecti annonae, iurisconsulti, amici mei, ea, quae stipulata est, quum moreretur, partem dimidiam dotis, cui velit, relinquere, reddi sibi, quum moreretur, eam partem dotis stipulata videtur.

PP. II. Kal. April. ALEXANDRO A. Cons. [222.]

5. *Impp.* DIOCLETIANUS *et* MAXIMIANUS *AA. et CC.* ISIDORAE.—Nuda pollicitatione, secundum ea, quae saepe constituta sunt, ad praestanda (5) quae promiserat urgeri quemquam, non semper iura permittunt. Verum quoniam praeterea, si contra pactum fecerit, quanti ea res est, dari tibi stipulanti adversarium tuum promisisse proponas, huius (6) etiam obligationis post motam litem exstitisse conditionem, et eius summae, quae in hac quoque stipulatione continetur, petitioni locum factum esse, convenit.

S. V. Kal. Decemb. AA. Conss. [293—304.]

6. *Iidem AA. et CC.* EROTIO. — Scire debuisti, quae sub transactione dari placita sunt, certi vel incerti stipulatione subsecuta, peti posse.

S. XVI. Kal. Ianuar. Sirmii, AA. Conss. [293—304.]

7. *Iidem AA. et CC.* ANTONIO. — Neque tutoris neque curatoris absentia quidquam stipulationi nocet, quum et feminam minorem vigintiquinque annis absente curatore stipulari posse, non ambigatur (7).

S. XVI. Kal. Februar. Caess. Conss. (8) [294—305.]

8. *Iidem AA. et CC.* POSIDONIO. — Non moriturum praestari servum, impossibilis promissio est. Post mortem autem eius stipulatus, recte solutionem postulat.

S. XII. Kal. Mart. Caess. Conss. [294—305.]

9. *Iidem AA. et CC.* CAPITONI. — Si quidem Zenoni stipulanti mortis vel cruciatus corporis territus timore spopondisti, adversus experientem exceptione proposita defendi potes. Sin vero nihil tale probetur, accusationis institutae vel futurae praetextu non ob turpem, sed probabilem causam habita stipulatione, promissio non infirmatur. Sin autem ob non instituendam accusationem criminis pecunia promissa sit, quum de huiusmodi causis pacisci non liceat, petitio denegatur.

cosa contratada. Y por lo tanto, si Julián le exigió á tu deudor el dinero, y tú ratificaste este pago, tienes contra él la acción de gestión de negocios.

Publicada á 6 de las Calendas de Marzo, bajo el consulado de PRESENTE y de EXTRICATO. [217.]

4. *El Emperador* ALEJANDRO, *Augusto, á* SABINA. —Según la respuesta del jurisconsulto Domicio Ulpiano, prefecto de las provisiones, amigo mío, la que estipuló para dejar cuando muriese la mitad de su dote á quien quisiera, parece que estipuló que se le restituya á ella esta parte de la dote cuando muriese.

Publicada á 2 de las Calendas de Abril, bajo el consulado de ALEJANDRO, Augusto. [222.]

5. *Los Emperadores* DIOCLECIANO *y* MAXIMIANO, *Augustos y Césares, á* ISIDORA.—No siempre permiten las leyes, según lo que muchas se veces estableció, que por nuda promesa sea uno apremiado á entregar lo que había prometido. Mas como además expones que tu adversario prometió que se te diera á tí, que estipulabas, cuanto importa la cosa, si hubiere obrado contra lo pactado, fué conveniente que también haya cumplido la condición de esta obligación después de promovido el litigio, y que se haya dado lugar á la petición de la suma, que se contiene también en esta estipulación.

Sancionada á 5 de las Calendas de Diciembre, bajo el consulado de los Augustos. [293—304.]

6. *Los mismos Augustos y Césares á* EROTIO. — Debiste saber que se pueden pedir las cosas que se convino dar por transacción, habiéndose seguido estipulación de cosa cierta ó incierta.

Sancionada en Sirmio á 16 de las Calendas de Enero, bajo el consulado de los Augustos. [293—304.]

7. *Los mismos Augustos y Césares á* ANTONIO. — Ni la ausencia del tutor, ni la del curador, perjudica en cosa alguna á la estipulación, porque no se duda que también la mujer menor de veinticinco años puede estipular estando ausente el curador.

Sancionada á 16 de las Calendas de Febrero, bajo el consulado de los Césares. [294—305.]

8. *Los mismos Augustos y Césares á* POSIDONIO. —Es una promesa imposible la de dar un esclavo que no haya de morir. Mas el que estipuló para después de la muerte de aquel, con razón reclama el pago de su valor.

Sancionada á 12 de las Calendas de Marzo, bajo el consulado de los Césares. [294—305.]

9. *Los mismos Augustos y Césares á* CAPITON. — Si verdaderamente al estipular Zenon le prometiste aterrado por el temor de la muerte ó de tormentos corporales, habiendo propuesto excepción, puedes defenderte contra el que ejercita la acción. Mas si no se probara ninguna cosa semejante, no se invalida, so pretexto de acusación formulada ó futura, una promesa, habiéndose hecho estipulación no por causa torpe, sino admisible. Pero si se hubiera prometido dinero para que no se formalice la acusación de un crimen, como no es lícito pactar por tales causas, se deniega la reclamación.

(1) *Los mms. Pl. 1. 2. Gt., las ed. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont. Char. Pac. Bk., y la ley 9. C. II. 19.:* tuo, *omitenla los mms. Bg. Sp.*
(2) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., las ed. Nbg. Hal., y la ley 9. C. II. 19.:* exegerit, *las demás ed.*
(3) VIII., *la ley 9. C. II. 19.*
(4) II., *inserta Bk.*
(5) *Los mms. Bg. Gt., y Hal.;* ea, *insertan los demás.*
(6) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., y las ed. Nbg. Hal. Russ. Bk.:* huiusmodi, *las ed. Schf. Cont. y las demas.*
(7) ambigitur, *los mms. Pl. 1. 2. Bg., y las ed. Nbg. Schf.*
(8) *Hal. omite la indicación de la fecha.*

Digitized by Google

S. V. Id. Octob. Varvariae (1), Caess. Conss. [294—305.]

10. *Imp.* Leo *A.* Erythrio *P. P.*—Omnes stipulationes, etiamsi non solemnibus vel directis, sed quibuscunque verbis consensu contrahentium compositae sunt, legibus (2) cognitae suam habeant firmitatem.

Dat. Kal. Ianuar. Constantinop. Marciano et Zenone (3) Conss. [469.]

11. *Imp.* Iustinianus *A.* Mennae *P. P.*—Scrupulosam (4) inquisitionem, utrum post mortem, an quum morietur (5), vel pridie quam morietur (6), stipulatus sit aliquis, vel in testamento (7) legati vel fideicommissi nomine aliquid dereliquerit, penitus amputantes, omnia, quae vel in (8) quocunque contractu (9) stipulati vel pacti sunt contrahentes, vel testator in suo testamento disposuit, etiamsi post mortem, vel pridie quam moreretur (10), scripta esse noscuntur nihilominus pro tenore contractus vel testamenti valere praecipimus.

Dat. III. Id. Decemb. Constantinop. Dn. Iustiniano A. PP. II. Cons. [528.]

12. *Idem A.* Mennae *P. P.*—Magnam legum veterum obscuritatem, quae protrahendarum litium maximam (11) occasionem usque adhuc praebebat, amputantes, sancimus, ut, si quis certo tempore facturum se aliquid vel daturum stipulatori vel alii, quem (12) stipulator voluit, promiserit, et adiecerit (13), quod, si statuto tempore minime haec perfecta (14) fuerint, certam (15) poenam dabit, sciat, minime se (16) posse (17) ad evitandam poenam adiicere, quod nullus eum admonuit. Sed etiam citra ullam admonitionem eidem poenae pro tenore stipulationis fiet obnoxius, quum ea, quae promisit, ipse in memoria sua servare, non ab aliis sibi manifestari poscere debeat (18).

Dat. IX. Id. April. Constantinop. Decio V. C. Cons. [529.]

13. *Idem A.* Iuliano *P. P.*—Veteris iuris altercationes decidentes, generaliter sancimus, omnem stipulationem, sive in dando, sive in faciendo, sive mixta ex dando et faciendo inveniatur, et ad heredes et contra heredes transmitti, sive specialis heredum fiat mentio, sive non; cur enim, quod in principalibus personis iustum est, non ad heredes et adversus eos transmittatur? Et sic existimentur huiusmodi stipulationes, quasi tantummodo in dando (19) fuerint conceptae, quum nihilominus et he-

Sancionada en Varvaria á 5 de los Idus de Octubre, bajo el consulado de los Césares. [294—305.]

10. *El Emperador* Leon, *Augusto, á* Eritrio, *Prefecto del Pretorio.*—Tengan su validez todas las estipulaciones reconocidas por las leyes, aunque no hayan sido hechas con palabras solemnes ó directas, sino con otras cualesquiera con el consentimiento de los contratantes.

Dada en Constantinopla las Calendas de Enero, bajo el consulado de Marciano y de Zenon. [469.]

11. *El Emperador* Justiniano, *Augusto, á* Menna, *Prefecto del Pretorio.*—Suprimiendo en absoluto la escrupulosa investigación de si uno ha estipulado, ó dejado alguna cosa en testamento á título de legado ó de fideicomiso para después de su muerte, ó para cuando muera, ó para un dia antes de que muera, mandamos, que, aunque se conozca que fué escrito para después de la muerte ó para un dia antes de que muera, sea, sin embargo, válido á tenor del contrato ó del testamento, todo lo que estipularon ó pactaron los contratantes en un contrato cualquiera, ó todo lo que el testador dispuso en su testamento.

Dada en Constantinopla á 3 de los Idus de Diciembre, bajo el segundo consulado del señor Justiniano, Augusto perpétuo. [528.]

12. *El mismo Augusto á* Menna, *Prefecto del Pretorio.*—Disipando la grande obscuridad de las antiguas leyes, que hasta ahora daba muchísimas ocasiones para prolongar los litigios, mandamos, que si alguno hubiere prometido que en cierto tiempo hará ó dará alguna cosa al estipulante ó á otro, que el estipulante quiso, y hubiere añadido que, si en el tiempo prefijado no se hubieren ejecutado estas cosas, pagará cierta pena, sepa que de ninguna manera puede alegar para evitar esta pena que nadie le avisó. Sino que aun sin ningún aviso quedará sujeto á la misma pena á tenor de la estipulación, porque él mismo debe conservar en su memoria lo que prometió, no pretender que por los demás se le manifieste.

Dada en Constantinopla á 9 de los Idus de Abril, bajo el consulado de Decio, varón esclarecido. [529.]

13. *El mismo Augusto á* Julián, *Prefecto del Pretorio.*—Decidiendo cuestiones del antiguo derecho, mandamos en general, que toda estipulación, ora se halle que consista en dar, ora en hacer, ora que sea mixta de dar y de hacer, se transmita así á los herederos como contra los herederos, ya se haga, ya no, especial mención de los herederos; pues ¿por qué lo que es justo respecto á las personas principales no se transmitiria á los herederos y contra éstos? Y así estímense tales estipulaciones como si

(1) Varroniae, *el ms. Pist.*
(2) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y la ed. Schf.;* vel legibus, *las ed. Nbg. Hal. y las demas.*
(3) et Zenone, *omitelas el ms. Pist., el cual confirma lo demás de la indicación de la fecha.*
(4) *Los mms. Pl 1. 2. Bg. Gt., todos los mms. de Russ., y Hal.;* veterum, *insertan las demas ed.*
(5) *Los mms. Pl. 1. Bg. Gt., y la ed. Schf.;* moreretur, *el ms. Pl. 2., y las ed. Nbg. Russ. y las demás:* quum morietur vel, *omitelas Hal. Vease el final de esta constitución.*
(6) *Los mms. Pl. 1. Bg. Gt., y la ed. Schf.;* moriatur, *el ms. Pl. 2.;* moreretur, *las ed. Nbg. Hal. y las demas.*
(7) vel, *inserta el ms. Bg.*
(8) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf.;* in, *omitenla Hal. y los demás.*
(9) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y Hal. Bk.;* vel, *insertan las demás ed.*
(10) morietur, *los mms. Pl. 2. Gt.*
(11) *Los mms Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Hal.:* magnam, *las ed. Schf. Russ. y las demás.*
(12) *El ms. Bg. y los más antiguos y los mejores libros que cita Cuyacio:* stipulatori, vel quae, *Hal.;* stipuletur vel ea quae, *el ms. Pl. 1.:* stipuletur vel quae, *el ms. Pl. 2., y las ed. Nbg. Schf. Russ. y las demás. Pero vease Cuyacio Obss. XIX. 2.*
(13) addiderit, *los mms. Pl. 1. Bg.*
(14) facta, *los mms. Pl. 2. Gt.*
(15) certam, *omitela Hal.*
(16) se, *omitenla el ms. Pl. 2., y Hal.*
(17) *Los mms. Pl. 1. 2., y las ed. Schf. Hal.;* debitor, *insertan el ms. Bg., y las demas ed.*
(18) posse, *los mms. Pl. 1. Bg. y algunos libros de Russ.*
(19) dandum, *los mms. Pl. 1. 2. Bg.*

Digitized by Google

redes factum possint adimplere, illa subtili et supervacua scrupulositate explosa, per quam putabant, non esse possibile factum ab alio compleri, quod alii impositum est. Et quare, quum paene similis omnium hominum (1) natura est, non et facta omnes vel plus vel paulo (2) minus adimplere possint, ne ex huiusmodi subtilitate cadant hominum voluntates?

Dat. Kal. August. Constantinop. LAMPADIO et ORESTE VV. CC. [530.]

14. *Idem A.* IOANNI *P. P.* (3) — Optimam quaestionem et frequenter in iudiciis versatam satis humanum est saltem in praesenti dirimere, ne diutius nostram rempublicam (4) molestare concedatur. In multis etenim contractibus, et maxime in foeneratitiis cautionibus, solitum est adscribi, stipulationes per certos servos celebrari. Sed quidam, indevotione tenti, ex hoc materiam altercationis acceperunt; et alii quidem non esse servum adhibitum contendebant, alii vero non eius servum esse, ad quem pertinere scriptura protestabatur; et si non per servum, sed inter praesentes celebratam esse rem (5) fuerat (6) scriptum, et hoc iterum dubitabatur debere ostendi, partes esse praesentes.

§ 1.—Quum itaque satis utile est, in contractibus et servos adhiberi et praesentes esse personas adscribi, forte propter personas dignitate excelsas vel mulieres, quas naturalis pudor non (7) omnibus perperam sese manifestare concedit, sancimus, tales scripturas omnifariam esse credendas, et sive adscriptus fuerit servus, et ad quandam personam dicitur pertinere, credi omnimodo, et servum adesse (8), et fecisse stipulationem, et (9) eam esse scripto domino acquisitam, et non dubitari, si servus ipse praesto fuerit, vel eius dominus (10) fuerit is (11), pro quo scriptus est fecisse stipulationem.

§ 2.—Et si inter praesentes partes res acta esse dicitur, et hoc esse credendum, si tamen in eadem civitate utraque persona in eo (12) die commanet, in quo (13) huiusmodi instrumentum conscriptum (14) est, nisi is, qui dicit, sese vel adversarium abesse (15), liquidis ac manifestissimis probationibus, et melius quidem si per scripturam, vel saltem per testes undique idoneos et omni exceptione maiores ostenderit, sese vel adversarium suum eo die civitate abfuisse; sed huiusmodi scripturas propter utilitatem contrahentium esse credendas.

solamente hubieren sido concebidas para dar, puesto que á pesar de todo también los herederos pueden realizar el hecho, quedando desterrada aquella sútil y supérflua escrupulosidad según la cual juzgaban, que no era posible que se ejecutase por uno un hecho que se impuso á otro. ¿Y por qué, siendo casi igual la naturaleza de todos los hombres, no podrían ejercitar también todos sobre poco más ó menos los hechos, á fin de que por tal sutileza no se invaliden las voluntades de los hombres?

Dada en Constantinopla las Calendas de Agosto, bajo el consulado de LAMPADIO y de ORESTE, varones esclarecidos. [530.]

14. *El mismo Augusto á* JUAN, *Prefecto del Pretorio.*—Es bastante humano dirimir á lo menos al presente una cuestión importantísima y con frecuencia planteada en los juicios, á fin de que no se permita que por más tiempo moleste á nuestra república. Porque en muchos contratos, y principalmente en las escrituras de préstamos á interés, se acostumbró añadir que las estipulaciones se celebran por medio de determinados esclavos. Pero algunos, tentados de faltar al cumplimiento, sacaron de aquí motivos para altercados; y unos, á la verdad, sostenían que no se había presentado esclavo, y otros, que el esclavo no era de aquel á quien se decía que pertenecía en la escritura; y si se había escrito que el contrato se había celebrado, no por medio de un esclavo, sino entre presentes, también á su vez se dudaba si se debía probar que las partes estaban presentes.

§ 1.—Y así, como es bastante útil que en los contratos se empleen esclavos y que se escriba que las personas estaban presentes, acaso por ser excelsas por su dignidad las personas, ó por ser mujeres, á las cuales el pudor natural no les permite que inconvenientemente se presenten en todas partes, mandamos, que de todos modos deban ser creídas tales escrituras, y que si se hubiere consignado en el escrito un esclavo, y se dice que pertenece á determinada persona, se crea de todos modos que el esclavo estaba presente, que hizo la estipulación, y que esta fue adquirida para el que fué escrito como dueño, y no se dude si el mismo esclavo haya estado presente, ó si fuere su dueño aquel á cuyo favor se escribió que hizo la estipulación.

§ 2.—Y si se dice que la cosa se hizo entre partes presentes, también se ha de creer esto, si, no obstante, ambas personas se hallaren en la misma ciudad aquel día en que se escribió tal instrumento, á no ser que el que dice que él ó su adversario estaba ausente demostrare con claras y muy evidentes pruebas, y mejor ciertamente por medio de escritura, ó á lo menos por testigos de todo punto idóneos y mayores de toda excepción, que él ó su adversario estuvo ausente de la ciudad en aquel día; mas por utilidad de los contratantes se ha de dar crédito á tales escrituras.

(1) hominum, *los mms. Pl. 1. 2. Bg., y la ed. Schf.*
(2) plus vel minus, *suprimiendo* vel *y* paulo, *Cujacio.*
(3) *Dícese en el § 12. I. C. III. 19. que esta constitución fué escrita para los abogados de Cesarea. Véase la nota correspondiente de la ley 25. C. V. 37.*
(4) rem vestram publ., *el ms. Pl. 2.;* vestram rem p., *la ed. Schf. Véase la nota anterior.*
(5) *Russ. observa al márgen, que falta la palabra* rem, *pero contra nuestros cód.*
(6) fuerit, *los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf.*
(7) in, *insertan los mms. Pl. 1. 2., y Russ., contra los mms. de Russardo.*
(8) *Los mms. Pl. 1. 2. Gt., y las ed. Nbg. Schf.:* esse, *el ms. Bg. antes de la corrección;* abfuisse, *Hal. y los demás.*
(9) et ita, *el ms. Gt.*
(10) domini, *el ms. Pl. 2.;* dominii, *el ms. Bg.*
(11) *El ms. Bg., y la ed. Schf.;* fuerit, *omitiendo* is, *el ms. Pl. 2.;* fuit is, *los mms. Pl. 1. Gt., y la ed. Nbg.; en Hal. y en los demás faltan* fuerit is.
(12) eodem, *omitiendo* in, *el ms. Bg., y las ed. Nbg. Hal. Bk.;* in eodem, *los mms. Pl. 2. Gt.*
(13) in qua, *el ms. Pl. 1., y Hal.; pero véase el § 12. I. de inutil. stipul. III. 19.*
(14) scriptum, *los mms. Pl. 2. Bg. Gt., y Hal.;* inscriptum, *el ms. Pl. 1., y la ed. Schf.*
(15) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf. Hal.;* abfuisse, *Russ. y los demás.*

Digitized by Google

Dat. Kal. Novemb. post consulatum LAMPADII et ORESTIS VV. CC. [531]

15. *Idem A.* IOANNI *P. P.* — Si quis spoponderit (1) insulam, quum moriebatur, aedificare stipulatori (2), impossibilis veteribus videbatur huiusmodi stipulatio. Sed nobis, sensum contrahentium discutientibus, verisimile esse videtur, hoc inter eos actum, ut incipiat quidem contra morientem obligatio, immineat autem heredibus eius (3), donec ad effectum perducatur. Nemo enim ita stultus invenitur, ut tali animo faceret stipulationem, ut putaret, posse tantum aedificium in (4) uno momento horae extollere, vel eum, qui moritur, talem habere sensum, quod ipse sufficeret (5) ad huiusmodi (6) operis completionem.

§ 1.—Sancimus itaque, si quid tale evenerit, heredes (7) teneri, ut factum, quod mortis tempore facere promisit, hoc heredes eius adimpleant, quasi speciali heredis mentione habita, licet hoc minime fuerit expressum. Quemadmodum enim, si in dando concepta (8) fuerit stipulatio, et (9) contra heredes transmittebatur, ita, et si in faciendo est, licet in mortis tempus (10) colligatur, attamen ad similitudinem in dando conceptae stipulationis et heredes obligari, ut non discrepet factum a datione, sed sit lex nostra per omnia sibi consentanea. Quod et in legatis simili modo relictis observari censemus.

Dat. XV. Kal. Novemb. Constantinop. post consulatum LAMPADII et ORESTIS VV. CC. anno secundo. [532.]

TIT. XXXIX [XXXVIII]

DE INUTILIBUS STIPULATIONIBUS

1. *Imp.* ANTONINUS *A.* PAULINO.—Ex stipulatione, in qua impubes sine tutore auctore spopondisti, non es obligatus.

PP. Kal. Iul. Romae, LAETO II. et CEREALE Conss. [215.]

2. *Imp.* ALEXANDER *A.* MENOPHILO (11). — Libera matrimonia esse, antiquitus placuit. Ideoque pacta, ne liceret divertere, non valere, et stipulationes, quibus poenae irrogarentur (12) ei, qui (13) divortium fecisset, ratas non haberi, constat.

PP. III. Non. Februar. MAXIMO II. et AELIANO Conss. [223.]

3. *Impp.* DIOCLETIANUS *et* MAXIMIANUS *AA.* (14)

Dada las Calendas de Noviembre, después del consulado de LAMPADIO y de ORESTE, varones esclarecidos. [531.]

15. *El mismo Augusto á* JUAN, *Prefecto del Pretorio.*—Si alguno hubiere prometido edificar, cuando muriese, una casa para el estipulante, parecíales imposible semejante estipulación á los antiguos. Pero á nosotros, discutiendo el sentido de los contratantes, nos parece que es verosímil que entre ellos se convino esto, que la obligación comience ciertamente contra el que fallece, pero que gravite sobre sus herederos hasta que se lleve á efecto. Porque no se halla nadie que sea tan necio que hiciera una estipulación con tal ánimo que pensara, que podia levantar tan grande edificio en el solo momento de una hora, ó que el que fallece tuviera la idea de que él mismo se bastaría para la ejecución de tal obra.

§ 1.—Así, pues, mandamos, que si aconteciere alguna cosa semejante, estén obligados los herederos, de suerte que ejecuten sus herederos el hecho que prometió realizar al tiempo de la muerte, como si se hubiera hecho especial mención del heredero, aunque de ninguna manera se hubiere expresado esto. Porque así como si la estipulación hubiere sido concebida para dar, se transmitia también contra los herederos, así también si consiste en hacer, aunque se refiera al tiempo de la muerte, se obliguen, sin embargo, los herederos á la manera que en la estipulación concebida para dar, de modo que, un hecho no discrepe de la dación, sino que en todo sea uniforme nuestra ley. Lo que mandamos que se observe también en los legados dejados de análogo modo.

Dada en Constantinopla á 15 de las Calendas de Noviembre, en el año segundo después del consulado de LAMPADIO y de ORESTE, varones esclarecidos. [532.]

TÍTULO XXXIX [XXXVIII]

DE LAS ESTIPULACIONES INÚTILES

1. *El Emperador* ANTONINO, *Augusto, á* PAULINO. —No te obligaste en virtud de una estipulación en la que, siendo impúbero, prometiste sin la autoridad del tutor.

Publicada en Roma las Calendas de Julio, bajo el segundo consulado de LETO y el de CEREAL. [215.]

2. *El Emperador* ALEJANDRO, *Augusto, á* MENOFILO.—Desde antiguo se determinó que fueran libres los matrimonios. Y, por lo tanto, consta que no son válidos los pactos de que no sea licito divorciarse, y que no se tienen por firmes las estipulaciones en que se imponen penas al que se hubiese divorciado.

Publicada á 3 de las Nonas de Febrero, bajo el segundo consulado de MÁXIMO y el de ELIANO. [223.]

3. *Los Emperadores* DIOCLECIANO *y* MAXIMIANO,

(1) sponderat, *los mms. Bg. Gt.*; sponderat, *el ms. Pl. 2.*; sponderet, *Hal.*
(2) stipulatori, *omitela Hal.*
(3) eius, *omitenla los mms. Pl. 2. Gt.*
(4) in, *omitela el ms. Bg., en el cual antes de la corrección faltaba también* horae.
(5) sufficiet, *los mms. Pl. 1. 2.*; sufficiat, *el ms. Gt., y las ed. Nbg. Hal.*
(6) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., y Hal.*; huius, *las demás ed.*
(7) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Hal.*; eius, *insertan las ed. Schf. Russ. y las demás.*
(8) concepta, *omitenla el ms. Pl. 1., y Hal.*
(9) et, *omitela el ms. Bg.*
(10) *Los mms. Pl. 1. 2. Gt., el ms. Bg. según la primera escritura, y todos los cód. de Russardo;* tempore, *las ed.*
(11) Menephilo, *algunos mms.*
(12) irrogantur, *los mms. Pl. 1. 2. Gt.*
(13) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los mms. de Russ., y las ed. Nbg. Hal.*; quaeve, *insertan las ed. Schf. Russ. y las demás.*
(14) et CC., *añaden Hal. y después los demás excepto Bk., contra los mms. Vat. Pl. 1. Bg., la ed. Nbg., y S. Perus.*

Digitized by Google

Isidoro (1). — Ut inter absentes verborum obligatio contrahi non potest, ita alteri, cuius iuri subiectus non est, aliquid dari vel restitui, nisi sua intersit, nemo stipulari potest. Quum igitur, defuncta in matrimonio filia tua, superstitis filii nomine partem dimidiam dotis a marito detineri, alteram vero partem nepoti tuo vel, si is in rebus humanis non esset, Iuliano restitui, per pactum convenisse proponas, praeventoque morte nepote, etiam stipulationem ad Iulianum factam ob absentiam eius non valuisse significes, ac propterea ex persona ac stipulatione tua, qua restitui cuncta iuxta pactorum tenorem provideras, reddi tibi desideres; super stipulatu tuo adi praesidem provinciae, ut examinatis partium allegationibus, quantum (2) constiterit (3) interesse tua, iuxta placiti fidem dotis portionem Iuliano restitutam fuisse, ob incertae actionis effectum concludat condemnationem taxatae quantitatis.

PP. Id. Decemb. ipsis IV. et III. AA. Conss. [290.]

Augustos, á Isidoro.—Así como no se puede contraer una estipulación verbal entre ausentes, nadie puede estipular que se dé ó se restituya alguna cosa á otro, á cuya autoridad no está sujeto, á no ser que á él mismo le interese. Por lo tanto, como expones que, habiendo fallecido tu hija durante el matrimonio, se convino por pacto que por el marido se retuviera á nombre del hijo sobreviviente la mitad de la dote, y que la otra mitad fuese restituída á tu nieto, ó si éste no viviese, á Julián, é indicas que, habiendo muerto antes el nieto, no fué tampoco válida la estipulación hecha á favor de Julián por causa de su ausencia, y por esto deseas que por virtud de la persona y de tu estipulación, por la que habías previsto que se te restituyera todo conforme al tenor de los pactos, se te devuelva; dirígete en cuanto á tu estipulación al presidente de la provincia, para que, examinadas las alegaciones de las partes, fije por efecto de la acción incierta la condena de la cantidad tasada, por cuanto constare que te interesa que conforme á lo pactado se le haya restituído á Julián la porción de la dote.

Publicada los Idus de Diciembre, bajo el cuarto y el tercer consulado de los mismos Augustos. [290.]

4. *Iidem AA. et CC.* Domnae (4).— Ex eo instrumento nullam vos (5) habere actionem, quo (6) contra bonos mores de successione futura interposita fuit stipulatio, manifestum est, quum omnia, quae contra bonos mores vel in pactum vel in stipulationem (7) deducuntur, nullius momenti sint.

PP. III. (8) Kal. Mai. AA. Conss. [293—304.]

4. *Los mismos Augustos y Césares á* Domna. — Es manifiesto, que no tenéis ninguna acción en virtud del instrumento en que contra las buenas costumbres se interpuso una estipulación sobre una sucesión futura, porque es de ningún valor todo lo que contra las buenas costumbres se incluye en un pacto ó en una estipulación.

Publicada á 3 de las Galendas de Mayo, bajo el consulado de los Augustos. [293—304.]

5. *Iidem AA. et CC.* Aquilinae (9). — Dolo vel metu adhibito, actio quidem nascitur, si subdita stipulatio sit, per doli (10) tamen vel metus exceptionem submoveri petitio debet.

S. XIII. Kal. Octob. AA. Conss, [293—304.]

5. *Los mismos Augustos y Césares á* Aquilina.— Habiendo mediado dolo ó miedo, nace ciertamente acción, si se hubiera seguido estipulación, pero la demanda debe ser rechazada con la excepción de dolo ó de miedo.

Sancionada á 13 de las Calendas de Octubre, bajo el consulado de los Augustos. [293—304.]

6. *Iidem AA. et CC.* Septimio *et* Eustolio (11).— Si avia vestra sibi et Eustolio (12), quam mutuam dederat pecuniam, dari fuit (13) stipulata, nihil ei, cuius subiecta iuri non fuerit, quaerere potuit. Sane si ipse, quod ei solvi placuerat, in stipulationem (14) suo nomine deduxit (15), obligationem in eius etiam personam constitisse, non ambigitur.

S. V. Kal. Octob. Caess. Conss. (16) [294—305.]

6. *Los mismos Augustos y Césares á* Septimio *y á* Eustolio.—Si vuestra abuela estipuló que se le diera á ella y á Eustolio el dinero que había dado en mútuo, no pudo adquirir nada para aquel á cuya autoridad no hubiere estado sujeta. Pero si el mismo comprendió á su propio nombre en la estipulación lo que se había convenido que se le pagara, no se duda que la obligación subsistió también respecto á su persona.

Sancionada á 5 de las Calendas de Octubre, bajo el consulado de los Césares. [294 - 305.]

(1) *Los mms. Cas. Bg., y Cuyacio;* Isidorae, *los demás.*
(2) *Los mms. Veron. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf. Hal.;* quanti, *Russ. y los demás.*
(3) constituerit, *el ms. Veron.*
(4) *Hal. Russ. Bk., con quienes concuerdan los mms. Cas. Pl. 1. Bg., y S. Perus.;* Damnae, *el ms. Veron.;* Dominae, *Cont. y los demás.*
(5) nos, *el ms. Bg.*
(6) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., y las ed. Nbg. Hal.;* in quo, *las ed. Schf. Russ. y las demás, pero en todos los mms. de Russ. faltaba* in; quia, *el ms. Veron.;* quod, *el ms. Gt.*
(7) in pacto vel in stipulatione, *los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los mms. de Russ., y las ed. Nbg. Schf. Hal.; pero confirma el texto el ms. Veron.*
(8) VI., *el ms. Veron., el cual concuerda con lo demás de la indicación de la fecha.*
(9) Aquiliae, *el ms. Veron.;* Aquilino, *el ms. Vat.*
(10) *Los mms. Veron. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Schf. Hal.;* mali, *insertan las ed. Nbg. Russ. y las demás.*
(11) *Los mms Veron. Pist. Cas. Vat. Pl. 1. Bg., y S. Perus.;* et Eustolio, *omitenlas todas las ed.;* et Eutolio, *pretende añadir Cuyacio.*
(12) vestra Septimio et Eustolio, *Hal. en la nota.*
(13) *Los mms. Veron. Pl. 2. Gt., y la ed. Schf.;* fuerat, *el ms. Bg.;* fuerit, *los demás.*
(14) stipulatione, *el ms. Veron., y la ed. Schf.*
(15) *Los mms. Veron. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf. Hal.;* deduxerit, *Russ. y los demás.*
(16) *La indicación de la fecha, que falta en Hal., confírmala el ms. Veron.*

Digitized by Google

TIT. XL [XXXIX]

DE DUOBUS REIS STIPULANDI ET (1) PROMITTENDI (2)

[1. *Impp.* DIOCLETIANUS *et* MAXIMIANUS *AA.* (3) PAULINAE (4).— Si duo pluresve rei cuiusdam traditione conventionem (5) in solidum inierint (6), cuicunque eorum, quamdiu res in eadem causa permanserit (7), si casus obtulerit, actio in solidum competit.

PP. III. Non. Decemb. MAXIMO II. et AQUILINO Conss. [286.]]

2. [1.] *Impp.* DIOCLETIANUS *et* MAXIMIANUS (8) *AA.* (9) DIOGENI (10). — Creditor prohiberi non potest exigere debitum, quum sint duo rei promittendi eiusdem pecuniae, a quo velit. Et ideo, si probaveris te conventum in solidum exsolvisse, rector provinciae iuvare te adversus eum, cum quo communiter mutuam pecuniam accepisti, non cunctabitur.

PP. (11) V. Kal. Mart. DIOCLETIANO III. et MAXIMIANO AA. Conss. [287.]

AUTHENT. *de duobus reis promitt. in princ. et § seq. (Nov. 99. c. 1.)*—Hoc ita, si pactum fuerit speciale, unumquemque teneri in solidum, et si alter inops sit in solidum vel in partem, ut id saltem de altero petatur, vel si absens sit. Quum enim ambo adsunt, per iudicem producuntur, negotiumque communiter examinatur, et sententia communiter infertur. Quod fiet per administratorem, si iudex sit delegatus. Sin autem non convenit (12) specialiter, ex aequo sustinebunt onus. Sed et si convenit (13), si tamen (14) ambo praesentes sint et idonei, simul cogendi sunt ad solutionem.

3. [2.] *Iidem AA. et CC.* FABRICIO (15).—Exprimere debueras tuis precibus, utrumne in partem, an in solidum singuli vos obligaveritis, ac duo rei promittendi exstiteritis, quum, si quidem ab initio unusquisque pro parte sit obligatus, egredi contractus fidem non possit, si vero in solidum, electio rescripto adimi non debeat.

S. Id. April. Byzantii, AA. Conss. [293—304.]

4. [3.] *Iidem AA. et CC.* ANDRONICO (16).—Propter mutuam uni datam pecuniam aliis promittendi factis ob non numeratam sibi pecuniam obligationem

(*Nov. 52. c. 2.*) — Item et a privatis in principem etiam cessantibus actis fit donatio.

Alias vero, quae ad pietatem respiciunt, usque ad quingentorum solidorum (1) summam et sine monumentis esse validas censemus. His insuper ante nuptias donationibus, quae in adultas minores sui iuris constitutas cuiuscunque summae procedunt, secundum veterum legum scita, et nisi (2) actis intervenientibus corroboratae sunt, suam retinentibus firmitatem.

§ 1.—Sin autem non in auro res donationis fuerint datae, sed per res mobiles vel immobiles vel se moventes, quantitatem earum aestimari, et si quidem usque ad legitimam solidorum summam erigatur, validam eam esse (3), et sine monumentis conservari; sin autem amplioris summae inveniatur, et minime actis comprobata est, superfluum tantum vacuari.

§ 2.— Ne autem communione inducta donatori et ei (4), qui liberalitem suscepit, aliqua oriatur contentio, electionem damus ei, qui ampliorem summam in re donata habuerit, reliquam (5) aestimationis quantitatem offerre ei, qui minorem causam habuit, et totum possidere. Sin autem hoc minime facere maluerit, tunc omnimodo res dividi secundum quantitatem (6) utrique parti competentem, si res dividi sine suo periculo possibilis (7) est. Sin autem in huiusmodi casibus, in quibus partitio utiliter celebrari minime potest, amplioris summae dominus noluerit aestimationem offerre, tunc licebit etiam ei, qui minoris summae habet potestatem, offerre pretium, et totum sibi vindicare.

§ 3.—Si quis autem per diversa tempora in eandem personam multas faciat liberalitates, quarum singulae quidem legitimam quantitatem non excedunt, in unum autem compositae et praedicto modo exaggeratae redundare videntur et maioris esse quantitatis, non videatur eas oportere in unum coadunare, et introducere modos, per quos non valeant (8), et in irritum devocentur (9), sed e contrario et plures intelligantur, et singulae secundum sui naturam obtineant, et monumentorum observatione non indigeant. Quum enim a veteribus super hac re variatum est, aliis multas, aliis unam esse definientibus, nobis causa placuit humanior, ut et multae intelligantur, et omnes validae, et hi, qui liberalitates accipiunt, sciant, veros, non falsos suos (10) esse donatores.

§ 4.—Si quis autem talem receperit donationem, in qua stipulatus fuerit annuam quandam (11) sibi (12) praestari quantitatem tantae summae, quae non excedit legitimum donationis modum, variabatur, utrum eum ex particulari donatione multas fecisse donationes existimandum est (13), et eas actis non indigere, an ex totius stipulationis fun-

(*Nov. 52. c. 2.*) — Asimismo se hace donación al príncipe también por los particulares aun dejando de hacerse actuaciones.

Mas las demás que se refieren á causas pías mandamos que sean válidas aun sin insinuación hasta la suma de quinientos sueldos. Conservando además de estas su vigor las donaciones que de cualquier suma se hacen á personas adultas menores de edad constituídas de propio derecho, conforme á las disposiciones de las antiguas leyes, aunque no hayan sido corroboradas mediando actuaciones.

§ 1.—Mas si las cosas de la donación no hubieren sido dadas en dinero, sino en bienes muebles ó inmuebles ó semovientes, estímese la cantidad de estos, y si verdaderamente ascendiera á la suma legal de sueldos, sea válida y subsista sin insinuación; pero si se hallara que es de mayor suma, y que no fué confirmada en actuaciones, quede sin efecto solamente el exceso.

§ 2.—Mas para que establecida comunión no surja alguna cuestión para el donador y para el que aceptó la liberalidad, le damos al que tuviere en la cosa donada la mayor parte la elección para ofrecer la restante cantidad de la estimación al que tuvo la menor parte y para poseer la totalidad. Pero si de ningún modo hubiere preferido hacer esto, en este caso divídase de todos modos la cosa conforme á la cantidad que compete á cada una de las partes, si es posible que la cosa se divida sin riesgo de la misma. Mas si en los casos en que de ningún modo es posible hacer utilmente la partición no quisiere el dueño de la mayor parte ofrecer el importe, entonces le será lícito también al que tiene derecho á la suma menor ofrecer el precio, y reivindicar para sí la totalidad.

§ 3.—Mas si alguien hiciera en diversos tiempos muchas liberalidades á favor de la misma persona, cada una de las que no excede ciertamente de la cuantía legal, pero que reunidas en una y exageradas de dicho modo parecen que son excesivas y de cuantía mayor, no se considere que es conveniente reunirlas en una é introducir maneras por las cuales no sean válidas, y sean reducidas á nulidad, sino que por el contrario sean consideradas como muchas, y subsista cada una según su propia naturaleza, y no necesite de la observancia de la insinuación. Porque habiéndose divagado por los antiguos sobre este particular, determinando unos que son muchas, y otros que una sola, nos pareció preferible la resolución más benigna, á fin de que se entendiera que son muchas, y todas válidas, y de que sepan los que reciben liberalidades que son verdaderos, no falsos, sus donadores.

§ 4.—Pero si alguno hubiere recibido una donación, en virtud de la cual hubiere estipulado que se le entregase cierta cantidad anual de tal importe que no excede de la tasa legal de la donación, se disentía sobre si se ha de estimar que éste hizo por virtud de una donación particular muchas donaciones, y estas no necesitaban de actuaciones, ó si

(1) solidorum, *omitenla los mms. Veron. Pl. 1. Gt.*
(2) *Los mms. Veron. Pl. 1., y las ed. Nbg. Hal.*; et sine, *los mms. Pl. 2. Gt.*; etiam nisi, *el ms. Bg., y las ed. Schf. Russ. y las demás.*
(3) esse, *omitenla los mms. Pl. 1. 2. Gt., y las ed. Schf. Hal.*; eam, *omitenla el ms. Bg., y la ed. Nbg.*
(4) ei, *omitenla los mms. Pl. 1. 2. Bg., y las ed. Nbg. Hal.*
(5) reliquae, *el ms. Veron.*
(6) quantitates, *y después* competentes, *los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt.*
(7) possibile, *los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt.*
(8) convaleant, *los mms. Veron. Pl. 1. 2. Gt., todos los de Russ., y la ed. Schf.*

(9) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los mms. de Russ., y las ed. Schf. Nbg. Hal. Bk.*; revocentur, *el ms. Veron., Russ. y los demás.*
(10) suos, *omitela el ms. Pl. 1., y también parece que falta en el ms. Veron.*
(11) quandam, *omitela la ed. Nbg.*; quidem, *el ms. Bg.*; cuidam, *el ms. Pl. 1., en el que después se lee* praestare.
(12) sibi, *omitenla los mms. Pl. 1. 2. Bg. concordando con Schol. Bas.*
(13) *Los mms. Veron. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y la ed. Nbg. Schf.*; sit, *Hal. y los demás.*

Digitized by Google

damento et fonte eius, ex quo (1) annuae donationes (2) profluxerunt, et unam esse eam donationem putandam (3), et procul dubio monumentorum observatione vallandam; quod veteres quidem sat (4) abundeque variaverunt. Nos autem (5) certa divisione concludimus, ut, si huiusmodi quidem fuerit donatio, ut intra vitam personarum stetur (6) vel dantis vel accipientis, multae (7) intelligantur donationes et liberae a monumentorum observatione. Incertus etenim fortunae exitus hoc nobis suggessit, ut possibile sit, unius anni tantummodo vel brevioris vel etiam amplioris temporis metas supervivere (8) vel donatorem vel eum, qui donationem accepit, et ex hoc inveniri, (9) totam summam donationis non excedere legitimam quantitatem. Sin autem etiam heredum ex utraque parte fuerit mentio, vel adiiciatur (10) tempus vitae vel donatoris vel (11) qui donationem accipiet (12), tunc (13), quasi perpetuata donatione et continuatione eius magnam et opulentiorem eam efficiente, et una intelligatur (14), et quasi densioribus donationibus cumulata (15) excedere legitimum modum, et (16) omnimodo acta resposcere (17), et aliter minime convalescere (18).

Recitata Septimo (19) in novo consistorio palatti IUSTINIANI. Dat. III. Kal. Novemb. DECIO V. C. Cons. [529.]

35. *Idem A.* IULIANO *P. P.* — Si quis argentum donaverit, certumque pondus nominaverit, non autem alias (20) vel generaliter vel specialiter expresserit, necessitatem ei imponimus (21) omnimodo praefatum pondus argenti dare, sive in vasis, quibus voluerit, non tamen peioribus aestimatione massae, sive in ipsa aestimatione, quae pro massa rudi in illis locis frequentata est.

§ 1.—Si vero reditum certum ex possessionibus donaverit, non tamen nomina possessionum edixerit, necesse habere de sua substantia fundos tradere, tantum reditum inferre valentes, quantum in donatione posuerit, in talibus tamen agris, qui nec omnibus, quos habet in possessione, anteponuntur, nec deteriores omnibus sunt, sed status mediocris (22) inveniuntur.

§ 2.—Similique modo, si quis certum numerum servorum donaverit, non tamen et (23) hic nomina-

(1) ex qua, *los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y Hal.*
(2) devoti mes, *el ms. Bg.*
(3) putandum, *Hal. Cont. 66. 71. 76. Char. Pac.*
(4) *Los mms. Veron. Pl. 1., y Hal.*; satis, *los demás.*
(5) *Los mms. Veron. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los mms. de Russ., y las ed. Schf. Hal.*: omnia, *insertan las ed. Schf. Russ. y las demás, contra Schol. Bas.*
(6) stet, *las ed. Nbg. Hal.*
(7) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y la ed. Schf.*: et multae, *los demás.*
(8) supervenire, *el ms. Pl. 1., y var. l. gl.*
(9) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Hal.*: etiam, *insertan el ms. Veron., y las demas ed.*
(10) *Apoyan esta lectura vulgar los mms. Veron. Pl. 1. 2. Bg. Rg. y todas las ed., y ningún editor indicó que en los cód. variase la lectura; pero Cuyacio, en Obss. XV. 22., conviniendo con el Cont. al márgen, enmienda:* vel non adiiciatur, *ó* nec adiiciatur, *tanto por causas internas, como porque Schol. Bas. dice: καὶ μὴ προστέθειέ ὁ τὰς ζωὰς κατώσας. Pero el mismo texto de las Bas., que impugna Cuyacio en el citado lugar, ampara nuestra lectura, porque dice así en la ed. Fabrot.:* εἰ δὲ ῥητὸν χρόνον ὁρίσατεν.
(11) *Los mms. Veron. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Hal.*; el, *inserta la ed. Schf.*; elus; *insertan Russ. y los demas.*

por razón de ser fundamento de toda la estipulación y fuente de la misma, de la cual dimanaron las donaciones anuales, debia considerarse que esta era una sola donación, y que sin duda alguna debia ser convalidada con la observancia de la insinuación; sobre lo que verdaderamente divagaron mucho y sobrado los antiguos. Pero estableciendo cierta división decidimos nosotros, que si la donación fuere ciertamente de tal naturaleza, que subsista durante la vida de las personas, ya del que la da, ya del que la recibe, se entienda que son muchas las donaciones, y que están exentas de la observancia de la insinuación. Pero nos sugirió esto el éxito incierto de la fortuna, como quiera que sea posible que ó el donador ó el que recibió la donación sobreviva solamente el término de un año, ó un tiempo menor ó aun mayor, y que por ello resulte que toda la suma de la donación no excede de la cuantía legal. Mas si por ambas partes se hubiere hecho mención también de los herederos, ó se añadiera el tiempo de la vida, ya del donador ya del que recibirá la donación, en este caso, como si se hubiera perpetuado la donación, y su continuacion la hiciere grande y más cuantiosa, entiéndase que es una sola, y que como aumentada con mayores donaciones excede de la cuantía legal, y requiere de todos modos actuaciones, y que de otra manera no pudo subsistir.

Recitada en Séptimo en el nuevo consistorio del palacio de JUSTINIANO. Dada á 3 de las Calendas de Noviembre, bajo el consulado de DECIO, varón esclarecido. [529.]

35. *El mismo Augusto á* JULIÁN, *Prefecto del Pretorio.* — Si alguno hubiere donado plata, y expresado cierto peso, pero no se hubiere expresado de otro modo ó en general ó especialmente, le imponemos la necesidad de dar de todos modos el peso de plata prefijado, ya sea en los vasos que quisiere, pero no los peores por la estimación de la masa, ya sea la misma estimación, que para la masa en bruto es la corriente en aquellos lugares.

§ 1.—Mas si hubiera donado cierta renta de posesiones, pero no hubiere expresado los nombres de las posesiones, tenga necesidad de entregar de sus propios bienes fundos que basten para pagar tanta renta cuanta hubiere puesto en la donación, pero en campos tales que ni aventajen á todos los que tiene en la posesión, ni sean peores que todos, sino que se halle que son de mediana calidad.

§ 2.—Y del mismo modo, si alguno hubiere donado cierto número de esclavos, pero tampoco éste

(12) *Los mms. Veron. Pl. 1. Bg.*: acceperit, *el ms. Gt., y la ed. Schf.*; accepit, *los demás.*
(13) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Hal. Bk*: ei, *insertan el ms. Veron., y las ed. Schf. Russ. y las demas, contra Schol. Bas.*
(14) donatio, *añaden Russ. y después los demás, contra los mms. Veron. Pl. 1. 2. Bg. Gt., las ed. Nbg. Schf. Hal., y Schol. Bas.*: intellegantur, *se halla en el ms. Veron.*
(15) et, *insertan los mms. Veron. Pl. 1. 2., contra Schol. Bas.*
(16) et, *omitela el ms. Veron.*
(17) *Los mms. Veron. Pl. 1. 2. Bg., y las ed. Nbg. Schf. Hal.*: deposcere, *Russ. y los demas.*
(18) convalere, *los mms. Pl. 1. 2. Bg.*
(19) septies, *el ms. Veron.*; *pero* Septimo *el ms. Pl. 1.*
(20) *Isidoro traduce en Schol. Bas.* μὴ μὲν τὰ σκεύη, *de suerte que parece haber leido* non autem vasa. *Con Isidoro concuerdan las mismas Bas.*
(21) imponi, *los mms. Pl. 1. 2., el ms. Bg. según la primera escritura, todos los mms. de Russ., y Hal.*; *pero* imponimus, *el ms. Veron.*
(22) stati mediocres, *el ms. Veron.*; *pero* μέσης πολιτείας, *Schol. Bas.*
(23) et, *omitenla las ed. Nbg. Hal.*; *Schol. Bas. prescinde de* et hic.

Digitized by Google

tim servos inscripserit, et hic (1) mediocris figurae servos tradere, et neque tales, quos non habere magis, quam habere prodest, nec iterum eos, qui omnem servorum familiam donatoris antecellunt; sed et hic mediocritas spectetur (2).

§ 3.—Sin autem donator, neque argentum neque servos habens vel non tantum, quantum donavit, fecerit eorum donationem, aestimationem in his celebrari pro eo, quod deest, ita tamen, ut argenti quidem, secundum quod praediximus, aestimatio detur; in servis autem non amplius nec minus quindecim solidis quantitas (3) pro singulis reddetur (4); in reditibus autem in quindecim annos (5) aestimationem praestet. Sed in his omnibus, si quidem intra legitimam summam donatio fiat, nulla monumenta requirantur; sin autem amplioris summae, tunc ad acta publica decurratur (6), ita ut (7) in his, quae amplioris sunt aestimationis, secundum nostram legem non totum, sed solum superfluum evanescat.

§ 4.—Sed et si quis universitatis faciat donationem, sive bessis (8), sive dimidiae partis suae (9) substantiae, sive tertiae, sive quartae, sive quantaecunque, vel etiam totius, si non de inofficiosis donationibus ratio ad (10) hoc reclamaverit, coarctari donatorem legis nostrae auctoritate tantum, quantum donavit, praestare; observatione et hic monumentorum, secundum quod iam sanximus, omnimodo requirenda.

§ 5.—Sed si quidem in omnibus supradictis casibus usufructus fuerit a donatore retentus, et (11) traditionem iure intelligi fieri. Sin autem hoc minime donator expresserit, si quidem stipulatio donationi (12) inserta sit, ex eius auctoritate traditionem compelli fieri. Sin vero et hoc praetermissum sit, et usumfructum (13) minime detinuerit, nihilominus ex lege nostra necessitatem ei imponi etiam tradere hoc, quod donare existimavit, ut non ex hoc inutilis sit donatio, quod res non traditae sunt, nec confirmetur ex traditione donatio, sed liberalitatem plenam et secundum legem nostram perfectissimam constitutam necessarius traditionis effectus sequatur, et necessitatem habeat donator omnimodo (14) res vel partem substantiae, quam nominaverit, vel totam substantiam tradere. Quum enim in arbitrio cuiuscunque sit hoc facere, quod instituit, oportet eum vel minime ad hoc prosilire, vel, quum ad hoc venire properaverit, non quibusdam excogitatis artibus suum propositum defraudare, tantamque indevotionem quibusdam quasi legitimis velamentis protegere. Tantoque magis haec firma esse, si piis actibus vel religiosis personis donatio deputata sit (monumentorum observatione in his modis (15), secundum quod specialiter a nobis in huiusmodi casibus praedictum est, observanda), ne in praefatis (16) causis (17) ex qui-

hubiere designado por su nombre los esclavos, también en este caso entregará esclavos de mediano aspecto, ni tales que sea más beneficioso no tenerlos que tenerlos, ni tampoco los que son los mejores de toda la familia de esclavos del donador; sino que también en este caso se atenderá á la medianía.

§ 3.—Pero si el donador, no teniendo ni plata ni esclavos, ó no teniendo tanto cuanto donó, hubiere hecho donación de estas cosas, hágase la estimación de lo que falta, pero de suerte que por la plata se le dé ciertamente la estimación conforme á lo que antes hemos dicho; mas en cuanto á los esclavos se entregará por cada uno ni más ni menos que la cantidad de quince sueldos; y respecto á las rentas pague su estimación para quince años. Mas en todos estos casos, si la donación se hiciera ciertamente dentro de la cuantía legal, no se requieran ningunas actuaciones; pero si de mayor suma, recúrrase en este caso á las actuaciones públicas, de suerte que en las que son de mayor importe se invalide, según nuestra ley, no la totalidad, sino solamente el exceso.

§ 4.—Mas también si alguien hiciera donación de la totalidad, ó de dos terceras partes, ó de la mitad de sus bienes, ó de una tercera parte, ó de la cuarta, ó de otra porción cualquiera, ó aun de todo, si contra ello no reclamare la razón de inoficiosidad de las donaciones, sea apremiado el donador por la autoridad de nuestra ley á entregar tanto cuanto donó; debiéndose requerir de todos modos también en este caso, según lo que ya hemos dispuesto, la observancia de la insinuación.

§ 5.—Pero si verdaderamente en todos los antes mencionados casos se hubiere retenido por el donador el usufruto, se entiende que de derecho se hace también la entrega. Mas si de ninguna manera hubiere expresado esto el donador, pero en la donación se hubiere insertado una estipulación, sea compelido en fuerza de esta á hacer la entrega. Pero si también esto hubiera sido olvidado, y él no retuviere el usufruto, impóngasele, sin embargo, por nuestra ley la necesidad de entregar también lo que quiso donar, á fin de que no sea inútil la donación porque no hayan sido entregadas las cosas, y para que no se confirme la donación por la entrega, sino que el efecto necesario de la entrega siga á una liberalidad plena y hecha perfectísima con arreglo á nuestra ley, y el donador tenga necesidad de entregar de todos modos las cosas ó la parte de bienes que hubiere designado, ó todos los bienes. Porque estando al arbitrio de cualquiera hacer lo que determina, es conveniente ó que de ningún modo él se precipite á ello, ó que cuando se hubiere apresurado á llegar á ello, no falte á su propósito con algunos imaginados artificios, y no encubra tanta informalidad con ciertos pretextos como si fueran legales. Y con tanta más razón serán firmes estas disposiciones, si la donación hubiera sido hecha para actos piadosos ó á

(1) et his, *los mms. Pl. 1. 2. Bg.*; et is, *el ms. Veron., y la ed. Schf.*; καὶ τούτοις, *Schol. Bas.*
(2) expectetur, *los mms. Pl. 1. 2. Bg., y las ed. Nbg. Schf.*; expetatur, *Hal.*
(3) quantitatis, *el ms. Bg.*; quantitate, *Hal.*
(4) *Los mms. Veron. Pl. 1. 2. Gt., y las ed. Schf. Hal. Russ.*; reddatur, *el ms. Bg.*; detur, *las ed. Nbg. Cont. y las demás.*
(5) annis, *el ms. Pl. 2, y las ed. Nbg. Hal.*
(6) *Los mms. Veron. Pl. 1. Bg. Gt., todos los mms. de Russ., y Hal.*; referatur, *la ed. Schf.*; recurratur, *las ed. Nbg. Russ. y las demás.*
(7) aut, *en lugar de* ita ut, *Hal. casi por propia conjetura.*
(8) sive bessis, *omitelas Hal.; pero Schol. Bas.* εἴτε τοῦ ἡμίσεος.
(9) suae, *omitenla los mms. Bg. Gt., contra Schol. Bas.*
(10) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los mms. de Russ., y las ed. Nbg. Schf.*: in, *Hal. y los demás.*
(11) et, *y despues* iure, *omitelas el ms. Pl. 1.*
(12) donatio stipulationi, *el ms. Gt., contra nuestros libros.*
(13) et hoc praetermisso usumfructum, *el ms. Pl. 1.*
(14) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y la ed. Schf.*: vel, *insertan las demas ed.*
(15) in his modis, *hace notar Russ. al márgen, que falta en sus mms.*
(16) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los mms. de Russ., y las ed. Nbg. Schf. Hal.*: piis, *insertan Russ. y los demás.*
(17) casibus, *el ms. Pl. 2.*

Digitized by Google

busdam machinationibus non solum indevotus, sed etiam impius donator intelligatur, poenasque non solum legitimas, sed etiam coelestes exspectet. Resque donatas in omnibus supradictis casibus non solum eos, dum supersunt (1), sed etiam eorum successores reddere compelli, non tantum his, in quos donatio facta est, sed etiam eorum heredibus.

Dat. XV. Kal. April. Constantinop. Lampadio et Oreste VV. CC. Conss. [530.]

36. *Idem A.* Ioanni *P. P.* — Si quis pro redemtione captivorum pecunias dederit sive per cautionem dare promiserit cuiuscunque quantitatis, cognoscat, se neque repetitionem habere, neque exactionem cautionis posse declinare, utpote (2) gestis, sicut in donationibus, non subsecutis super insinuatione eiusdem quantitatis; eo videlicet, qui pecunias accepit vel prima vice vel post cautionem, necessitatem habente piissimam administrationem adimplere, nulla ei molestia vel inquietudine inferenda vel ab eo, qui pecunias praebuit, vel ab aliis ex auctoritate legum permissis hoc requirere (3), sed tantummodo sacramentum praestare, quod revera omnem quantitatem sine dolo (4) vel aliqua deminutione ad redemtionem dederit captivorum.

§ 1.—Simili etiam modo a (5) gestorum absolvimus ordinatione donationes rerum mobilium vel sese moventium, quas viri gloriosissimi magistri militum fortissimis praestant militibus tam ex sua substantia, quam ex spoliis hostium, sive in ipsa bellorum occupatione sive in quibuscunque locis degere noscuntur.

§ 2.—Eandem (6) liberalitatem nostrae legis indulgemus etiam his, quorum incendio vel ruina domus (7) corruptae sunt, quibusdam forte pecunias cuiuscunque quantitatis praebentibus vel cautionem conficientibus (8), ut et ipsi nec repetitionem timeant, verum etiam exactionem pecuniarum confessioni insertarum facere possint, licet gesta non fuerint subsecuta; nulla eis licentia danda pecunias ad alias causas, nisi ad refectionem domorum, erogare. Quodsi aliqua dubitatio orta fuerit, utrum tota quantitas, an pars eius in aedificiis expensa est (9), hoc (10) dominī domus sacramento dirimetur.

§ 3.—Ceteris etiam donationibus, quae gestis intervenientibus minime sunt insinuatae, sine aliqua distinctione usque ad quingentos (11) solidos valituris. Hoc etenim tantummodo ad augendas huiusmodi donationes addendum esse ex presenti lege decernimus; anteriore tempore nostra lege praecedente moderando, qua usque ad trecentos solidos

personas religiosas (guardándose en estos casos la observancia de la insinuación, según lo que especialmente se ha dicho antes por nosotros para tales casos), á fin de que el donador no sea considerado en las susodichas causas por virtud de ciertas maquinaciones no solamente indevoto, sino también impío, y haya de esperar no sólo las penas legales sino también las del cielo. Y en todos los susodichos casos serán compelidos á entregar las cosas donadas no solamente ellos, mientras viven, sino también sus sucesores, no solamente á aquellos á quienes se les hizo la donación, sino también á sus herederos.

Dada en Constantinopla á 15 de las Calendas de Abril, bajo el consulado de Lampadio y de Oreste, varones esclarecidos. [530.]

36. *El mismo Augusto á* Juan, *Prefecto del Pretorio.* — Si para la redención de cautivos hubiere alguien dado ó prometido dar por caución dinero en cualquier cantidad, sepa que él ni tiene acción para repetirlo, ni puede excusar la exacción de la caución, como por no haberse seguido, al igual que en las donaciones, actuaciones para la insinuación de la misma cantidad; teniendo, por supuesto, el que recibió el dinero ó desde luego ó después de la caución necesidad de cumplir su muy piadoso empleo, sin que se le haya de causar molestia ó inquietud alguna, ó por el que suministró el dinero, ó por otros á quienes por la autoridad de las leyes les está permitido exigir esto, sino que solamente prestará juramento de que en realidad ha dado sin dolo ó sin disminución alguna toda la cantidad para la redención de los cautivos.

§ 1.—También del mismo modo dispensamos de la práctica de actuaciones las donaciones de bienes muebles ó semovientes, que los muy gloriosos maestres militares dan á los soldados muy esforzados, tanto de sus propios bienes como de los despojos de los enemigos, ora se sepa que se hallan ocupados en la misma guerra, ora que viven en cualesquiera lugares.

§ 2.—La misma liberalidad de nuestra ley concedemos también á aquellos cuyas casas quedaron destruídas por incendio ó ruína, cuando acaso algunos les den cualquier cantidad de dinero ó les presten caución, á fin de que tampoco ellos teman la repetición, sino que también puedan hacer la exacción del dinero comprendido en la confesión, aunque no hubieren seguido actuaciones; sin que se les haya de dar facultad para gastar el dinero por otras causas, sino en la reconstrucción de las casas. Mas si hubiere surgido alguna duda sobre si en los edificios se gastó toda la cantidad ó parte de ella, dirímase esto por juramento del dueño de la casa.

§ 3.—También habrán de ser válidas sin ninguna distinción hasta quinientos sueldos las demás donaciones, que mediando actuaciones no fueron de ningún modo insinuadas. Porque creemos que por la presente ley se debe añadir esto solamente para aumentar tales donaciones; moderando nuestra precedente ley de tiempo anterior, por la cual se

(1) supersint, *los mms. Pl. 1. 2. Bg.*
(2) utputa, *el ms. Bg.*
(3) inquirere, *el ms. Pl. 2.*
(4) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Schf. Hal. Russ.;* malo, *insertan las ed. Nbg. Cont. y las demás; con el texto, Schol. Bas.*
(5) a, *omitenla los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt.*
(6) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., y las ed. Nbg. Schf. Hal.;* Eandemque, *Russ. y los demás.*
(7) *Este es el orden de las palabras en los mms. Pl. 1. 2. Bg., y las ed. Nbg. Schf. Hal.:* quor. dom. luc. vel ruina. *Russ. y los demás.*
(8) cautione confitentibus, *el ms. Pl. 2.*
(9) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y la ed. Schf.;* sit, *las demás ed.*
(10) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., y las ed. Nbg. Schf. Hal.;* haec, *Russ. y los demás.*
(11) quingentos usque ad, *los mms. Pl. 1. Bg., y las ed. Nbg. Hal.*

Digitized by Google

factae donationes et sine insinuatione firmitatem obtinere iussae sunt.

Dat. XV. Kal. Novemb. Constantinop. post consulatum LAMPADII et ORESTIS VV. CC. [531.]

37. *Idem A.* IOANNI *P. P.* — Verba superflua, quae in donationibus poni solebant, scilicet sestertii (1) nummi unius assium quatuor, penitus esse reiicienda censemus. Quid enim verbis opus est, quae rerum effectus nullus sequitur? Sancimus itaque, nullo modo eorum verborum mentionem vel in imperialibus donationibus vel in omnibus aliis de cetero fieri, sed et si quisquam per verbositatem aliquid tale inscripserit, sive remiserit, nulla differentia sit.

mandó que tuvieran validez aun sin la insinuación las donaciones hechas hasta trescientos sueldos.

Dada en Constantinopla á 15 de las Calendas de Noviembre, después del consulado de LAMPADIO y de ORESTE, varones esclarecidos. [531.]

37. *El mismo Augusto, á* JUAN, *Prefecto del Pretorio.*— Creemos que en absoluto deben rechazarse las palabras supérfluas que solían ponerse en las donaciones, á saber, de un sextercio, de una sola moneda, de cuatro ases. Porque ¿qué necesidad hay de palabras, á las que no sigue ningún efecto real? Así, pues, mandamos, que en lo sucesivo de ningún modo se haga mención de estas palabras ó en las donaciones imperiales ó en algunas otras, sino que aun cuando alguno por verbosidad hubiere escrito alguna tal palabra, ó la hubiere olvidado, no haya diferencia alguna.

TIT. LV [LIV]

DE DONATIONIBUS, QUAE SUB MODO VEL CONDITIONE VEL EX (2) CERTO TEMPORE CONFICIUNTUR

1. *Impp.* VALERIANUS *et* GALLIENUS *AA.* GAMICAE. —Si doceas, ut afirmas, nepti tuae ea lege esse donatum a te, ut certa tibi alimenta praeberet, vindicationem etiam in hoc casu utilem, eo quod legi illa obtemperare noluerit, impetrare potes, id est actionem, qua dominium pristinum tibi restituatur (3). Nam (4) condictio quidem (5) tibi in hoc casu, id est in personam actio (6), iure procedit; verum (7) vindicationem quoque (8) divi principes in hoc casu dandam esse sanxerunt (9).

PP. VI. (10) Kal. Decemb. TUSCO et BASSO Conss. [258.]

2. *Impp.* DIOCLETIANUS *et* MAXIMIANUS *AA.* (11) ZENONI (12).—Si praediorum (13) proprietatem dono dedisti, ita ut post mortem eius, qui accepit, ad te rediret, donatio valet, quum etiam ad tempus certum vel incertum ea fieri potest, lege scilicet, quae ei imposita est, conservanda.

PP. V. Id. Mart. MAXIMO II. et AQUILINO Conss. [286.]

3. *Iidem AA.* (14) MARCELLAE (15).—Quoties donatio ita conficitur, ut post tempus id, quod donatum est, alii restituatur, veteris iuris auctoritate rescriptum est, si is, in quem liberalitatis compendium conferebatur, stipulatus non sit, placiti fide non impleta (16), ei, qui liberalitatis auctor fuit (17), vel heredibus eius condictitiae actionis persecutionem competere. Sed quum postea benigna (18) iuris

TÍTULO LV [LIV]

DE LAS DONACIONES QUE SE HACEN BAJO MODO Ó CONDICIÓN Ó DESDE CIERTO TIEMPO

1. *Los Emperadores* VALERIANO *y* GALIENO, *Augustos, á* GAMICA.—Si probaras, que, como afirmas, se le hizo por ti donación á tu nieta con la condición de que te suministrase ciertos alimentos, puedes impetrar también en este caso la reivindicación útil porque ella no haya querido atemperarse á la condición, esto es, acción por la cual se te restituya tu antiguo dominio. Porque de derecho te compete ciertamente en este caso la condicción, esto es, la acción personal; mas los divinos príncipes dispusieron que en este caso se debía dar también la reivindicación.

Publicada á 6 de las Calendas de Diciembre, bajo el consulado de Tusco y de Basso. [258.]

2. *Los Emperadores* DIOCLECIANO *y* MAXIMIANO, *Augustos, á* ZENON. — Si diste por donación la propiedad de predios, de suerte que volviera á ti después de la muerte del que la recibió, es válida la donación, puesto que también puede hacerse ésta hasta tiempo cierto ó incierto, debiéndose, por supuesto, conservar la condición que se le impuso.

Publicada á 5 de los Idus de Marzo, bajo el segundo consulado de MÁXIMO y el de AQUILINO. [286.]

3. *Los mismos Augustos á* MARCELA. — Cuando la donación se hace de modo que después de algún tiempo se le entregue á otro lo que se donó, se resolvió con la autoridad del antiguo derecho, que si aquel á quien se confería el provecho de la liberalidad no hubiera estipulado, no habiéndose guardado la fe de lo pactado, le competía al que fué autor de la liberalidad, ó á sus herederos, la per-

(1) sexterciis, *el ms. Bg.;* sestertius, *el ms. Gt., y las ed. Ng. Hal.*
(2) *Los mms. Cas. Vat. Pl. I. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Hal.:* ex, *omitenla las ed. Schf. Russ. y las demás.*
(3) id est actionem — restituatur, *omítelas Hal.;* pristinum, *omítela el ms. Pl. I.*
(4) *El ms. Bg., y todos los mms. de Russ.:* non solum, *insertan el ms. Pl. 2., y todas las ed. Estas palabras parece que faltan también en el ms. Pl. I. en el cual se halla suplida sin claridad al márgen casi toda la última parte de la ley.*
(5) quidem, *omitenla las ed. Nbg. Hal. Bk.; las palabras* in hoc casu *son sospechosas y parece que faltan en el ms. Pl. I.*
(6) id est in personam actio, *omítelas Hal.*
(7) *Los mms. Pl. 2. Gt., y las ed. Nbg. Hal. Bk.:* etiam, *insertan las demás.*
(8) quoque, *omítela el ms. Bg. según la primera escritura.*
(9) censuerunt, *el ms. Bg., y las ed. Nbg. Hal.*
(10) VII., *Russ. al márgen.*
(11) *Los mms. Cas. Pl. I., y Hal. Russ. Bk.;* et CC., *insertan los demás.*
(12) Iidem Aurelio Carrenoni, *Vat. fragm.*
(13) *Los mms. Pl. I. Gt. Bg.;* praediorum tuorum, *las ed. Nbg. Hal.;* rerum tuarum, *el ms. Pl. 2., y las ed. Schf. Russ. y las demas;* stipendiariorum [praediorum, *inserta Buchholtz*] *Vat. fragm.*
(14) *Los mms. Cas. Pl. I., y las ed. Nbg. Bk.:* et CC., *insertan los demás.*
(15) Iidem Iuliae Marcellae, *Vat. fragm.*
(16) servata, *Vat. fragm.*
(17) interfuit, *los mms. Pl. I. 2. Bg. Gt. Rg., y la ed. Schf.*
(18) benigni, *los mms. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf. Hal. Russ.*

Digitized by Google

interpretatione divi principes ei, qui stipulatus non sit, utilem actionem iuxta donatoris voluntatem competere admiserint (1), actio, quae sorori tuae, si in rebus humanis ageret, competebat, tibi accommodabitur.

PP. Sirmii (2), XI. Kal. Octob. ipsis IV. et III. AA. Conss. [290.]

4. *Iidem AA.* (3) IDAE (4). — Perfecta donatio conditiones postea non capit. Quare si pater tuus, donatione facta, quasdam post aliquantulum (5) temporis (6) fecisse conditiones videtur (7), officere hoc nepotibus eius, fratris tui filiis, minime posse, non dubium est.

Dat. Kal. Octob. TIBERIANO et DIONE Conss. [291.]

5. *Iidem AA. et CC.* DEXIPPO. — Si quid mater filiae suae in potestate patris constitutae sub hac conditione, si fuerit intra biennium emancipata, donaverit, licet hoc matris voluntate sui iuris effecta non tenuit, tamen, prius marito defuncto, sui iuris quocunque modo effecta, ad similitudinem legati ita relicti, rem donatam firmiter habere vel vindicare potest.

S. Id. Decemb. Nicomediae, Caess. Conss. [294—305.]

TIT. LVI [LV]

DE REVOCANDIS DONATIONIBUS

1. *Imp.* PHILIPPUS *A.* COSMINO (8). — Etsi perfectis donationibus in possessionem inductus libertus quantolibet tempore ea, quae sibi donata sunt, pleno iure ut dominus possederit, tamen, si ingratus sit (9), omnis donatio mutata patronorum voluntate revocanda sit (10); quod observabitur et circa ea, quae libertorum nomine, pecunia tamen patronorum et beneficio comparata sunt. Nam qui obsequiis suis liberalitatem patronorum provocaverunt, non sunt digni, qui (11) eam (12) retineant, quum coeperint obsequia negligere, quum magis in eos collata liberalitas ad obsequium (13) inclinare debeat (14), quam ad insolentiam erigere. Hoc tamen ius stabit intra (15) ipsos tantum, qui liberalitatem (16) dederint (17). Ceterum neque filii eorum neque successores ad hoc beneficium pertinebunt (18); neque enim fas est, ullo (19) modo inquietari donationes, quas is, qui donaverat, in diem vitae suae non retractavit (20).

secución de la acción de la condicción. Mas como después los divinos príncipes admitieron por benigna interpretación del derecho que le competiera conforme á la voluntad del testador la acción útil al que no hubiera estipulado, se te concederá la acción que le competia á tu hermana, si viviese.

Publicada en Sirmio á 11 de las Calendas de Octubre, bajo el cuarto y el tercer consulado de los mismos Augustos. [290.]

4. *Los mismos Augustos á* IDA.—La donación perfecta no admite después condiciones. Por lo tanto, si tu padre, hecha la donación, parece que puso algunas condiciones después de algún tiempo, no es dudoso que esto no pudo en manera alguna perjudicar á sus nietos, hijos de tu hermano.

Dada las Calendas de Octubre, bajo el consulado de TIBERIANO y de DION. [291.]

5. *Los mismos Augustos y Césares á* DEXIPPO.— Si á su hija, constituida bajo la potestad del padre, le hubiere donado la madre alguna cosa bajo esta condición, si fuere emancipada dentro de dos años, aunque hecha de propio derecho esto no tuvo efecto por voluntad de la madre, sin embargo, fallecido antes el marido, puede, hecha de cualquier modo de propio derecho, tener en firme la cosa donada ó reivindicarla, á semejanza de un legado así dejado.

Sancionada en Nicomedia los Idus de Diciembre, bajo el consulado de los Césares. [294—305.]

TÍTULO LVI [LV]

DE LA REVOCACIÓN DE LAS DONACIONES

1. *El Emperador* FILIPO, *Augusto, á* COSMINO. — Aunque perfeccionadas las donaciones el esclavo puesto en posesión haya poseido por algún tiempo con pleno derecho, como dueño, las cosas que le fueron donadas, sin embargo, si fuera ingrato deberá ser revocada toda donación cambiándose la voluntad de los patronos; lo que se observará también respecto á las cosas que se compraron á nombre de los libertos, pero con dinero y por liberalidad de los patronos. Porque los que provocaron con sus atenciones la liberalidad de los patronos no son dignos de retenerla cuando hubieren comenzado á descuidar sus atenciones, puesto que la liberalidad otorgada á ellos más bien debe inclinarlos á las atenciones que no impulsarlos á la insolencia. Mas este derecho subsistirá solamente entre los mismos que hubieren dado la liberalidad. Pero ni sus hijos ni sus sucesores tendrán este beneficio; porque no es lícito perturbar de algún modo las donaciones que no revocó durante su vida el que las había donado.

---

(1) decernendam esse adm., *Vat. fragm., los cuales después, en lugar de* competebat, *dicen* potuit decerni.
(2) *Se ha puesto el lugar según Vat. fragm.; el mismo pone después de* Octob. *Bk.*
(3) *Los mms. Cas. Vat., y las ed. Nbg. Bk.;* et CC., *insertan las demás.*
(4) Idae, *omitenla los mms. Cas. Vat. Bg., y las ed. Nbg. Hal. Russ. Cont. 62.; dice Cont. 66. al margen que puso este nombre tomandolo de los códices:* Aureliae, *el ms. Pl. I.*
(5) aliquantum, *los mms. Pl. I. 2. Bg. Gt.;* μετ' ὀλίγον τινὰ τῆς ὥρας χρόνον, *Schol. Bas.*
(6) tempus, *el ms. Bg., y Hal. quien inmediatamente después pone* perfecisse, *contra el sentido y contra nuestros códices;* ἐπιτελέσαι [imposuisse], *Schol. Bas.*
(7) *Los mms. Pl. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Hal.:* probetur, *el ms. Pl. I.:* videatur, *las demás ed.*
(8) Cosmiano, *nuestros mms.:* Comano, *la ed. Nbg.:* Agilio Cominio suo salutem, *Vat. fragm.*
(9) si ingratus sit, *omitenlas Vat. fragm.*

(10) *Los mms. Pl. I. 2., las ed. Nbg. Schf., y Vat. fragm.:* est, *el ms. Bg., Hal. y los demás.*
(11) *Russ. Cont. al margen, y Bk.;* quo, *nuestros mms. y las demás ed.;* quod, *el ms. Gt.;* quin, *Vat. fragm.; pero* qui, *Buchholtz.*
(12) non, *suprimiendo la negación después de* provocaverunt, *insertan aquí los Vat. fragm.*
(13) *Los mms. Pl. I. 2. Bg. Gt., todos los mms. de Russ., las ed. Nbg. Schf. Hal., y Vat. fragm.;* eos, *insertan Russ. y los demas.*
(14) *El ms. Gt., y Vat. fragm.:* debet, *los mms. Pl. I. 2. Bg. y la ed. Schf.;* deberet, *las ed. Nbg Hal. y las demás.*
(15) *El ms. Gt., Hal., y Vatic. fragm.:* inter, *los demás.*
(16) libertatem, *los mms. Pl. I. 2. Gt.*
(17) intra ipsorum tantum liberalitatem, qui donaverunt, *Vat. fragm.*
(18) ad benefpervenient, *Vat. fragm.*
(19) omni, *Vat. fragm.*
(20) revocavit, *el ms. Gt., y Vat. fragm.*

Digitized by Google

Dat. XV. Kal. Iul. AEMILIANO (1) et AQUILINO Conss. [249.]

2. *Imp.* PROBUS *A.* FELICI. — Si apud provinciae praesidem aviam filiae tuae, quasi poenitentia ductam, subtracta instrumenta donationum igne exussisse constiterit, vereri te non oportet, ne id, quod iure vires acceperat, ex post facto possit in dubium revocari.

PP. III. (2) Non. Mai. Sirmii, PROBO A. et PAULINO Conss. [277.]

3. *Imppp.* CARUS (3), CARINUS *et* NUMERIANUS *AAA.* IANUARIO *et* FELICIO (4). — Possessionem, quam in vos emancipatos per donationem (5) mater contulit, ex poenitentia sola alienare non potuit.

PP. II. Id. Ianuar. CARINO II. et NUMERIANO AA. Conss. [284.]

4. *Impp.* DIOCLETIANUS *et* MAXIMIANUS *AA. et CC.* PROCULAE. — Quum confitearis (6), te in fraudem alterius donasse, professionem inhonestam continere intelligis. Itaque si donationem perfecisti, eam revocare non potes ex memorata allegatione sub obtentu poenitentiae.

PP. Kal. April. Heracliae (7), AA. Conss. [293—304.]

5. *Iidem AA. et CC.* EPAGATHO.—Si donationem rite fecisti, hanc auctoritate rescripti nostri rescindi non oportet.

S. V. Kal. Mai. Heracliae, AA. Conss. [293—304.]

6. *Iidem AA. et C[C].* HERENNIAE.—Velles nec ne filio tuo praedia itemque mancipia donare, fuit (8) initio tibi liberum. Desine itaque postulare, ut donatio, quam perfeceras, revocetur praetextu mariti ac liberorum absentiae, quum huius firmitas ipsorum praesentia non indigeat.

S. V. Kal. Octob. Viminacii, Caess. Conss. [294—305.]

7. *Impp.* CONSTANTIUS *et* CONSTANS (9) *AA. ad* PHILIPPUM *P. P.* (10)—His solis matribus, quae non in secundi matrimonii foedus nupserint, sed unius tantum matrimonii sunt, revocandarum donationum, quas in filios fecerint, ita decernimus facultatem, si eos ingratos circa se esse ostenderint. Quidquid igitur is, qui a matre impietatis arguitur, ex titulo donationis tenet eo die, quo controversiae qualecunque principium iussu iudicantis datur, matri cogatur reddere. Ceterum (11) quae ante (12), adhuc matre pacifica, iure perfecta sunt, et ante inchoatum coeptumque iurgium vendita, donata,

Dada á 15 de las Calendas de Julio, bajo el consulado de EMILIANO y de AQUILINO. [249.]

2. *El Emperador* PROBO, *Augusto, á* FÉLIX. — Si ante el presidente de la provincia constare que la abuela de tu hija, como llevada por su arrepentimiento, consumió por el fuego los instrumentos de unas donaciones, que había substraído, no debes temer que lo que con arreglo á derecho había alcanzado validez, pueda ser puesto en duda por un hecho posterior.

Publicada en Sirmio á 3 de las Nonas de Mayo, bajo el consulado de PROBO, Augusto, y de PAULINO. [277.]

3. *Los Emperadores* CARO, CARINO *y* NUMERIANO, *Augustos, á* JANUARIO *y á* FELICIO. — Tu madre no pudo por su solo arrepentimiento enajenar la posesión que por donación os confirió estando emancipados.

Publicada á 2 de los Idus de Enero, bajo el segundo consulado de CARINO y el de NUMERIANO, Augustos. [284.]

4. *Los Emperadores* DIOCLECIANO *y* MAXIMIANO, *Augustos y Césares, á* PRÓCULA. — Puesto que confiesas que hiciste donación en fraude de tercero, comprendes que haces una confesión indigna. Así, pues, si hiciste una donación, no puedes revocarla por virtud de la mencionada alegación so pretexto de arrepentimiento.

Publicada en Heraclea las Calendas de Abril, bajo el consulado de los Augustos. [293—304.]

5. *Los mismos Augustos y Césares á* EPAGATO.— Si hiciste una donación legalmente, no debe ser ella rescindida por la autoridad de un rescripto nuestro.

Sancionada en Heraclea á 5 de las Calendas de Mayo, bajo el consulado de los Augustos. [293—304.]

6. *Los mismos Augustos y Césares á* HERENNIA. — Fuiste libre en un principio de querer ó no donar á un hijo tuyo predios y también esclavos. Deja, pues, de pedir que la donación, que habías perfeccionado, sea revocada so pretexto de la ausencia de tu marido y de otros hijos, toda vez que la validez de aquella no requería la presencia de los mismos.

Sancionada en Viminacio á 5 de las Calendas de Octubre, bajo el consulado de los Césares. [294—305.]

7. *Los Emperadores* CONSTANCIO *y* CONSTANTE, *Augustos, á* FILIPO, *Prefecto del Pretorio.* — Solamente á las madres que no contrajeron lazo de segundo matrimonio, sino que únicamente lo son de un solo matrimonio, les concedemos facultad para revocar las donaciones, que hubieren hecho á favor de sus hijos, de este modo, si probaren que éstos fueron ingratos para ellas. Así, pues, el que por su madre es acusado de ingratitud, sea obligado á devolver á su madre todo lo que por título de donación tiene el día en que por disposición del juzgador se da de algún modo comienzo á la contro-

(1) II., *inserta Bk. según los fastos.*
(2) III. *y después* Sirmii, *omítenlas Hal. Russ.*
(3) *Mencionan el Emperador Caro los mms. Cas. Vat. Pl. 1. Bg. y la ed. Nbg., contra Hal. y los demás.*
(4) Felici, *los mms. Cas. Vat. Bg.:* Felicis, *el ms. Pl. 1.*
(5) per donationem, *las ponen después de* contulit, *el ms. Bg y las ed. Nbg. Hal., y Hal. une estas palabras con las siguientes* ex poenitentia *etc.*
(6) *Los mms. Pl. 1. Bg. Gt., Hal., y Cuyacio;* confiteris, *el ms. Pl. 2.;* profitearis, *las demás ed.*
(7) Heracleae, *Bk., aquí y en la siguiente ley.*
(8) *Los mms. Pl. 1. Bg., y las ed. Nbg. Hal.;* in, *insertan el ms. Pl. 2., y las demás ed.*
(9) *El C. Theod., y Bk.:* Constantinus et Constantius, *Hal. y los demás. Es dudosa la escritura de los Codices.*
(10) P. P., *omítelas el ms. Pl. 1., y Hal. Russ.*
(11) *Los mms. Pl. 1. 2. Gt., las ed. Nbg. Hal., y el C. Theod.:* ea, *insertan el ms. Bg, y las demás ed.*
(12) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., las ed. Nbg. Schf. Hal. Russ. Bk., y el C. Theod.;* ante, *omítenla Cont. y los demás.*

Digitized by Google

permutata (1), in dotem data ceterisque causis legitime alienata, minime revocamus. Actionem vero matris ita personalem esse volumus, ut vindicationis tantum habeat effectum, nec in heredem detur, nec tribuatur heredi. De ceteris autem, quae (2) portentosae (3) vilitatis abiectaeque pudicitiae sunt, satis etiam tacite cautum putamus. Quis est enim, qui his aliquid arbitretur tribuendum esse, quum etiam illis, quae iure, secundas tamen (4), contraxerunt nuptias, nihil ex his privilegiis tributum esse velimus (5)?

versia. Pero lo que antes, estando todavia en paz la madre, se consumó con arreglo á derecho, y antes de incoado y de comenzado el litigio fué vendido, donado, permutado, dado en dote y legítimamente enajenado por otras causas, de ninguna manera lo revocamos. Y queremos que la acción de la madre sea de tal modo personal, que tenga el solo efecto de la reivindicación, y no se dé contra el heredero, ni se le conceda al heredero. Mas en cuanto á las otras, que son de portentosa vileza y de honestidad abyecta, consideramos haber dispuesto lo suficiente aunque tácitamente. Porque ¿quién hay que juzgue que á éstas se les ha de conceder alguna cosa, cuando aun á las que contrajeron, aunque con arreglo á derecho, segundas nupcias no quisiéramos que se les haya concedido nada de estos privilegios?

Dat. XII. Kal. Octob. Limenio et Catulino Conss. (6) [349.]

Dada á 12 de las Calendas de Octubre, bajo el consulado de Limenio y de Catulino. [349.]

Authent. *de nuptiis.* § *Mater tamen.* (*Nov. 22. c. 35.*) — Quod mater filio donat, ex ingratitudine non revocatur, postquam transiit (7) ad secundas nuptias, nisi ex tribus causis: prima si (8) vitae eius insidiatur; item si manus impias in eam intulerit; tertia si totius substantiae molitus est iacturam.

Auténtica *de nuptiis.* § *Mater tamen.* (*Nov. 22. c. 35.*) — Lo que la madre dona á un hijo no se revoca por razón de ingratitud, después que ella pasó á segundas nupcias, sino por tres causas: la primera, si atenta á la vida de ella; la segunda, si en ella pusiere sus impías manos; la tercera, si maquinó la pérdida de todos sus bienes.

8. *Iidem AA.* (9) *ad* Orphitum (10) *P. U.* (11) — Si unquam libertis patronus filios non habens bona omnia vel partem aliquam facultatum fuerit donatione largitus, et postea susceperit liberos, totum, quidquid largitus fuerit (12), revertatur in eiusdem donatoris arbitrio ac ditione mansurum.

8. *Los mismos Augustos á* Orfito, *Prefecto de la Ciudad.* — Si en alguna ocasión el patrono que no tenia hijos hubiere dado por donación á sus libertos todos sus bienes ó alguna parte de su hacienda, y después tuviere hijos, vuelva para quedar al arbitrio y en el dominio del mismo donador todo lo que hubiere donado.

Dat. V. Kal. April. (13) Arbetione (14) et Lolliano Conss. [355.]

Dada á 5 de las Calendas de Abril, bajo el consulado de Arbecion y de Lolliano. [355.]

9. *Impp.* Theodosius *et* Valentinianus *AA. ad Senatum* (15). — Donationes (16) circa filium filiamve, nepotem neptemve, (17) pronepotem proneptemve emancipatos (18) celebratas pater seu (19) avus vel proavus revocare non poterit, nisi eductis manifestissimis causis, quibus eam personam, in quam collata donatio est, contra ipsam venire pietatem, et ex causis, quae legibus continentur, fuisse constabit ingratam.

Dat. VIII. (20) Id. Novemb. Ravenna (21), Theodosio XII. et Valentiniano II. (22) AA. Conss. [426.]

9. *Los Emperadores* Teodosio *y* Valentiniano, *Augustos, al Senado.* — El padre ó el abuelo ó el bisabuelo no podrá revocar las donaciones hechas á favor de un hijo ó hija, nieto ó nieta, á no ser que, probadas evidentísimas causas, constare por cuáles se condujo contra la misma piedad la misma persona á cuyo favor se hizo la donación, y que fué ingrata con arreglo á las causas que en las leyes se contienen.

Dada en Rávena á 8 de los Idus de Noviembre, bajo el décimo segundo consulado de Teodosio y el segundo de Valentiniano, Augustos. [426.]

10. *Imp.* Iustinianus *A.* Iuliano (23) *P. P.* — Generaliter sancimus, omnes donationes lege confectas firmas illibatasque manere, si non donationis

10. *El Emperador* Justiniano, *Augusto, á* Julián, *Prefecto del Pretorio.* — Mandamos en general, que permanezcan firmes é inalterables todas las dona-

(1) permutata, *omitenla el ms. Pl. 1., y Hal.;* mutuata, *el ms. Gt.;* mutata, *el C. Theod.; con el texto Schol. Bas.*
(2) Quare de ceteris vel alterius status vel portentosae, *omitiendo después* sunt, *el C. Theod.*
(3) portentuosae, *los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., las ed. Nbg. Schf., y el C. Theod. ed. Godofr.*
(4) *Los mms. Pl. 1. Bg., la ed. Schf., y el C. Theod.;* non, *el ms. Pl. 2;* tantum, *las ed. Nbg. Hal. y las demás.*
(5) volumus, *los mms. Pl. 2. Bg. Gt., y las ed Nbg. Schf.;* vellemus, *el ms. Pl. 1., y el C. Theod. ed. Godofr.*
(6) *Hal. omite la indicación de la fecha.*
(7) *La ed. Nbg.:* transit, *las demás ed.*
(8) *El comienzo de esta Autentica es mucho más breve en los mms. Pl. 1. 2. Bg.; en el ms Bg. dice así:* Hae quoque revocantur tribus ex causis, si, *etc.*
(9) *Los mms. Cas. Vat. Pl. 1. Bg., Cont. 66. 71. 76. Char. Pac. Sp., y el C. Theod.;* Idem A., *las ed. Nbg. Hal. Russ.;* Imp. Constantius A., *Cont. 62. Bk., con arreglo á los fastos.*
(10) Orfitum, *el C. Theod.*
(11) *Cont. 62. Bk., y el C. Theod.;* P. P., *los demás; la dignidad falta en el ms. Bg. y en la ed. Nbg.*
(12) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., Hal. Bk., y el C. Theod.* fuit, *la ed. Nbg.;* fuerat, *las ed. Schf. Russ. y las demás.*
(13) Mediolani, *pretende insertar Jac. Godofr.*
(14) Arbitrione, *Hal.;* Arbitione, *Russ. y los demás excepto Bk.*
(15) post alia, *insertan según el C. Theod. Cont. y los demás.*
(16) Donationem, *y después* celebratam, *el C. Theod.*
(17) *El ms. Bg., las ed. Nbg. Hal. Bk., y el C. Theod.:* vel, *insertan el ms. Pl. 2., y las ed. Schf. Russ. y las demás:* vel pronepotem proneptemve, *omitelas el ms. Pl. 1.*
(18) emancipationis tempore, *el C. Theod.*
(19) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., las ed. Nbg. Hal., y el C. Theod.:* vel, *las demás ed.*
(20) *El C. Theod. ed. Haenel.;* V., *Hal. y los demás.*
(21) DD. NN., *inserta el C. Theod.*
(22) *El C. Theod., y Bk.;* Theod. XIII. et Val. III., *Hal. y los demás, pero erradamente.*
(23) Iohanni, *el ms. Vat.*

Digitized by Google

acceptor ingratus circa donatorem inveniatur, ita ut iniurias atroces in eum effundat, vel manus impias inferat, vel iacturae molem ex insidiis (1) suis ingerat, quae non levem sensum substantiae donatoris imponit (2), vel vitae periculum aliquod ei intulerit, vel quasdam conventiones, sive in scriptis donationi impositas sive sine scriptis habitas, quas donationis acceptor spopondit, minime implere voluerit. Ex his enim tantummodo causis, si fuerint in iudicium (3) dilucidis argumentis cognitionaliter approbatae (4), etiam donationes in eos factas everti concedimus, ne sit cuiquam (5) licentia et alienas res capere, et fragilitatem (6) ridere (7) donatoris, et ipsum iterum donatorem suasque (8) res perdere, et praefatis malis ab ingrato donationis acceptore affici. Hoc tamen usque ad primas personas tantummodo stare censemus, nulla licentia concedenda donatoris successoribus huiusmodi querimoniarum primordium instituere. Etenim si ipse, qui hoc passus est, tacuit (9), silentium eius maneat semper, et non a posteritate eius suscitari concedatur vel adversus ipsum (10), qui ingratus esse dicitur, vel adversus eius successores.

Dat. XV. Kal. April. Lampadio et Oreste VV. CC. Conss. [530.]

TIT. LVII [LVI]

DE MORTIS CAUSA DONATIONIBUS (11)

1. *Imp.* Alexander *A.* Daphnae. — Si donatione contineatur, ut altero defuncto, ad alterum portio eorum, quae donabantur, pertineret, exsistente conditione, si mortis causa donatio perficiebatur, fideicommissi actio competit.

PP. IV. Kal. Octob. Maximo II. et Aeliano Conss. [223.]

2. *Imp.* Gordianus *A.* Zoilo. — Intestata mortua quondam nuru tua, neptis tua, quae ex ea filio (12) tuo quaesita est, quandoque potest ad eius venire successionem. Nec tamen ea (13) post mortem filii tui, ex quo quaesierat filiam, alii nuptui (14) se collocando dotem dans prohibeatur (15), quam velit (16), conditionem eidem doti dicere. Sed si mortis causa donationem in fratrem suum conferens (17), in casum (18) mortis suae eam dotem eundem fratrem suum stipulari passa est, quum divi Severi constitutione etiam in mortis causa donationibus, si de cetero patrimonio, quantum Falcidia iubet, heres non habet, provisum sit, is, qui nurui tuae

ciones hechas con arreglo á la ley, si no fuese hallado ingrato para el donador el que recibe la donación, de suerte que profiera contra él injurias atroces, ó en él ponga sus impías manos, ó cause con sus insidias grande quebranto, que da no ligera alteración á los bienes del testador, ó le hubiere suscitado algún peligro para la vida, ó de ninguna manera hubiere querido cumplir algunas convenciones, ora impuestas á la donación en las escrituras, ora establecidas sin escritura, que prometió el que aceptó la donación. Porque solamente por estas causas, si en juicio hubieren sido probadas jurisdiccionalmente con pruebas evidentes, permitimos que se revoquen también las donaciones hechas á favor de éstos, á fin de que cualquiera no tenga facultad para adquirir bienes ajenos y burlarse de la fragilidad del donador, y á su vez para que el mismo donador no pierda sus propios bienes, y sea agoviado con los susodichos males por un ingrato aceptante de la donación. Pero disponemos que esto rija solamente para las primeras personas, sin que se haya de conceder licencia alguna á los sucesores del donador para incoar tales querellas. Porque si calló el que sufrió estas cosas, su silencio subsistirá siempre, y no se permitirá que por su posteridad se suscite cuestión ó contra el mismo que se dice que es ingrato, ó contra los sucesores de éste.

Dada á 15 de las Calendas de Abril, bajo el consulado de Lampadio y de Oreste, varones esclarecidos. [530.]

TÍTULO LVII [LVI]

DE LAS DONACIONES POR CAUSA DE MUERTE

1. *El Emperador* Alejandro, *Augusto, á* Dafna. — Si en la donación se contuviera, que, fallecido uno, perteneciese á otro la porción de lo que se donaba, cumpliéndose la condición, si se perfeccionaba la donación por causa de muerte, compete la acción de fideicomiso.

Publicada á 4 de las Calendas de Octubre, bajo el segundo consulado de Máximo y el de Eliano. [223.]

2. *El Emperador* Gordiano, *Augusto, á* Zoilo.— Habiendo fallecido intestada la que fué tu nuera, tu nieta, que de ella nació para tu hijo, puede acudir en cualquier tiempo á su sucesión. Pero tampoco se le prohibe que después de la muerte de tu hijo, del cual había tenido la hija, al dar la dote para contraer ella segundas nupcias, imponga á la misma dote la condición que quiera. Pero si confiriendo á su hermano donación por causa de muerte consintió que su mismo hermano estipulara esta dote para el caso de su muerte, como en una constitución del divino Severo se proveyó también respecto á las donaciones por causa de muerte, si el

(1) iniuriis, *Hal.; pero* ἐξ οἰκείας ἐπιβουλῆς, *Schol. Bas.*
(2) *Los mms. Pl. 1. Bg.;* imponat, *el ms. Pl. 2., y las ed.*
(3) in iudicio, *el ms. Bg.; pero* ἐν δικαστηρίῳ, *Schol. Bas.*
(4) probatae, *el ms. Bg., y todos los mms. de Russ.;* εἰ — ἀποδειχθῶσιν, *Schol. Bas.*
(5) cuidam, *los mms. Pl. 2. Bg. Gt., y la ed. Nbg.*
(6) *Los mms. Pl. 1. Bg. según la primera escritura, las ed. Schf. Hal., Cuyacio, y M. Vacar.;* frugalitatem, *el ms. Pl. 2., y las demás ed.; pero* ἀσθένειαν, *Schol. Bas.*
(7) *Los mms. Pl. 2. Bg., y las ed. Schf. Hal.;* irridere, *el ms. Pl. 1., y las demás ed.*
(8) suas, *los mms. Pl. 1. Bg.*
(9) *Los mms. Pl. 1. 2. Gt., y las ed. Nbg. Hal.;* tacet, *el ms. Bg.;* tacuerit, *las demás ed.*
(10) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Hal.;* eum, *las ed. Schf. Russ. y las demás.*
(11) *Los mms. Cas. Vat. Pl. 1. 2. Bg., y las ed. Nbg. Hal. Bk.;* de donationibus causa mortis, *las ed. Schf. Russ. y las demás.*
(12) *Los mms. Bg. Gt., y Hal.;* filioque, *los mms. Pl. 1. 2., y las demás ed.*
(13) ea quae, *los mms Pl. 1. 2. Bg. Gt., y la ed. Schf.*
(14) nuptiis, *el ms. Bg.;* nuptum, *el ms. Gt., y Hal.*
(15) prohibebatur, *el ms. Pl. 1., y la ed. Schf.;* prohibebitur, *Hal.*
(16) vellet, *los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf.*
(17) inferens, *los mms. Pl. 2. Bg. Gt., y la ed. Nbg.*
(18) *Los mms. Pl. 2. Gt., y las ed. Nbg. Hal. Russ. Cont. Char. Pac.;* in casu, *los mms. Pl. 1. Bg., y la ed. Schf.;* in causam, *Sp. Bk.*

Digitized by Google

heres exstiterit, eius constitutionis beneficium non prohibetur postulare.

PP. X. Kal. Febr. GORDIANO A. et AVIOLA Conss. [239.]

3. *Impp.* DIOCLETIANUS *et* MAXIMIANUS *AA. et CC.* HEREDI.—Nec fratris sui mortis causa recte factam donationem sorori rescindere licet.

S. III. Kal. Ianuar. Sirmii, AA. Conss. [293—304.]

4. *Imp.* IUSTINIANUS *A.* IULIANO (1) *P. P.*—Quum de mortis causa donatione dubitabatur, et alii quidem inter ultimas voluntates eam posuerunt et legatis aggregandam esse censuerunt, alii autem inter donationes, quae inter vivos consistunt, eam posuerunt, dubietate eorum explosa sancimus, omnes mortis causa donationes, sive iuxta mortem facientis fuerint celebratae, sive (2) longiore cogitatione mortis subsecutae sunt, actis minime indigere, neque exspectare publicarum personarum praesentiam et ea, quae super huiusmodi monumentis solent adhiberi. Sed ita res procedat, ut, si quinque testibus praesentibus vel in scriptis vel sine literarum suppositione aliquis voluerit mortis causa donationem facere, et sine monumentorum accessione res gesta maneat firmitate vallata, et nullam (3) calumniam accipiat, neque propter hoc, quod gesta ei (4) non accesserunt, inefficax esse (5) atque inutilis videatur, et omnes effectus sortiatur, quos ultimae habent liberalitates, nec ex quacunque parte absimilis eis (6) intelligatur.

Dat. Kal. Septemb. Constantinop. LAMPADIO et ORESTE VV. CC. Conss. [530.]

TIT. LVIII [LVII]

DE INFIRMANDIS POENIS COELIBATUS ET ORBITATIS ET DE DECIMARIIS SUBLATIS

1. *Imp.* CONSTANTINUS *A.* (7) *ad populum.* — Qui iure vetere coelibes habebantur, imminentibus legum terroribus liberentur, atque ita vivant, ac si numero maritorum matrimonii foedere fulcirentur, sitque omnibus aequa conditio capessendi, quod quisque mereatur. Nec vero quisquam orbus habeatur; (8) proposita huic nomini damna non noceant. Quam rem et circa feminas aestimamus (9), earumque cervicibus imposita iuris imperia, velut quaedam iuga, solvimus promiscue omnibus.

PP. (10) Kal. April. Romae, CONSTANTINO A. VI. et CONSTANTINO C. Conss. (11) [320.]

(1) Ioanni, *escriben los mms. Cas. Vat. Pl. 1. Bg. y la ed. Nbg.*
(2) a, *insertan el ms. Pl. 1., y la ed. Schf.*
(3) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf.;* in ea, *insertan Hal. y los demás.*
(4) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont 62.;* ei, *omitenla Cont. 66. y los demás.*
(5) esse, *omitenla los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y la ed. Nbg.*
(6) ei, *el ms. Pl. 1.;* esse, *el ms. Bg., y Hal.;* eis esse, *Russ. Cont. 62.*
(7) *Los mms. Cas. Vat. Bg., las ed. Nbg. Hal. Bk, y el C. Theod.;* Imppp. Constantinus, Constantius et Constans AAA., *Hal. en la nota, Russ. y los demás.*
(8) *Los mms. Pl. 1. 2., la ed. Schf., y el C. Theod.;* et, *insertan el ms. Bg., y las demás ed.*
(9) *Los mms. Pl. 1 2., la ed. Schf., y el C. Theod.;* existimamus, *el ms. Bg., y las demás ed.*
(10) Dat., *Hal. y los demás excepto Bk.;* Dat. prid. Kal. Febr. Serdicae. PP., *Bk., según el C. Theod*
(11) *Según el C. Theod. y la inscripción;* Constantio II. et Constante AA., *Hal. y los demás excepto Bk.*

heredero no tiene con lo restante del patrimonio cuanto prescribe la Falcidia, no se le prohibe al que quedare heredero de tu nuera que reclame el beneficio de esta constitución.

Publicada a 10 de las Calendas de Febrero, bajo el consulado de GORDIANO, Augusto, y de AVIOLA. [239.]

3. *Los Emperadores* DIOCLECIANO *y* MAXIMIANO, *Augustos y Cesares, á* HEREDES. — Ni por causa de la muerte de su hermano le es lícito a la hermana rescindir la donación hecha con arreglo á derecho.

Sancionada en Sirmio á 3 de las Calendas de Enero, bajo el consulado de los Augustos. [293—304.]

4. *El Emperador* JUSTINIANO, *Augusto, á* JULIÁN, *Prefecto del Pretorio.*—Como quiera que se dudaba respecto á la donación por causa de muerte, y unos ciertamente la pusieron entre las ultimas voluntades y juzgaron que debia agregarse á los legados, pero otros la colocaron entre las donaciones que se hacen entre vivos, mandamos, que, disipadas estas dudas, las donaciones por causa de muerte, ora hayan sido otorgadas próximas á la muerte del que las hace, ora hayan sido hechas con más anticipada consideración de la muerte, no necesiten en manera alguna de actuaciones, ni requieran la presencia de personas publicas y las demas cosas que se suelen agregar para tales insinuaciones. Pero sea esto procedente de modo, que, si alguien quisiere hacer donación por causa de muerte ó por escrito ó sin escritura, estando presentes cinco testigos, subsista robustecido con validez lo que se hizo aun sin el requisito de la insinuación, y no sea susceptible de ninguna calumnia, ni porque no se le agregaron actuaciones parezca que es ineficaz ó inútil, y surta todos los efectos que tienen las últimas liberalidades, y no se entienda que en alguna cosa es diferente de ellas.

Dada en Constantinopla las Calendas de Septiembre, bajo el consulado de LAMPADIO y de ORESTE, varones esclarecidos. [530.]

TÍTULO LVIII [LVII]

DE LA DEROGACIÓN DE LAS PENAS DEL CELIBATO Y DE LA FALTA DE HIJOS, Y DE LA SUPRESION DE LAS DÉCIMAS

1. *El Emperador* CONSTANTINO, *Augusto, al pueblo.* — Los que por el antiguo derecho eran considerados célibes, queden libres de los terrores con que las leyes les amenazaban, y vivan lo mismo que si en el número de los maridos estuviesen apoyados en el vínculo del matrimonio, y tengan todos igual condición para adquirir lo que cada cual merezca. Y nadie sea considerado como privado de tener hijos; ni le perjudiquen los quebrantos establecidos para los considerados bajo tal denominación. Lo que apreciamos también respecto á las mujeres, para todas las que derogamos indistintamente las disposiciones de las leyes puestas sobre sus cervices, como ciertos yugos.

Publicada en Roma las Calendas de Abril, bajo el sexto consulado de CONSTANTINO, Augusto, y el de CONSTANTINO, César. [320.]

Digitized by Google

2. *Impp.* HONORIUS *et* THEODOSIUS *AA.* ISIDORO *P. U.* — Inter virum et uxorem rationem cessare ex lege Papia decimarum, et quamvis non interveniant liberi, ex suis quoque eos solidum capere testamentis, nisi forte lex alia imminuerit (1) derelicta, decernimus. Tantum igitur post haec (2) maritus vel uxor sibi invicem derelinquant, quantum superstitis (3) amor exegerit.

Dat. prid. (4) Non. Septemb. VARANE V. C. (5) Cons. [410.]

TIT. LIX [LVIII]

DE IURE LIBERORUM

1. *Impp.* HONORIUS *et* THEODOSIUS *AA.* (6) ISIDORO *P. U.* — Nemo post haec (7) a nobis ius liberorum petat, quod simul (8) hac lege omnibus concedimus (9).

Dat. prid. (10) Non. Septemb. VARANE V. C. (11) Cons. [410.]

2. *Imp.* IUSTINIANUS *A.* MENNAE *P. P.* — Illam iniuriam, quae contra matrem defuncti vel defunctae praeteritis fiebat temporibus, pro iustitiae ratione amputamus, et legitima iura, quae ex Tertulliano senatusconsulto ei praestantur, omnimodo eam habere sancimus, licet tres liberos ingenua, vel libertina quatuor minime pepererit.

Dat. Kal. Iun. Constantinop. ipso A. II. Cons. [528.]

(1) minuerit, *las ed. Nbg. Schf.*
(2) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., las ed. Nbg. Hal., y el C. Theod.*; posthac, *las demás ed.*
(3) superstes, *el C. Theod.*
(4) *El C. Theod., y Bk.*; Dat. PP., *Hal. y los demás.*
(5) *El C. Theod., y Bk.*; Varana, *omitiendo* V. C., *Hal. y los demás.*
(6) Id. AA. et CC., *el ms. Bg.*

2. *Los Emperadores* HONORIO *y* TEODOSIO, *Augustos, á* ISIDORO, *Prefecto de la Ciudad.* — Decretamos que desaparezca entre marido y mujer la cuenta de las décimas proveniente de la ley Papia, y que aunque no medien hijos también ellos adquieran en virtud de sus propios testamentos la totalidad de los bienes, á no ser acaso que otra ley pesare sobre los dejados. Y así, después de estas disposiciones déjense recíprocamente el marido ó la mujer tanto cuanto requiriere el amor del sobreviviente.

Dada á 1 de las Nonas de Septiembre, bajo el consulado de VARANE, varón esclarecido. [410.]

TÍTULO LIX [LVII]

DEL DERECHO DE HIJOS

1. *Los Emperadores* HONORIO *y* TEODOSIO, *Augustos, á* ISIDORO, *Prefecto de la Ciudad.* — Después de estas disposiciones no nos pida nadie el derecho de hijos, que por esta ley concedemos igualmente á todos.

Dada á 1 de las Nonas de Septiembre, bajo el consulado de VARANE, varón esclarecido. [410.]

2. *El Emperador* JUSTINIANO, *Augusto, á* MENNA, *Prefecto del Pretorio.* — Por razón de justicia estirpamos la injusticia que en los pasados tiempos se cometía contra la madre del difunto ó de la difunta, y mandamos que de todos modos tenga ella los legítimos derechos que se le conceden por el senadoconsulto Tertuliano, aunque siendo ingénua no hubiere dado á luz tres hijos, ó cuatro siendo libertina.

Dada en Constantinopla las Calendas de Junio, bajo el segundo consulado del mismo Augusto. [528.]

(7) *Los mms. Pl. 1. Bg. Gt., las ed. Schf. Hal., y el C. Theod.*; posthac, *el ms. Pl. 2., y las demás ed.*
(8) similiter, *el ms. Bg.*
(9) detulimus, *omitiendo* omnibus, *el C. Theod.*
(10) *El C. Theod., y Bk.*; Dat. PP., *Hal. y los demás.*
(11) *El C. Theod., y Bk.*; Varana, *omitiendo* V. C., *Hal. y los demás.*

Digitized by Google

Digitized by Google

D. IUSTINIANI,

SACRATISSIMI PRINCIPIS,

CODICIS

REPETITAE PRAELECTIONIS

LIBER NONUS

LIBRO NOVENO

DE LA SEGUNDA EDICIÓN

DEL

CÓDIGO

DEL SACRATÍSIMO PRÍNCIPE SEÑOR JUSTINIANO

TIT. I

QUI (1) ACCUSARE NON POSSUNT

1. *Impp.* SEVERUS *et* ANTONINUS *AA.* (2) SILVANO (3).— Prius est, ut criminibus, quae tibi ut graviora ab adversario tuo obiiciuntur, caedis atque vulnerum (4), respondeas, et tunc ex eventu causae iudex aestimabit, an tibi permittendum sit eundem accusare, tametsi prior inscriptionem deposuisti.

PP. V. Id. Mart. TERTULLO et CLEMENTE Conss. [195.]

2. *Imp.* ANTONINUS *A.* (5) INGENUO. — Si cautiones, quibus Secundinus solutam Eugenio (6) pecuniam probare se dicit, tutores vel curatores tui suspectas ut (7) falsas habent, proprio (8) nomine, quum non liceat alieno, non prohibentur in crimine (9) falsi subscribere. Nec enim facile vel tutores vel curatores, qui (10) officio et periculo (11) res pupillorum vel adolescentium administrant, sententia notantur, nisi evidens eorum calumnia iudicanti apparebit.

PP. XII. Kal. Octob. ANTONINO A. et GETA (12) Conss. [205 – 208]

3. *Imp.* ALEXANDER *A.* RUFO (13). — Qui crimen

(1) *Los mms. Vat. Pl 1. 2. Bg., y las ed. Nbg. Hal.;* De his qui, *Russ. y los demás;* De criminibus et qui, *algunos códices, pero no los mejores, según observa Cuyacio*

(2) Imp. Severus A., *Bk., contra los cód. y las ed.*

(3) *Los mms. Cas. Vat. Bg.:* Silbano, *el ms. Pl. 1.:* Silo, *la ed. Nbg.;* Sylvano, *Hal. y los demás.*

(4) vulneris, *los mms. Pl. 2. Bg.*

(5) Iidem AA., *Hal. Russ. Cont. 62.:* Impp. Severus et Antoninus AA., *Bk.; una y otra palabra contra todos nuestros cód. y los de Russardo.*

(6) Ingenuo, *el ms. Bg., Hal., y Cuyacio;* Ingenio, *el ms. Pl. 1.*

(7) aut, *el ms. Bg., y la ed. Schf.*

TÍTULO I

QUIÉNES NO PUEDEN ACUSAR

1. *Los Emperadores* SEVERO *y* ANTONINO, *Augustos, á* SILVANO. — Lo primero es que contestes á los crímenes de muerte y de heridas, que como más graves se te atribuyen por tu adversario, y entonces estimará el juez por el resultado de la causa si se te haya de permitir que acuses al mismo, aunque tú hayas hecho primero la inscripción.

Publicada á 5 de los Idus de Marzo, bajo el consulado de TERTULLO y de CLEMENTE. [195.]

2. *El Emperador* ANTONINO, *Augusto, á* INGÉNUO.— Si tus tutores ó curadores consideran sospechosos como falsos los recibos con que dice Secundino que él prueba haberle pagado á Eugenio cierta cantidad, no se les prohibe que en su propio nombre, puesto que no es lícito en el de otro, subscriban la acusación de falsedad. Porque los tutores ó los curadores, que de oficio y á su riesgo administran los bienes de los pupilos ó adolescentes, no son fácilmente tachados en la sentencia, á no ser que para el juzgador apareciere evidente la calumnia de los mismos.

Publicada á 12 de las Calendas de Octubre, bajo el consulado de ANTONINO, Augusto, y de GETA. [205 – 208.]

3. *El Emperador* ALEJANDRO, *Augusto, á* RUFO.

(8) pupilli, *conjetura Cuyacio, pero contra nuestros códices y los de Russardo y Concio, y contra Schol. Bas., en que se lee:* ἰδίῳ ὀνόματι.

(9) crimen, *el ms Gt., y á lo que parece el ms. Pl. 1.*

(10) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Schf. Hal.;* ex, *insertan las ed. Nbg. Russ. y las demás.*

(11) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., Hal., y Cuyacio:* et periculo suo, *las ed. Nbg. Schf.;* periculo suo, *omitiendo* et, *Russ. y los demás. Pero* suo, *falta en todos los mms. de Russ.*

(12) Ant. A. II. et Geta C., *Bk. acaso no mas que por propia conjetura.*

(13) *Otros añaden* P. P., *según observa Cont. 66. al márgen.*

Digitized by Google

publicum instituere properant, non aliter ad hoc admittantur, nisi prius inscriptionum pagina praecesserit (1), et fideiussor de exercenda lite adhibitus fuerit. Sin vero post satisdationem praesentes non fuerint, edicto admonendi sunt, ut veniant ad causam agendam (2), et, si non adfuerint, non solum extra ordinem (3) puniendi sunt, sed etiam sumtus, quos in eam rem et circa ipsum iter ad item vocati fecerunt, dependere cogentur.

— Los que se apresuran á entablar una acusación de crímen público, no sean admitidos á ello de otro modo, sino si antes hubiere precedido el escrito de las inscripciones, y se hubiere presentado fiador de proseguir la causa. Mas si después de dada la fianza no hubieren estado presentes, han de ser llamados por edicto para que acudan á proseguir la causa, y si no se presentaren, no solamente han de ser castigados extraordinariamente, sino que también serán apremiados á sufragar los gastos que por este asunto y para el mismo camino hicieron los que fueron llamados á la causa.

PP. III. (4) Non. Februar. ALEXANDRO A. Cons. [222.]

Publicada á 3 de las Nonas de Febrero, bajo el consulado de ALEJANDRO, Augusto. [222.]

4. *Idem A.* DIONYSIO. — Uxor tua, si consobrini sui necem vindicandam existimat, adeat praesidem provinciae.

PP. XVI. Kal. Iul. ALEXANDRO A. Cons. [222.]

4. *El mismo Augusto á* DIONISIO. — Si tu mujer estima que debe vengar la muerte de su primo, diríjase al presidente de la provincia.

Publicada á 16 de las Calendas de Julio, bajo el consulado de ALEJANDRO, Augusto. [222.]

5. *Idem A.* MARCELLINAE.—Senatusconsulto permissum non est mulieri legis Corneliae crimine reum facere, nisi res ad eam pertineat. Quum igitur filii tui tutores et (5) curatores habeant, ipsi deliberare debent, an instrumenta, ex quibus adversarium filiorum tuorum obtinuisse dicis, falsa esse accusare debeant.

5. *El mismo Augusto á* MARCELINA. — No le está permitido por el senadoconsulto á la mujer constituir reo por el delito de la ley Cornelia, á no ser que los bienes pertenezcan á ella. Así, pues, como tus hijos tienen tutores y curadores, estos mismos deben deliberar si deben acusar de ser falsos los documentos con que según dices ganó el adversario de tus hijos.

PP. Kal. Octob. ALEXANDRO A. Cons. [222.]

Publicada las Calendas de Octubre, bajo el consulado de ALEJANDRO, Augusto. [222.]

6. *Idem A.* PROBO.—Accusationem, a qua discedere te professus es, repetere non debes.

PP. V. Non. Mai. IULIANO II. et CRISPINO Conss. [224.]

6. *El mismo Augusto á* PROBO. — No debes repetir la acusación de la que confesaste que te apartabas.

Publicada á 5 de las Nonas de Mayo, bajo el segundo consulado de JULIÁN y el de CRISPÍN. [224.]

7. *Idem A.* FELICI.—Si ea, quae crimen intendit, cognitionem moratur, certa perferendae accusationis (6) tempora iudex competens praestet, intra quae si agere supersederit, renuntiasse causae intelligitur.

PP. XV. Kal. Septemb. AGRICOLA et CLEMENTINO (7) Conss. [230.]

7. *El mismo Augusto á* FÉLIX. — Si la que intenta una acusación criminal demora su conocimiento, conceda el juez competente términos fijos para proseguir la acusación, y si dejare de proseguirla dentro de ellos, se entiende que renunció á la causa.

Publicada á 15 de las Calendas de Septiembre, bajo el consulado de AGRÍCOLA y de CLEMENTINO. [230.]

8. *Imp.* GORDIANUS *A.* GAIO (8), *militi.*—Non prohibentur milites accusationem, quae publici iudicii instar obtineat, intendere, si suas (9) suorumque iniurias exsequantur. Ideoque consobrini tui necem defendere tibi permittimus.

PP. XVII. Kal. August. PIO et PONTIANO Conss. [238.]

8. *El Emperador* GORDIANO, *Augusto, á* GAYO, *militar.*— No se les prohibe á los militares intentar acusación, que tenga semejanza con un juicio público, si persiguieran injurias propias ó de los suyos. Y por lo tanto te permitimos perseguir la muerte de tu primo.

Publicada á 17 de las Calendas de Agosto, bajo el consulado de PIO y de PONCIANO. [238.]

9. *Idem A.* SEVERIANO (10).—Non ignorat competens iudex, eam, quae ultionem et mortem filii (11) persequi allegat, non temere ad accusationem esse admittendam, nisi prius matrem se esse probaverit.

9. *El mismo Augusto á* SEVERIANO. — No ignora el juez competente que la que alega que persigue la venganza y la muerte de un hijo, no debe ser inconsideradamente admitida á la acusación, sino si antes hubiere probado que ella es la madre.

PP. VI. (12) Non. Mart. GORDIANO A. et AVIOLA Conss. [239.]

Publicada á 6 de las Nonas de Marzo, bajo el consulado de GORDIANO, Augusto, y de AVIOLA. [239.]

10. *Idem A.* MUCATRAULO (13), *militi* (14).—Si cri-

10. *El mismo Augusto á* MUCATRAULO, *militar.*—

(1) processerit, *Hal.*; praecedente, *la ed. Schf.*
(2) ingerendam, *el ms. Bg., y Hal.*; gerendam, *el ms. Gt.*
(3) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y Hal.*: aestimatione iudicis, *insertan las ed. Nbg. Schf. Russ. y las demás.*
(4) III., *omítela Hal.*
(5) *Los mms. Pl. 1. 2., y Hal.*: sive, *la ed. Nbg*; vel, *las demás: pero nuestra lectura concuerda mejor con las Bas.*
(6) accusationi, *los mms. Pl. 1. 2.*
(7) Clemente, *Hal. y los demás excepto Bk.*
(8) Agato, *el ms. Pl. 1.*; Gatao ó Gatro, *el ms. Vat.*
(9) suas *y después* iniurias, *los mms. Pl. 1. 2. Bg., y las ed. Nbg. Hal.*: suam — iniuriam, *las ed. Schf. Russ. y las demás.*
(10) *Los mms. Cas. Vat. Bg., y Cuyacio en la nota del Cód. (Opp. T. X. p. 720. ed. Neap.)*, Severino, *el ms. Pl. 1.*; Severiae, *Hal. y los demás.*
(11) sui, *insertan los mms. Pl. 1. 2., y las ed. Nbg. Hal. Russ. Cont. 62.*
(12) VI., *omítela Hal.*
(13) Mucatrabio, Michatrablo, Thrahlo, *nuestros mms.*; Buccatrahio, *Hal. Russ. Cont. 62.*
(14) militi, *omítenla erradamente Hal. Russ. Cont. 62., contra nuestros cód. y contra las Bas.*

Digitized by Google

men ad tuam tuorumque iniuriam pertinens exsequeris (1), solemnibus te inscriptionibus adstringe, ut praesidem provinciae habere iudicem possis.

PP. Kal. August. GORDIANO A. et AVIOLA Conss. [239.]

Si ejercitares la acción criminal correspondiente á injuria hecha á tí y á los tuyos, obligate con solemnes inscripciones, para que puedas tener por juez al presidente de la provincia.

Publicada las Calendas de Agosto, bajo el consulado de GORDIANO, Augusto, y de AVIOLA. [239.]

11. *Imp.* PHILIPPUS *A. et* PHILIPPUS *C.* SATURNINO *et aliis* (2). — Data opera partis adversae res vestras incendio exarsas esse asseverantes, crimen legis Corneliae de sicariis exsequi potestis.

PP. XIII. Kal. Iul. PEREGRINO et AEMILIANO Conss. [244.]

11. *El Emperador* FILIPO, *Augusto, y* FILIPO, *César, á* SATURNINO *y á otros.* — Aseverando que vuestros bienes fueron consumidos en un incendio por actos intencionados de la parte contraria, podéis ejercitar la acción criminal de la ley Cornelia sobre los sicarios.

Publicada á 13 de las Calendas de Julio, bajo el consulado de PEREGRINO y de EMILIANO. [244.]

12. *Impp.* DIOCLETIANUS *et* MAXIMIANUS *AA. et CC.* (3) CORINTHIAE. — De crimine, quod publicorum fuerit iudiciorum, mulieri accusare non permittitur, nisi certis ex causis, id est (4) si suam suorumque persequatur iniuriam, secundum (5) antiqui iuris (6) statuta tantum (7), de quibus specialiter ei (8) concessum est, non exacta subscriptione. Unde aditus praeses provinciae in primis examinabit, an tale sit crimen, cuius accusationem mulier subire non prohibeatur.

S. V. Kal. Mai. AA. Conss. [293—299.]

12. *Los Emperadores* DIOCLECIANO *y* MAXIMIANO, *Augustos y Césares, á* CORINTIA. — No se le permite á la mujer acusar por crimen que fuere de los de juicios públicos, sino mediante ciertas causas, esto es, si persiguiera injuria propia ó hecha á los suyos, únicamente con arreglo á las disposiciones del antiguo derecho, respecto á cuyas causas se le concedió especialmente, sin que se le exija subscripción. Por lo tanto, el presidente de la provincia examinará ante todo, si el crimen es tal que no se le prohiba á la mujer sostener la acusación.

Sancionada á 5 de las Calendas de Mayo, bajo el consulado de los Augustos. [293—299.]

13. *Iidem AA. et CC. ad* ASCLEPIUM. — Si magnum et capitale crimen, ac non leve, frater contra fratrem suum instituit, non solum audiendus non est, sed etiam exsilii poena plectendus (9).

Dat. X. Kal. Febr. (10) Caess. Conss. [294—302.]

13. *Los mismos Augustos y Césares á* ASCLEPIO. — Si un hermano entabló contra su hermano acusación por crimen grave y capital, no leve, no solamente no ha de ser oido, sino que además debe ser castigado con la pena de destierro.

Dada á 10 de las Calendas de Febrero, bajo el consulado de los Césares. [294—302.]

14. *Iidem AA. et CC.* AELIAE (11). — Propter insidias, quas tuae vitae paratas contendis, accusationem apud praesidem provinciae contra filium tuum, si pietas et ratio naturalis animi tui non revocat intentionem, constituere potes.

S. XVI. Kal. Mart. Caess. Conss. [294—302.]

14. *Los mismos Augustos y Césares á* ELIA. — Si la piedad y la razón natural no cambian la intención de tu ánimo, puedes formalizar ante el presidente de la provincia acusación contra tu hijo por las acechanzas que sostienes fueron dispuestas contra tu vida.

Sancionada á 16 de las Calendas de Marzo, bajo el consulado de los Césares. [294—302.]

15. *Iidem AA. et CC.* LUPIONI. — Criminis accusationem instituere cum periculo calumniae, si tibi existimatio integra est, minime prohiberis.

S. III. Kal. Mart. (12) Caess. Conss. [294—302.]

15. *Los mismos Augustos y Césares á* LUPION. — De ningún modo se te prohibe, si tienes íntegra tu reputación, que formules la acusación de un crimen, á riesgo de calumnia.

Sancionada á 3 de las Calendas de Marzo, bajo el consulado de los Césares. [294—302.]

16. *Iidem AA. et CC.* CALLUTICO (13). — Cum rationibus iuris congruit desiderium tuum, postulantis, accusationem tertiam ei, qui duos reos delatos habet, non permitti contra legis praescripta, nisi suas suorumque iniurias quis persequatur.

S. XII. Kal. Decemb. Nicomediae, Caess. Conss. [294—302.]

16. *Los mismos Augustos y Césares á* CALLUTICO. — Es congruente con las razones del derecho tu pretensión, al pedir que no se le permita contra las prescripciones de la ley, al que tiene delatados á dos reos, una tercera acusación, á no ser que persiga injurias propias ó hechas á los suyos.

Sancionada en Nicomedia á 12 de las Calendas de Diciembre, bajo el consulado de los Césares. [294—302.]

---

(1) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Schf. Hal.;* exsequaris, *las demas ed.*
(2) et aliis, *omitenlas los mms. Cas. Vat. Pl. 1. Bg., y la ed. Nbg., á nuestro parecer con razón.*
(3) et CC., *omitenlas los mms. Cas. Vat. Pl. 1., y la ed. Nbg.*
(4) id est, *omitelas el ms. Gt.*
(5) sed secundum, *el ms. Pl. 1., y verdaderamente pudo faltar* sed *en otros códices.*
(6) antiquitus, *Hal.*
(7) tamen, *el ms. Gt.; en un cód. de Hafn. se lee* item his

(8) eis, *los mms. Pl. 1. 2. Bg., las ed. Nbg. Hal., y Decr. Grat.*
(9) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Hal.:* est, *añaden las demás ed.*
(10) XIII. Kal. Mart., *Russ. al márgen.*
(11) Heliae, *nuestros mms.*
(12) Mai., *Russ. al margen.*
(13) Callitico, *los mms. Vat. Cas.:* Gallitico, *el ms. Bg.;* Africo, *los antiguos libros de Cuyacio.*

Digitized by Google

17. *Pars sententiae eorundem AA. et CC.* Dat. V. Id. (1) Ian. Diocletiano et Maximiano (2) AA. Conss. [299—304.]—Iniquum et longe a seculi nostri beatitudine esse credimus (3), ut Thaumasius accusandi eius habeat facultatem, in cuius domo eum, licet ingenuum, a prima tamen aetate fuisse constabat (4). Quare ex nomine Thaumasii mentio (5) super conflictu criminali (6) Symmacho conquiescat. Si quam sane civilem petitionem idem Thaumasius sibi competere confidit, iudicio praesidali poterit experiri.

18. *Iidem AA. et CC.* Iuliano.—Si sororem tuam leviorum commissorum ream facis, accusationem non prohiberis exercere in iudicio praesidali, quo temerarie commissa congrua ultione plectantur (7).

Dat. III. Kal. Mart. Diocletiano IX. et Maximiano VIII. AA. Conss. [304.]

19. *Imppp.* Valentinianus, Valens *et* Gratianus *AAA.* Laodicio (8), *Praesidi* (9) *Sardiniae.* — Neganda est accusatis, qui non suas suorumque iniurias exsequuntur, licentia criminandi in pari vel minori crimine (10), priusquam se crimine, quo premuntur, exuerint, secundum scita veterum iuris conditorum, ita tamen, ut et ipsi inscriptiones contra eos etiam pendente accusatione deponere possint.

Dat. prid. Id. August. Carnunti (11), Gratiano A. III. et Equitio V. C. Conss. (12) [374.]

20. *Impp.* Arcadius *et* Honorius *AA.* Eutychiano *P. P.*—Si quis ex familiaribus vel ex servis cuiuslibet domus cuiuscunque criminis delator atque (13) accusator emerserit, eius existimationem, caput atque fortunas petiturus, cuius familiaritati vel dominio inhaeserit, ante exhibitionem testium, ante (14) examinationem iudicii (15), in ipsa expositione criminum atque accusationis exordio ultore gladio feriatur. Vocem enim funestam intercidi (16) oportet potius, quam audiri. Maiestatis autem (17) crimen (18) excipimus.

Dat. VI. (19) Id. Novemb. Constantinop. Caesario et Attico Conss. [397.]

21. *Impp.* Honorius *et* Theodosius *AA. Consulibus, Praetoribus* (20), *Tribunis plebis, Senatui* (21) *salutem dicunt* (22). — Si liberti (23) accusatores (24)

17. *Parte de la sentencia de los mismos Augustos y Césares.* Dada á 5 de los Idus de Enero, bajo el consulado de Diocleciano y de Maximiano, Augustos. [299—304.] — Creemos que es inicuo y contrario á la dulzura de costumbres de nuestro siglo, que Thaumasio tenga la facultad de acusar á aquel en cuya casa, según constaba, estuvo, sin embargo, aunque ingénuo, desde la primera edad. Por lo tanto, paralícese para Símmaco la acusación que á nombre de Thaumasio se hizo sobre un conflicto criminoso. Mas si el mismo Thaumasio confía en que le compete alguna acción civil para pedir, podrá ejercitarla ante el tribunal del presidente.

18. *Los mismos Augustos y Césares á* Julián.—Si á tu hermana la haces reo de leves delitos, no se te prohibe que formules tu acusación ante el tribunal del presidente, para que lo cometido con temeridad sea castigado con la pena correspondiente.

Dada á 3 de las Calendas de Marzo, bajo el noveno consulado de Diocleciano y el octavo de Maximiano, Augustos. [304.]

19. *Los Emperadores* Valentiniano, Valente *y* Graciano, *Augustos, á* Laodicio, *Presidente de Cerdeña.* — Conforme á las decisiones de los antiguos autores del derecho, se les ha de negar á los acusados, que no persiguen sus propias injurias y las de los suyos, licencia para acusar por igual ó menor delito, antes que se hayan eximido de la acusación criminal con que se les agobia, pero esto de suerte, que también ellos puedan, aun estando pendiente la acusación, depositar inscripciones contra los otros.

Dada en Carnunto á 1 de los Idus de Agosto, bajo el tercer consulado de Graciano, Augusto, y el de Equicio, varón esclarecido. [374.]

20. *Los Emperadores* Arcadio *y* Honorio, *Augustos, á* Eutiquiano, *Prefecto del Pretorio.*—Si alguno de los familiares ó de los esclavos de una casa cualquiera se presentare como delator y acusador de cualquier crimen, para pedir la reputación, la cabeza y los bienes de aquel á cuya familiaridad ó dominio estuviere afecto, sea muerto por la espada vengadora antes del examen del juicio, durante la misma exposición de los crímenes y en el comienzo de la acusación. Porque conviene que se extinga esta funesta voz mas bien que sea oída. Pero exceptuamos el crimen de lesa majestad.

Dada en Constantinopla á 6 de los Idus de Noviembre, bajo el consulado de Cesario y de Attico. [397.]

21. *Los Emperadores* Honorio *y* Teodosio, *Augustos, saludan á los Cónsules, Pretores, Tribunos de la plebe, y al Senado.*—Si los libertos hubieren pre-

(1) Kal., *Russ. al márgen.*
(2) Diocl. VI. et Max. V., *el ms. Cas.*
(3) credidimus, *el ms. Bg., y las ed. Schf. Hal. Russ.*
(4) constabit, *los mms. Pl. 1. 2. Gt., y la ed. Schf.*
(5) intentio, *el ms. Pl. 2.*
(6) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., y Hal.;* criminis, *las ed. Nbg. Schf.;* criminis cum, *Russ. y los demás.*
(7) *Schol. Bas. admite las palabras* quo temerarie *y siguientes como si se tratase de establecer pena contra el temerario acusador de la hermana.*
(8) *Los mms. Cas. Vat., Cont. Bk., y el C. Theod.;* Laudi-tio, *los mms. Pl. 1. Bg., y Hal. Russ.;* Laodiceo, *Char. Pac. Sp.*
(9) *Los mms. Cas. Vat. Pl. 1 Bg., Hal. Bk., y el C. Theod.;* praef. [praefecto], *Russ. y los demás.*
(10) crimine, *omítela Hal.*
(11) D. II. Id. Mart. Clarimont., *Hal.*
(12) *Jac. Godofr. pretende enmendar la indicación de la fecha de este modo:* post consul. Grat. A. III. et Equitii [375.]
(13) aut, *el ms. Bg.*
(14) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., y el C. Theod.;* anteque, *Hal.;* aut, *la ed. Nbg.;* atque, *las ed. Schf. Russ. y las demás. y Decr. Grat.*
(15) examinatum iudicium, *el C. Theod.*
(16) *Los mms. Pl. 2. Gt., las ed. Nbg. Hal. Russ. Cont. 62. Bk., el C. Theod., y Decr. Grat.;* interdici, *los mms. Pl. 1. Bg.;* amputari, *las ed. Schf. Cont. 66. y las demás.*
(17) autem, *omítela el C. Theod.*
(18) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los mms. de Russ., las ed. Schf. Hal. Bk., el C. Theod., y Decr. Grat.;* tantum, *insertan las ed. Nbg. Russ. y las demás, pero mal. Vease la ley 1. D. XLVIII. 12.*
(19) S. V., *Hal.*
(20) et, *insertan Hal. y después los demás, contra los mms. Cas. Pl. 1. Bg. y el C. Theod.*
(21) suo, *inserta el C. Theod.*
(22) *Los mms. Cas. Pl. 1. Bg., y el C. Theod.;* S. D., *Hal. y los demás.*
(23) Liberti si, *los mms. Pl. 1. 2. Bg., Ico.*
(24) delatores accusatoresve, *el C. Theod.*

Digitized by Google

manumissorum heredumve esse praesumserint, eodem, quo servi, supplicio tenebuntur, luituri poenas ante prohibitae (1) delationis exordium.

Dat. VIII. (2) Id. Aug. Ravennae (3), Asclepiodoto et Mariniano Conss. [423.]

tendido ser acusadores de sus manumisores ó de los herederos de éstos, quedarán sujetos al mismo suplicio que los esclavos, debiendo sufrir las penas antes del comienzo de su prohibida delación.

Dada en Rávena á 8 de los Idus de Agosto, bajo el consulado de Asclepiodoto y de Mariniano. [423.]

TIT. II

DE ACCUSATIONIBUS ET INSCRIPTIONIBUS (4)

1. *Imp.* Alexander *A.* Martiano.—Eos, qui terminos effoderunt, extraordinaria animadversione coerceri debere, praeses provinciae non ignorabit.

PP. III. Kal. Aug. Alexandro A. Cons. [222.]

2. *Idem. A.* Syro. — Si cujusdam criminis (5) obnoxius servus postulatur, dominus eum defendere potest et in iudicio sistere (6), accusatoris intentionibus responsurus (7). Post probationem autem criminis non ipse dominus, sed servus pro suo delicto condemnationem sustineat. Ideo enim servum suum domino defendere permissum est, ut pro eo possit competentes allegationes offerre.

PP. XI. Kal. Decemb. Alexandro A. Conss. [222.]

3. *Idem. A.* Stephanidi. — Reos capitalium criminum absentes etiam per procuratorem defendi, leges publicorum iudiciorum permittunt.

PP. IV. Non. Novemb. Maximo II. et Aeliano Conss. [223.]

4. *Imp.* Gordianus *A.* Archelao. — Si accusatoribus absentibus, et non per contumaciam adesse iudicio cessantibus, ex una postulatione aditus praeses provinciae, non causa cognita, sententiam dixit, qua eum, de quo querimoniam detulistis (8), liberandum existimavit, criminatione etiam nunc perseverante, quae, contumacia vel cessatione accusatorum non interveniente, auferri non potuit, causa intentati criminis apud eundem vel successorem eius more iudiciorum tractabitur.

PP. Non. Mart. Gordiano A. II. et Pompeiano Conss. [241.]

5. *Idem A.* Paulino. — Non ideo minus crimine seu (9) atrocium iniuriarum iudicio tenetur is, qui in iustam (10) accusationem incidit, quod dicat (11), alium se huius (12) facti mandatorem habuisse. Namque hoc casu, praeter (13) principalem reum, mandatorem quoque ex sua persona conveniri posse ignotum non est.

PP. III. Id. Septemb. Gordiano A. II. et Pompeiano Conss. [241.]

TÍTULO II

DE LAS ACUSACIONES Y DE LAS INSCRIPCIONES

1. *El Emperador* Alejandro, *Augusto, á* Marciano. — El presidente de la provincia no ignorará que deben ser castigados con pena extraordinaria los que arrancaron los mojones.

Publicada á 3 de las Calendas de Agosto, bajo el consulado de Alejandro, Augusto. [222.]

2. *El mismo Augusto á* Siro. — Si un esclavo es acusado reo de cualquier crimen, su señor puede defenderlo y comparecer en el juicio para responder á las afirmaciones del acusador. Mas después de la prueba del crimen no sufra la condenación el mismo dueño, sino el esclavo con arreglo á su propio delito. Porque al dueño se le permitió defender su propio esclavo para que por él pudiera exponer las competentes alegaciones.

Publicada á 11 de las Calendas de Diciembre, bajo el consulado de Alejandro, Augusto. [222.]

3. *El mismo Augusto á* Estefanides.— Las leyes de los juicios públicos permiten que los reos de crímenes capitales, que estén ausentes, sean defendidos también por medio de procurador.

Publicada á 4 de las Nonas de Noviembre, bajo el segundo consulado de Máximo y el de Eliano. [223.]

4. *El Emperador* Gordiano, *Augusto, á* Archelao. —Si ausentes los acusadores, y dejando de comparecer en juicio no por contumacia, el presidente de la provincia, á quien se hubiere recurrido, pronunció á petición de una sola parte, no habiendo conocido de la causa, sentencia por la cual estimó que debía absolver á aquel contra quien dedujiste la querella, subsistiendo todavía la acusación que no se pudo extinguir por no mediar contumacia ó desistimiento de los acusadores, la causa de la acción criminal intentada se ventilará en la forma acostumbrada en los juicios ante el mismo ó ante su sucesor.

Publicada las Nonas de Marzo, bajo el segundo consulado de Gordiano, Augusto, y el de Pompeyano. [241.]

5. *El mismo Augusto á* Paulino.—No está menos obligado por la acción de un crimen ó por el juicio de injurias atroces el que incurre en justa acusación, porque diga que él tuvo á otro por mandante de este hecho. Porque en este caso, no se ignora que además del reo principal puede ser citado por razón de su propia persona también el mandante.

Publicada á 3 de los Idus de Septiembre, bajo el segundo consulado de Gordiano, Augusto, y el de Pompeyano. [241.]

(1) adhibitae, *el C. Theod.; pero τῆς κειμενημένης κατηγορίας, Schol. Bas.*
(2) *El Cód. Theod.;* VII., *Hal. y los demás.*
(3) *El lugar falta en Hal. Russ. Cont. 62.*
(4) ET INSCRIPTIONIBUS, *omitelas el ms. Pl. 1.*
(5) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los mms. de Russ. y de Cont., y las ed. Nbg. Schf.;* cuidam criminis, *Hal. y los demás, Ico.*
(6) consistere, *Russ. al márgen.*
(7) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los mms. de Russ. y los antiguos de Cont., y las ed. Nbg. Schf. Bk.;* responsurum, *Hal. y los demás, Ico.*
(8) *El ms. Pl. 1., el ms. Bg. según la primera escritura, y Hal. Bk.;* detulisti, *los demás.*
(9) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Hal.;* sive, *los demás.*
(10) in istam, *los mms. Pl. 1. 2.*
(11) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt.:* quia dicat, *las ed. Nbg. Hal.;* qui dicit, *la ed. Schf.;* quia dicit, *Russ. y los demás.*
(12) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Hal.;* huiusmodi, *las demás ed.*
(13) eum, *inserta el ms. Bg.*

Digitized by Google

6. *Idem A.* AVIDIANO. — Absentem capitali crimine accusari non posse, sed requirendum tantummodo adnotari solere, si desit, vetus ius est. Et ideo quum absentem te et ignorantem, cui nunquam ullum (1) crimen denuntiatum esset, per iniuriam a praeside provinciae in metallum damnatum (2) dicas, quo magis in praesenti te agente, ut asseveras, iam nunc tides veri possit illuminari, praefectum (3) praetorio adire cura, qui, quidquid novo more (4) et contra formam constitutionum gestum deprehenderit, pro sua iustitia reformabit.

PP. IV. Non. April. ARIANO et PAPPO (5) Conss. [243.]

7. *Idem A.* PROCULO. — Ea quidem, quae per officium praesidibus nuntiantur (6), et citra (7) solemnia accusationum posse perpendi, incognitum non est. Verum si falsis nec ne (8) notoriis (9) insimulatus (10) sit, perpenso iudicio dispici debet.

PP. VIII. Id. Ianuar. PEREGRINO et AEMILIANO Conss. [244.]

8. *Exemplum sacrarum literarum* DIOCLETIANI *et* MAXIMIANI *AA.* — Si quis se iniuriam ab aliquo passum putaverit et querelam deferre voluerit, non ad stationarios decurrat, sed praesidalem adeat potestatem aut libellos offerens, aut querelas suas apud acta deponens.

PP. sine die et consule.

9. *Iidem AA.* HONORATO (11). — Qui de crimine publico in accusationem deductus est, ab alio super eodem crimine deferri non potest. Si tamen ex eodem facto plurima crimina nascuntur, et de uno crimine in accusationem fuerit deductus (12), de altero non prohibetur ab alio deferri. Iudex autem super utroque crimine audientiam accommodabit; nec enim (13) licebit ei separatim de uno crimine sententiam proferre, priusquam plenissima examinatio super altero quoque crimine fiet (14).

PP. XIV. (15) Kal. Septemb. BASSO (16) et QUINTIANO Conss. [289.]

10. *Iidem AA.* (17) URSAE. — Qui explicandi negotii spem, cuius finis in iudicis potestate ac motu situs est, pollicetur, non minus ob illicitam sponsionem crimen contrahit, quam qui ad huiusmodi promissionis commercium contra disciplinam publicam adspirat.

PP. III. Kal. Novemb. ipsis IV. et III. AA. Conss. [290.]

11. *Iidem AA.* (18) *Haec Crispine carissime no-*

6. *El mismo Augusto á* AVIDIANO. — Es derecho antiguo, que el ausente no puede ser acusado de crimen capital, sino que solamente suele ser anotado para ser requerido, si faltara. Y por lo tanto, como dices que estando ausente é ignorándolo tú, á quien nunca se le habia notificado acusación criminal alguna, fuiste condenado á las minas injustamente por el presidente de la provincia, cuida de acudir al prefecto del pretorio para que al presente, defendiéndote tú, se pueda aclarar la verdad del caso, y él reformará con arreglo á su justicia todo lo que viere que se hizo de nueva manera y contra la forma establecida en las constituciones.

Publicada á 4 de las Nonas de Abril, bajo el consulado de ARIANO y de PAPPO. [243.]

7. *El mismo Augusto á* PRÓCULO.—No se ignora, que los delitos que se denuncian á los presidentes por los funcionarios pueden ser investigados aun sin las solemnidades de las acusaciones. Pero se debe examinar con detenido juicio si uno fuera acusado con hechos falsos ó no notorios.

Publicada á 8 de los Idus de Enero, bajo el consulado de PEREGRINO y de EMILIANO. [244.]

8. *Copia de las sacras cartas de* DIOCLECIANO *y de* MAXIMIANO, *Augustos.* — Si alguno creyere que sufrió injuria causada por otro, y quisiere deducir querella, no recurra á los estacionarios, sino diríjase á la autoridad presidencial, ó presentando escritos, ó deponiendo sus querellas en actuaciones.

Publicada sin designación de día ni de consul.

9. *Los mismos Augustos á* HONORATO. — El que por un crimen público fué objeto de una acusación, no puede ser acusado del mismo crímen por otro. Pero si del mismo hecho nacen varios crímenes, y hubiere sido acusado por un solo crímen, no se prohibe que por otro sea acusado de otro. Mas el juez concederá audiencia sobre uno y otro crimen; porque no le será lícito proferir sentencia separadamente respecto á un solo crímen, antes que se hiciere plenísimo examen también en cuanto al otro crímen.

Publicada á 14 de las Calendas de Septiembre, bajo el consulado de BASSO y de QUINCIANO. [289.]

10. *Los mismos Augustos á* URSA. — El que promete la esperanza de resolver favorablemente un negocio, cuyo término está en la potestad y decisión del juez, no comete por razón de la promesa ilícita menos crímen que el que aspira contra la pública disciplina al comercio de tal clase de promesa.

Publicada á 3 de las Calendas de Noviembre, bajo el cuarto y el tercer consulado de los mismos Augustos. [290.]

11. *Los mismos Augustos á nuestro muy querido*

(1) nullum, *omitiendo* unquam, *los mms. Pl. 1. 2. Bg.;* nullum, *halló Russ. en todos los códices.*
(2) datum, *los mms. Pl. 1. 2. Bg. Pero* esse, *insertan las ed. Schf. Russ. y después las demás, contra los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt. y las ed. Nbg. Hal.*
(3) praefectos *y después* deprehenderint reformabunt, *los mms. Pl. 2. Bg.:* praefectos—deprehenderit—reformabunt, *el ms. Pl. 1.;* praefectum—deprehenderint—reformabunt, *la ed. Schf.*
(4) iure, *los mms. Pl. 2. Bg.*
(5) Arriano et Papo, *Bk.*
(6) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt.:* denuntiantur, *las ed.*
(7) circa, *Sp. por errata, que luego conserva Bk.*
(8) ne, *omitenla los mms. Pl. 2. Gt., y las ed. Nbg. Schf.*
(9) notariis, *Russ. al márgen, y á lo que parece también los mms. Pl. 1. Bg.*
(10) Id est accusatus, *insertan los mms. Pl. 1. 2. Bg., y las ed. Nbg. Schf. Hal.; pero con razón observa Hal. al márgen que tales palabras parecen añadidas.*
(11) Optato, *el ms. Bg.*
(12) deductum, *Hal.*
(13) enim, *omitela el ms. Bg.*
(14) *Los mms. Pl. 1. Bg. Gt., y Hal.;* fiat, *el ms. Pl. 2., y las demás ed.*
(15) XIV., *omitela Hal.; pero véase la ley 3. C. VII. 56.*
(16) *Hal.:* II, *insertan Russ. y los demás.*
(17) et CC., *añaden Hal. y los demás excepto Bk., contra los mms. Cas. Vat. Pl. 1. Bg.*
(18) et CC., *añaden Hal. y los demás, contra los mms. Cas. Vat. Bg. Gt.*

Digitized by Google

bis (1). — Si quis homicidii crimen existimat persequendum, secundum iuris publici formam debebit eum, qui in primordio homicidii postulaverat reum, neque probaverat (2), ideoque reus absolutus est, praevaricationis arguere; id enim salubriter statutis principum, parentum nostrorum, iurisque forma praescriptum est. Vel si id non putaverit agendum, ad sequens crimen, id est pastorum (3) latronumve, descendere eum coges, atque id exsequi (4) iudicio tuo, quum, siquidem id ab incusato appareat esse commissum, ob ultionem publicam obnoxius legibus fiat.

Dat. VIII. Id. April. ANNIBALIANO et ASCLEPIODOTO Conss. [292.]

12. *Iidem AA. et CC.* AURELIO.— Factum sponte se praecipitantis innocenti criminis periculum afferre non potest.

S. XIV. Kal. Iun. Sirmii, AA. Conss. [293—304.]

8. *Los Emperadores* Graciano, Valentiniano *y* Teodosio, *Augustos, á* Menandro, *Vicario de Asia.* — Se comprendió en nuestras constituciones y en las de nuestros antecesores, que han de ser considerados en el número de los delatores los que en nombre de otro hubiesen emprendido una acusación. Y por lo tanto, recaiga sobre el muy calumnioso individuo y sobre su reputación la pena de infamia por la delación invalidada en el juicio, á fin de que en lo sucesivo sepan todos y cada uno que no les es lícito llamar la atención de los jueces sobre lo que no se pueda probar.

---

(1) II., *inserta Bk.*
(2) Crispo, *Russ. y los demás, excepto Bk,; Hal. omite la indicación de la fecha.*
(3) Eumeliano, Eumiliano, Emiliano, *nuestros mms.*
(4) *Los mms. Vat. Pl. 1. Bg.;* Arcelao, *el ms. Cas.;* Arcadio, *Hal. y los demás.*
(5) II., *inserta Bk.; Hal. omite la indicación de la fecha.*
(6) Cessio, *el ms. Pl. 1.;* Cestio, *otros.*
(7) *Los mms. Cas. Vat. Pl. 1.;* et CC., *omitenla los demás.*
(8) Dominico, *el ms. Pl. 1.*
(9) eam, *el ms. Pl. 2.*
(10) *Esta indicación de la fecha fué puesta por Cuyacio en las notas del Cód. (Opp. T. X. p. 732. ed. Neap.);* S. XV., *Russ. y los demás.*
(11) urguere [urgere], *los mms. Pl. 1. 2. Gt., todos los mms. de Russ. y de Cont., la ed. Schf., y el C. Theod. ed. Godofr.*
(12) *La indicación de la fecha falta en Hal., y fué puesta, sin duda atendiendo al C. Theod., por Russ. Cont. 62. Sp. Bk. y rechazada luego al margen por Cont. 66. 71. 76. Char. Pac.*

(13) *Estos emperadores, que se hallan en Russ. y después en los demás, excepto en Bk., los confirman el C. Theod. y los mms. Cas. Vat. Pl. 1.;* Iid. AA., *el ms. Bg., y la ed. Nbg.;* Iid. AA. et Arcad. A., *Hal.; Bk. suprime* Gratianus *y añade* Arcadius.
(14) Assyriae, *el ms. Bg.*
(15) dicendos, *el ms. Bg., y la ed. Schf.;* adiciendos, *la ed. Nbg.*
(16) infamen deportatio sequatur, *el C. Theod. Es, sin embargo, notable que en las Bas. se diga que tal calumniador* ἀτιμάζεται καὶ περιορίζεται [*es notado de infamia y deportado.*]
(17) principum, *el C. Theod.*
(18) *El ms. Pl. 2., la ed. Schf., y el C. Theod.;* convenire, *el ms. Bg.;* commoveri, *el ms. Pl. 1., y las demás ed.*

Digitized by Google

Dat. VIII. (1) Id. Mai. Constantinop. ARCADIO A. I. (2) et BAUTONE Conss. [385.]

9. *Iidem AAA.* (3) FLORO *P. P.* — Fallaciter incusantibus, maxime post exhibitionem accusati, nullius iuris color, veluti derivata (4) excusatione, proficiat; non publica (5) abolitio, non privata talibus proficiat (6) subveniatque personis; non specialis indulgentia, ne (7) beneficium quidem eos generale subducat.

Dat. XV. Kal. Iun. Constantinop. ANTONIO et SYAGRIO Conss. (8) [382.]

10. *Impp.* HONORIUS *et* THEODOSIUS *AA. Consulibus, Praetoribus, Tribunis plebis, Senatui* (9) *salutem dicunt* (10).—Quisquis crimen intendit, non impunitam fore noverit licentiam mentiendi, quum calumniantes ad vindictam poscat similitudo supplicii.

Dat. VIII. Id. August. Ravennae, ASCLEPIODOTO et MARINIANO Conss. (11) [423.]

Dada en Constantinopla á 8 de los Idus de Mayo, bajo el primer consulado de ARCADIO, Augusto, y el de BAUTON. [385.]

9. *Los mismos Augustos á* FLORO, *Prefecto del Pretorio.* — A los que acusan con falacia no les aproveche, principalmente después de la exhibición del acusado, el pretexto de ningún derecho como por haberse presentado una excusa; no les aproveche ni les favorezca á tales personas, ni la abolición pública, ni la privada; no los libre una indulgencia especial ni tampoco un beneficio general.

Dada en Constantinopla á 15 de las Calendas de Junio, bajo el consulado de ANTONIO y de SIAGRIO. [382.]

10. *Los Emperadores* HONORIO *y* TEODOSIO, *Augustos, saludan á los Cónsules, á los Pretores, á los Tribunos de la plebe, y al Senado.*—Cualquiera que intente una acusación criminal sepa que no habrá de quedar impune la libertad de mentir, porque un análogo suplicio reclama para la vindicta á los calumniadores.

Dada en Rávena á 8 de los Idus de Agosto, bajo el consulado de ASCLEPIODOTO y de MARINIANO. [423.]

TIT. XLVII

DE POENIS

1. *Imp.* TITIUS AELIUS ANTONINUS *A.* LUCIO (12).—In (13) opus perpetuum (14) damnati non dissimilis conditionis sunt ab his, qui deportantur in insulam.

PP. sine die et consule (15).

2. *Imp.* ANTONINUS *A.* VALERIO. — Procurator meus, qui vice praesidis non fungebatur, exsilii tibi poenam non potuit irrogare, ac propterea frustra vereris sententiam, quae nulla iuris ratione subnixa est.

3. *Idem A.* GEMINIANO (16).—Decurionem in opus publicum dari non oportere, manifestum est.

4. *Idem A.* MARINAE. — Si ante conceptus est puer, de quo libellos dedisti, quam mater eius in metallum condemnaretur (17), natus conditionis eius est, cuius ante condemnationem mater eius fuit.

5. *Idem A.* SENETIONI (18). — Honor veteranis etiam in eo habitus est, ut liberi eorum usque ad primum duntaxat gradum poena metalli vel operis publici non afficiantur, sed in insulam relegentur.

TÍTULO XLVII

DE LAS PENAS

1. *El Emperador* TITO ELIO ANTONINO, *Augusto, á* LUCIO. — Los condenados á trabajos perpétuos no son de condición diferente de la de los que son deportados á una isla.

Publicada sin designación de día ni de consul.

2. *El Emperador* ANTONINO, *Augusto, á* VALERIO. — Un procurador mio, que no desempeñaba las veces de presidente, no pudo imponerte la pena de destierro, y por lo tanto, en vano temes una sentencia que no está apoyada en ninguna razón de derecho.

3. *El mismo Augusto á* GEMINIANO. — Es sabido que un decurión no debe ser condenado á trabajos públicos.

4. *El mismo Augusto á* MARINA. — Si el niño por quien presentaste memoriales fué concebido antes que su madre fuese condenada á las minas, nació siendo de la condición que fué su madre antes de su condenación.

5. *El mismo Augusto á* SENECION. — A los veteranos se les concedió distinción también en esto, en que sus descendientes, solamente hasta el primer grado, no fueran condenados á la pena de las minas ó á la de trabajos públicos, sino deportados á una isla.

---

(1) VII., *Hal., en el cual falta el lugar.*
(2) *Russ. Bk., y el C. Theod.:* I., *omitenla los demás.*
(3) Imppp. Grat. Valent. et Theod. AAA., *Bk., contra los cód. y las ed. Vease la nota correspondiente de la ley 8. de este título.*
(4) depravata, *el ms. Bg.*
(5) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., las ed. Nbg. Hal. Bk.; y el C. Theod.:* quidem, *insertan las ed. Schf. Russ. y las demás.*
(6) prospiciat, *el C. Theod.*
(7) *El ms. Pl. 1., y el C. Theod.:* nec, *los demás.*
(8) *Hal. omite la indicación de la fecha.*
(9) suo, *inserta el C. Theod.*
(10) *Según los mms. Cas. Vat. Pl. 1. Bg., y el C. Theod.;* S. D., *Hal. y los demás.*
(11) *Hal. omite la indicación de la fecha; los cónsules los omite Cont. 62.; el lugar y los cónsules se hallan al márgen en Russ.*

(12) Lucio, *omítenla los mms. Cas. Vat. Pl. 1.;* Euticiano pp., *el ms. Bg.;* Luciano, *otros.*
(13) *Los mms. Pl. 2. Bg., aprobándola Concio al márgen:* Etiam in, *el ms. Pl. 1., y las ed.*
(14) opus publicum, *el ms. Bg.;* opus publicum in perpetuum, *el ms. Pl. 2.; pero* καταδικασθέντες διηνεκῶς εἰς ἔργον, *las Bas.*
(15) *Hal. omite la indicación de la fecha.*
(16) *El mms. Pl. 1.:* Geminio, *el ms Vat.;* Gemmio *el ms. Vat.;* Senitioni, *el ms. Bg.;* Senatui, *las ed. Nbg. Hal. y las demás.*
(17) daretur, *los mms. Pl. 2. Bg. Gt.;* damnaretur, *el ms. Pl. 1., y la ed. Nbg.*
(18) Senecioni, Senectioni, Senectioni, *los mms. Cas. Vat. Pl. 1. Bg.;* Senat., *la ed. Nbg.;* Senatui, *Hal. y los demás.*

Digitized by Google

6. *Idem A.* APPIO (1). — Incredibile est, quod allegas, liberum hominem, ut vinculis perpetuis contineretur, esse damnatum; hoc enim vix in sola servili conditione procedere potest.

PP. III. Id. Febr. MESSALA et SABINO Conss. (2) [214.]

7. *Imp.* ALEXANDER *A.* ISIDORO.—Impunitas delicti propter aetatem non datur, si modo in ea quis sit, in quam (3) crimen, quod intenditur, cadere potest.

8. *Idem A.* VICTORINO (4). — Deportatorum in insulam ab eo, cui id faciendi ius erat, bona fisco vindicantur, relegatorum autem non, nisi sententia specialiter ademta fuerint.

9. *Idem A.* DEMETRIANO (5). — Si matrem tuam decurionis filiam fuisse probatum fuerit, apparebit, eam non oportuisse in ministerium metallicorum (6), nec in opus metalli dari.

10. *Idem A.* CATULLINO (7).—Servus sub poena vinculorum sine temporis praefinitione domino reddi iussus sententia praesidis provinciae, perpetuo vinctus esse debet.

11. *Imp.* GORDIANUS *A.* TITIANO (8). — Metalli supplicium tam ad personas liberas, quam etiam ad servilis pertinet conditiones.

12. *Impp.* DIOCLETIANUS *et* MAXIMIANUS *AA. in consistorio dixerunt:* Decurionum filii non debent bestiis subiici. Quumque a populo exclamatum esset (9), iterum dixerunt: Vanae voces populi non sunt audiendae; nec enim vocibus eorum credi oportet, quando aut obnoxium (10) crimine absolvi, aut innocentem condemnari desiderant (11).

13. *Iidem AA.* URSINO (12).—Servo ex sententia damnato, si quoquo modo ex sententia proprietatis ius amputatum non sit, domino suo obsequi eum par (13) est.

14. *Iidem AA. et CC.* VITALI (14). — Si operis publici temporalis poenae sententia praefinitus necdum (15) excessit dies, hunc exspectari convenit, quum non remitti poenam facile publice intersit, ne ad maleficia temere quisquam prosiliat.

15. *Iidem AA. et CC.* AGATHEMERO (16).—Poenam sua dictam sententia praesidi provinciae revocare non licet.

6. *El mismo Augusto á* APPIO. — Es increible lo que alegas, que un hombre libre haya sido condenado á ser retenido en prisión perpétua; porque esto apenas suele ser procedente sólo respecto á los de condición servil.

Publicada á 3 de los Idus de Febrero, bajo el consulado de MESSALA y de SABINO. [214.]

7. *El Emperador* ALEJANDRO, *Augusto, á* ISIDORO. — No se concede por razón de la edad la impunidad de un delito, si uno fuera de aquella en la que puede incurrir en el crimen que se persigue.

8. *El mismo Augusto á* VICTORINO. — Los bienes de los deportados á una isla son reivindicados para el fisco por aquel á quien le competía el derecho de hacer esto, pero no los de los relegados, si especialmente no hubieren sido quitados por la sentencia.

9. *El mismo Augusto á* DEMETRIANO. — Si se hubiere probado que tu madre fué hija de un decurión, aparecerá que ella no debió ser condenada al servicio de los mineros, ni á los trabajos de las minas.

10. *El mismo Augusto á* CATULINO. — El esclavo respecto del que se mandó en la sentencia del presidente de la provincia que fuese restituído á su dueño con sujeción á la pena de cadena sin limitación de tiempo, debe estar perpétuamente encadenado.

11. *El Emperador* GORDIANO, *Augusto, á* TICIANO. —El suplicio de las minas pertenece tanto á las personas libres, como también á las de condición servil.

12. *Los Emperadores* DIOCLECIANO *y* MAXIMIANO, *Augustos, dijeron en el consistorio:* Los hijos de los decuriones no deben ser echados á las fieras. Y como por el pueblo se hubiesen hecho exclamaciones, dijeron á su vez: No han de ser oidas las vanas vociferaciones del pueblo; porque no se debe dar crédito á sus vociferaciones, cuando pretenden, ó que sea absuelto de un crímen el culpable, ó que sea condenado un inocente.

13. *Los mismos Augustos á* URSINO. — Condenado un esclavo por sentencia, si de algún modo no se hubiera quitado por la sentencia el derecho de propiedad, es justo que él le preste servicio á su señor.

14. *Los mismos Augustos y Césares á* VITAL. — Si aun no transcurrió el término prefijado en la sentencia de pena temporal á trabajos públicos, es conveniente que se espere á aquel, porque es de interés público que no se remita fácilmente la pena, á fin de que nadie se lance temerariamente á los crímenes.

15. *Los mismos Augustos y Césares á* AGATEMERO. — No le es lícito al presidente de la provincia revocar la pena proferida en su sentencia.

---

(1) *Los mms. Pl. 1. Bg.*; Cappio, *el ms. Cas*; Apio, *el ms. Vat.*; Alpio, *la ed. Nbg.*; Alphio, *Hal. y los demás.*
(2) *Hal. omite la indicación de la fecha.*
(3) qua, *los mms. Pl. 1. Bg., y la ed. Schf.*
(4) *Los mms. Cas. Vat. Pl. 1. Bg.*; Victori, *las ed. Nbg. Hal. y las demás.*
(5) *Los mms. Cas. Vat. Pl. 1.*; Demetrio, *el ms. Bg., y las ed. Nbg. Hal. y las demás.*
(6) metallorum, *los mms. Pl. 1. 2.*
(7) *Los mms. Cas. Vat.*; Catulino, *el ms. Pl. 1.*; Catullo, *Hal. Russ. Cont. 62.*; Catulo, *el ms. Bg, y las demás ed.*
(8) Attiano, *los mms. Cas. Vat.*; Atiliano, *el ms. Pl. 1.*
(9) est, *los mms. Pl. 1. 2. Bg., y las ed. Nbg. Schf.*

(10) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf. Hal.*: noxium, *Russ. y los demás*; ὑπεύθυνον, *las Bas.*
(11) desideraverint, *los mms. Pl. 1. 2. Bg., y la ed. Nbg.*
(12) Ursiano, *los mms. Cas. Pl. 1.*; Ursiano, *el ms. Vat.*
(13) parius, *el ms. Bg.*; peraequum, *la ed. Nbg.*
(14) *Los mms. Cas. Vat. Pl. 1. Bg.*; Vicario, *las ed. Nbg. Hal. y las demás.*
(15) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., todos los mms. de Russ., y la ed. Schf.*; nondum, *las demás ed.*
(16) *Los mms. Cas. Vat. Pl. 1.*; Regerio, *el ms. Bg.*; Agath., *la ed. Nbg.*; Agatho, *Hal. y los demás*; ad Agathonem, *Cuyacio. Véase la nota de la ley 5. C. IX. 16.*

Digitized by Google

16. *Imp.* CONSTANTINUS *A. ad* CATULINUM (1).— Qui sententiam laturus est, temperamentum hoc teneat, ut non prius capitalem in quempiam promat severamque sententiam, quam in adulterii vel homicidii vel maleficii crimen (2) aut sua confessione aut certe omnium, qui tormentis vel interrogationibus fuerint dediti, in unum conspirantes concordantesque (3) rei finem, convictus sit, et sic in obiecto flagitio deprehensus, ut vix etiam ipse ea, quae commiserit (4), negare sufficiat.

Dat. III. (5) Non. Novemb. Treviris. Accepta XV. Kal. Mai. Hadrumeti, VOLUSIANO et ANNIANO Conss. [314.]

16. *El Emperador* CONSTANTINO, *Augusto, á* CATULINO. — El que ha de proferir sentencia guarde este temperamento, que no pronuncie contra cualquiera sentencia capital y severa antes que tratándose del crimen de adulterio, de homicidio, ó de maleficio, haya sido convicto, ó por su propia confesión, ó ciertamente por la de todos los que hubieren sido sometidos á tormentos ó interrogaciones, conspirando y concordando sobre una misma conclusión, y de tal modo descubierto en el delito atribuído, que apenas pueda ni aun él mismo negar lo que hubiere cometido.

Dada en Tréveris á 3 de las Nonas de Diciembre. Aceptada en Adrumeto á 15 de las Calendas de Mayo, bajo el consulado de VOLUSIANO y de ANNIANO. [314.]

17. *Idem A.* EUMELIO (6). — Si quis in metallum fuerit (7) pro criminum deprehensorum qualitate damnatus, minime in eius facie scribatur, quum (8) et in manibus et in suris possit poena damnationis una scriptione (9) comprehendi, quo (10) facies, quae ad similitudinem pulchritudinis est coelestis figurata, minime maculetur.

Dat. XII. Kal. April. Cabilluno, CONSTANTINO A. IV. et LICINIO IV. Conss. (11) [315.]

17. *El mismo Augusto á* EUMELIO. — Si alguno hubiere sido condenado á las minas por la calidad de sus crímenes descubiertos, de ninguna manera sea marcado en el rostro, porque la pena de la condenación puede ponerse con una sola marca, así en las manos como en las pantorrillas, con lo cual no se manchará de ningún modo la faz, que está formada á semejanza de la belleza celestial.

Dada en Chalons á 12 de las Calendas de Abril, bajo el cuarto consulado de CONSTANTINO, Augusto, y el cuarto de LICINIO. [315.]

18. *Imp.* CONSTANTIUS *A.* THEODORO, *V. P.* (12) *Praesidi* (13) *Arabiae.* — Quum (14) reis manifesta probatione convictis spatium ante sententiam temporis (15) datur, facultas supplicandi vel quibusdam malignis artibus tam praesidum quam officialium (16) poenas evitandi (17) criminosissimis patet, quum (18) in homicidii crimine et in aliis detectis (19) gravioribus causis ultio differenda non sit. Igitur de cetero iuxta criminis qualitatem legem oportet servari, et in scelerosos et (20) noxios proferri iuris sententiam.

Dat. Id. Octob. CONSTANTIO A. IV. (21) et CONSTANTE C. Conss. [352?]

18. *El Emperador* CONSTANCIO, *Augusto, á* TEODORO, *varón perfectísimo, Presidente de la Arabia.*— Como quiera que á los reos convictos por prueba manifiesta se les da un espacio de tiempo antes de la sentencia, les queda expedita á los muy criminales la facultad de suplicar ó para evitar las penas por algunas malignas artes, tanto de los presidentes como de los oficiales, siendo así, que tratándose del crimen de homicidio y de otras más graves causas descubiertas, no se debe diferir el castigo. Así, pues, en lo sucesivo debe observarse la ley conforme á la calidad del crimen, y proferirse la sentencia de derecho contra los criminales y responsables.

Dada los Idus de Octubre, bajo el cuarto consulado de CONSTANCIO, Augusto, y el de CONSTANTE, César. [352?]

19. *Impp.* GRATIANUS *et* VALENTINIANUS (22) *AA.* OLYBRIO (23) *P. U.* (24). — Ne quis pro coercitione (25) delicti vel pistoribus vel cuicunque alteri corpori, quum alterius sit corporis, addicatur; sed unusquisque pro crimine, in quo fuerit deprehensus, motum (26) congruae severitatis excipiat (27).

19. *Los Emperadores* GRACIANO *y* VALENTINIANO, *Augustos, á* OLIBRIO, *Prefecto de la Ciudad.* — No sea agregado nadie por vía de corrección de un delito al gremio de panaderos ó á otro cualquiera, cuando sea de otro gremio diferente; sino que cada cual sufra por el crimen en que hubiere sido descubierto la resolución de la severidad correspondiente.

---

(1) Proconsulem Africae, *añaden Hal. y después los demás, contra los mms. Cas. Vat. Pl. 1. Bg., el C. Theod., y la ley 12. C. VII. 62.*
(2) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., las ed. Nbg. Schf. Hal. Russ., y el C. Theod.;* crimine, *Cont. y los demás.*
(3) *Los mms. Pl. 1. 2. Gt., todos los mms. de Russardo, y las ed. Nbg. Schf. Hal.;* conspirantem concordantemque, *el C. Theod., y Bk.;* conspirante concordanteque, *Russ. y los demás, que confirma el ms. Bg.*
(4) commisit, *los mms. Pl. 2. Bg.*
(5) IIII., *Hal.*
(6) Euthymelo, *Hal.;* Eutumel., *la ed. Nbg.*
(7) in ludum fuerit vel in metallum, *el C. Theod.*
(8) dum, *el C. Theod.*
(9) *El ms. Bg., y el C. Theod.:* subscriptione, *los mms. Pl. 1. 2., y las ed. Nbg. Schf. Hal.;* inscriptione, *Russ. y los demás; pero μιᾷ γραφῇ, las Bas.*
(10) qua, *el ms. Bg.*
(11) *Hal. omite la indicación de la fecha.*
(12) V. P., *omitenlas los mms. Cas. Vat. Pl. 1. Bg., y las ed. Nbg. Hal.*
(13) praefecto, *los mms. Vat. Pl. 1.*
(14) Dum, *el C. Theod., y Bk.*

(15) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., la ed. Schf., y el C. Theod.;* spatium temporis ante sententiam, *las demás ed.*
(16) officiorum, *los mms. Pl. 1. 2. Bg., y la ed. Nbg.*
(17) vel quibusdam — evitandi, *omitelas el C. Theod.*
(18) *Los mms. Pl. 1. Bg., las ed. Nbg. Schf. Hal., y el C. Theod.;* et, *insertan el ms. Pl. 2., y las demás ed.*
(19) detecti, *el C. Theod.*
(20) in, *inserta el C. Theod.*
(21) V., *enmienda Jac. Godofr., de suerte que la fecha correspondería al año 352.; Hal. omite la indicación de la fecha.*
(22) *Estos emperadores se leen en los mms. Cas. Vat. Pl. 1. 2. Bg., y en las ed. Nbg. Hal.;* Valentinianus et Valens, *Russ. y después los demás, excepto Bk., atendiendo al C. Theod.;* Valentinianum Valentem et Gratianum, *Bk.*
(23) ad Olybrium, *Russ. y después los demás con el C. Theod., contra los mms. Cas. Vat. Pl. 1. Bg. y Hal.*
(24) P. U., *omitenlas los mms. Vat. Pl. 1. Bg.;* P. P., *el ms. Cas., y Hal.*
(25) atrocitate, *los mms. Pl. 1. 2., y la ed. Nbg.; pero ἐπὶ κολάσει, las Bas.*
(26) modum, *Russ. al márgen; pero τὴν κίνησιν, las Bas.*
(27) excipiet, *el C. Theod.*

Digitized by Google

Dat. III. Id. April. VALENTINIANO et VALENTE AA. (1) Conss. [368?]

20. *Imppp.* GRATIANUS, VALENTINIANUS *et* THEODOSIUS *AAA.* FLAVIANO, *P. P. Illyrici et Italiae* (2). —Si vindicari in aliquos severius contra nostram consuetudinem pro causae intuitu iusserimus, nolumus statim eos aut subire poenam, aut excipere sententiam; sed per dies triginta super statu eorum sors et fortuna suspensa sit. Reos sane accipiat (3) vinciatque custodia, et excubiis solertibus vigilanter observet.

Dat. XV. (4) Kal. Septemb. Veronae, ANTONIO et SYAGRIO Conss. [382.]

21. *Imppp.* VALENTINIANUS, THEODOSIUS *et* ARCADIUS *AAA.* (5) *ad* PRINCIPIUM *P. P.* — Ne diu apparitorum prava admodum venalisque perfidia in publica impune commoda (6) desaeviret (7), censuimus (8), etiam in absentes eos (9) pro competenti ultione debere consurgi.

Dat. Kal. Iun. ARCADIO A. (10) et BAUTONE Conss. [385.]

22. *Impp.* ARCADIUS *et* HONORIUS *AA.* EUTYCHIANO *P. P.*—Sancimus, ibi esse poenam, ubi et noxia (11) est. Propinquos, notos, familiares procul a calumnia summovemus, quos reos sceleris societas non facit; nec enim affinitas vel amicitia nefarium crimen admittunt. Peccata igitur suos teneant auctores, nec ulterius progrediatur metus, quam reperitur (12) delictum. Hoc singulis quibusque (13) iudicibus intimetur.

Dat. VIII. Kal. August. Constantinop. [EUTROPIO et (14)] THEODORO VV. CC. Conss. [399.]

23. *Impp.* HONORIUS *et* THEODOSIUS *AA. ad* ANTHEMIUM *P. P.*—Omnes, quos damnationis conditio diversis exsiliis destinatos metas temporis praestituti in carceris implesse custodia deprehendit (15), solutos poena vinculisque laxatos custodia liberari praecipimus, nec formidare miserias ullas exsilii. Sit satis immensorum cruciatuum semel luisse (16) supplicia, ne (17), qui diu privati sunt aurae communis haustu et lucis aspectu, non (18) intra breve spatium, catenarum ponderibus praegravati, etiam exsilii poenam sustinere iterum compellantur.

(1) II., *insertan Jac. Godofr. en la nota y Cont. 62., de modo que corresponda al año 368.; Hal. omite la indicación de la fecha;* et Valente A., *omitelas Russ.*
(2) et Italiae, *omitenlas los mms. Cas. Vat. Pl. 1. Bg., y las ed. Nbg. Hal.; parecen tomadas del C. Theod.*
(3) *Los mms. Pl. 1. Bg. Gt., todos los mms. de Russ., la ed. Schf., y el C. Theod.;* excipiat, *el ms. Pl. 2. y las demás ed.*
(4) XI., *Hal.*
(5) Iidem et Arcadius AAA., *parece que se debe leer según los mms. Cas. Vat. Bg.;* Iidem Augusti, *omitiendo lo demás de la inscripción, las ed. Nbg. Hal.*
(6) impune in publica commoda, *las ed. Schf. Hal. y despues las demás, contra nuestros códices y el C. Theod.*
(7) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., las ed. Nbg. Schf. Hal., y el C. Theod.;* desaeviat, *Russ. y los demás.*
(8) *Hal., y el C. Theod.;* censemus, *los demás.*
(9) eos, *omitela el C. Theod.;* reos, *el ms. Gt. según corrección; pero ἀπόντας αὐτούς, las Bas.*
(10) I., *inserta Bk.; Hal. omite la indicación de la fecha.*
(11) noxa, *el ms. Pl. 1., y el C. Theod.*
(12) *El ms. Pl. 2., y el C. Theod.;* reperietur, *los mms. Pl. 1. Bg. Gt.;* reperiatur, *las ed.*

Dada á 3 de los Idus de Abril, bajo el consulado de VALENTINIANO y de VALENTE, Augustos. [368?]

20. *Los Emperadores* GRACIANO, VALENTINIANO *y* TEODOSIO, *Augustos, á* FLAVIANO, *Prefecto del Pretorio de Iliria y de Italia.* — Si contra nuestra costumbre mandaremos que se tome más severa venganza contra algunos en consideración á la causa, no queremos que inmediatamente sufran ellos la pena ó cumplan la sentencia; sino que durante treinta dias estén en suspenso la suerte y la fortuna respecto al estado de los mismos. Mas reciba y encadene la carcel á los reos, y guárdelos vigilantemente con diligentes centinelas.

Dada en Verona á 15 de las Calendas de Septiembre, bajo el consulado de ANTONIO y de SIAGRIO. [382.]

21. *Los Emperadores* VALENTINIANO, TEODOSIO *y* ARCADIO, *Augustos, á* PRINCIPIO, *Prefecto del Pretorio.* — A fin de que no se agrave impunemente por largo tiempo contra las conveniencias públicas la muy depravada y venal perfidia de los alguaciles, mandamos que se debe proceder aun contra los que de ellos estén ausentes para el castigo correspondiente.

Dada las Calendas de Junio, bajo el consulado de ARCADIO, Augusto, y de BAUTON. [385.]

22. *Los Emperadores* ARCADIO *y* HONORIO, *Augustos, á* EUTIQUIANO, *Prefecto del Pretorio.*—Mandamos, que allí esté la pena donde también está la culpa. Apartamos lejos de la calumnia á los allegados, conocidos y familiares á quienes no hace reos su asociación en el crimen; porque la afinidad ó la amistad no constituye crimen nefando. Así, pues, obliguen los delitos á sus propios autores, y no se extienda el miedo más allá desde que se descubre el delito. Y comuníquese esto á todos y á cada uno de los jueces.

Dada en Constantinopla á 8 de las Calendas de Agosto, bajo el consulado de [EUTROPIO y de] TEODORO, varones esclarecidos. [399.]

23. *Los Emperadores* HONORIO *y* TEODOSIO, *Augustos, á* ANTEMIO, *Prefecto del Pretorio.* — Mandamos, que todos aquellos á quienes, destinados á diversos destierros, la condición de su condena halló que cumplieron en la custodia de la carcel el límite del tiempo prefijado, sean puestos en libertad exentos de la pena y desligados, y no teman ningunas de las miserias del destierro. Sea suficiente haber sufrido una vez los suplicios de grandes padecimientos, á fin de que los que por largo tiempo estuvieron privados de respirar el aura común y de la vista de la luz, abrumados no por poco tiempo con el peso de las cadenas, no sean obligados á sufrir después también la pena del destierro.

(13) quibuscunque, *los mms. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf. Hal.*
(14) Eutropio et, *faltan en el C. Theod., al cual se atiene Bk. Vease la nota correspondiente de la ley 7. C. III. 11. y Cuyacio Obss. III 19.*
(15) *Los mms. Pl. 1. 2., la ed. Nbg., y el C. Theod.;* deprehenderit, *el ms. Bg., y las demas ed.*
(16) eluisse, *el C. Theod.*
(17) hi, *insertan las ed. Schf. Hal. y despues las demás, contra todos nuestros mms. y los de Russardo, y el C. Theod.*
(18) *Los mms. Pl. 1. 2 Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf. Hal. Russ.;* non, *omitenla Cont. y los demás con el C. Theod., pero contra las Bas., que dicen así: ἵνα μὴ οἵτινες ἐπὶ πολὺ στερηθέντες εἰσὶ τῆς τοῦ κοινοῦ ἀέρος ἀναπνοῆς καὶ τῆς τοῦ φωτὸς θέας ἐπὶ πολὺ ἐστερήθησαν, τοῖς τῶν ἁλύσεων βάρεσι, etc.*

Digitized by Google

Dat. XIV. Kal. Mai. CONSTANTIO et CONSTANTE VV. CC. Conss. (1) [414.]

Dada á 14 de las Calendas de Mayo, bajo el consulado de CONSTANCIO y de CONSTANTE, varones esclarecidos. [414.]

24. *Iidem AA.* MONAXIO *P. P.* — Rectores provinciarum conveniri praecipimus, ut hi, qui pro suo crimine poenam exsilii sub certo temporis spatio subire decreti sunt, exacto praefinito tempore, nec claustris carceralibus, nec in locis, quibus (2) exsules versati sunt, teneantur.

24. *Los mismos Augustos á* MONAXIO, *Prefecto del Pretorio.* — Mandamos que los gobernadores de las provincias se pongan de acuerdo, para que aquellos respecto de quienes se decretó que por razón de su crimen sufrieran la pena de destierro durante cierto espacio de tiempo, no sean tenidos, transcurrido el tiempo prefijado, ni en clausuras carcelarias, ni en los lugares en que vivieron desterrados.

Dat. III. Kal. Sept. Eudoxiopoli, D. N. THEODOSIO A. VII. et PALLADIO V. C. Conss. (3) [416.]

Dada en Eudoxiópolis á 3 de las Calendas de Septiembre, bajo el séptimo consulado de nuestro señor TEODOSIO, Augusto, y el de PALADIO, varón esclarecido. [416.]

25. *Iidem AA.* MONAXIO *P. P.* — His, qui conficiendi naves incognitam ante peritiam barbaris tradiderunt (4), capitale supplicium (5) proponi decernimus.

Dat. VIII. Kal. Octob. Constantinop. MONAXIO et PLINTA Conss. (6) [419.]

25. *Los mismos Augustos á* MONAXIO, *Prefecto del Pretorio.* — Mandamos, que á los que enseñaron á los bárbaros el arte, antes desconocido, de construir naves, se les imponga la pena capital.

Dada en Constantinopla á 8 de las Calendas de Octubre, bajo el consulado de MONAXIO y de PLINTA. [419.]

A. Epitome graecae const. Iustiniani (7) ex Bas.

26. — Constitutio iubet, missos in exsilium nequaquam degere in custodia eorum locorum, in quae missi sunt, sed nec relegari quemquam in arcem Gypsi vel in alia praesidia. Sed si quidem crimen sit morte dignum, huic poenae subiiciantur; sin exsilio, vel perpetuo vel temporario, tunc in exsilium mittantur, ita tamen, ut non iubeantur esse in custodiis locorum, in quae missi sunt, sed mittantur in provinciam, quam iudex definierit (praeter provincias et civitates infra exceptas), cum potestate versandi in tota provincia, in quam missi sunt; neque vero liceat exire ex ea provincia, vel inordinate quidquam agere, dum in ea commorantur. Quodsi quis vel provincia excedat, vel in ea manens inordinatum quid fecerit, ultimo supplicio afficiatur vel a praeside provinciae, vel a praeside illorum locorum, in quae confugit.

§ 1. — Et qui coniecti in carcerem sunt in hac regia urbe, ibi non maneant ultra tempus iam definitum in superiori titulo de custodiis. Et simili modo in provinciis breviore tempore confici inquisitionem criminum; et si quis dignus exsilio videatur, eum relegari, non in carcerem, sed in provinciam, quae non sit ex prohibitis, ea lege, ut ultimo supplicio subiaceant, si provincia excesserint, vel ibi versantes inordinatum quid admiserint.

§ 2. — Praesides autem Alexandriae et Thebaidos solos iubet in Gypsum et in Oasin eos mittere, vel in sex menses, vel ad summum in annum. Si vero perpetuum est exsilium, neque in Gypsum mittant, neque in Oasin, neque in custodiam alterius provinciae, sed, ut dictum est, in integram provinciam, ea lege, ut, si quid deliquerint vel ius-

A. Epitome de la constitución griega de Justiniano, tomado de las Basílicas

26. — Manda la constitución, que los enviados á destierro no vivan de ningún modo en la carcel de los lugares á que fueron enviados, y que nadie sea relegado á la fortaleza de Gipso ó á otros presidios. Mas si verdaderamente el crimen fuera digno de la pena de muerte, sean sometidos á esta pena; si de la de destierro, ó perpétuo ó temporal, en este caso sean enviados á destierro, pero de suerte, que no se les mande estar en la carcel de los lugares á que fueron enviados, sino que sean enviados á la provincia que el juez hubiere fijado, (salvo á las provincias y ciudades abajo exceptuadas), con facultad de circular por toda la provincia, á que fueron enviados; y no les sea lícito salir de aquella provincia, ó hacer desordenadamente cosa alguna mientras moren en ella. Mas si alguno ó saliera de la provincia, ó permaneciendo en ella hubiere hecho alguna cosa desordenada, sea sometido al último suplicio, ó por el presidente de la provincia, ó por el presidente de aquellos lugares, á que huyó.

§ 1. — Y los que fueron metidos en la carcel en esta regia ciudad, no permanezcan en ella más tiempo que el fijado en el título anterior relativo á las prisiones. Y del mismo modo, en las provincias terminese en más breve tiempo la investigación de los crímenes; y si alguien pareciera digno de destierro, sea él relegado, no á la carcel, sino á una provincia que no sea de las prohibidas, con esta condición, que queden sujetos al último suplicio, si salieren de la provincia, ó si residiendo en ella hubieren hecho alguna cosa desordenada.

§ 2. — Pero dispone que solamente los presidentes de Alejandría y de la Tebaida los envien á Gipso y á Oasis, ó por seis meses, ó á lo sumo por un año. Mas si el destierro es perpétuo, no los envíen ni á Gipso, ni á Oasis, ni á la carcel de otra provincia, sino, como se ha dicho, á toda la provincia, con esta condición, que si en algo delinquie-

(1) *Hal. omite la indicación de la fecha.*
(2) In quibus, *el C. Theod.*
(3) *Hal. omite la indicación de la fecha.*
(4) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., las ed. Nbg. Schf. Hal., y el C. Theod.*; tradiderint, *Russ. y los demás.*
(5) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., las ed. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont. Char. Pac., y el C. Theod.*; iudicium, *Sp. Bk.*
(6) *Hal. omite la indicación de la fecha.*
(7) *Con razón conjetura Cuyacio que esta constitución es de Justiniano, porque en el § 1. hace mención de la ley 6. C. IX. 4.*

Digitized by Google

sa praesidum, qui eos miserunt, transgressi fuerint, ultimo supplicio afficiantur.

§ 3.—Iubet autem officiales cuiusque iudicii huius legis commonefacere praesides, neque retinere quemquam ultra tempus exsilii sui, sed statim eos dimittere sine damno et mora, eum vero, qui aliquid accipere ausus fuerit, quadruplum reddere.

§ 4.—Prohibentur autem praesides relegare in provincias et civitates constitutioni subiectas.

B. Supplementum eiusdem const. ex Paratitlis ad coll. const. eccl.

Cuiusque loci episcopi curam gerant, ut in iis, qui in perpetuum vel in certum tempus relegantur, hac constitutione praecepta serventur.

TIT. XLVIII

NE SINE IUSSU PRINCIPIS CERTIS IUDICIBUS LICEAT CONFISCARE

1. *Impp.* (1) THEODOSIUS *A. et* VALENTINIANUS *C.* (2) *ad* HIERIUM (3) *P. P.* — Nulli iudicum liceat, exceptis his (4), qui in summa administrationis sunt positi potestate, proscriptionis tempestate totius substantiae aliquem percellere, nisi ad nostras aures hoc ipsum referatur.

Dat. X. Kal. Febr. Constantinop. (5) THEODOSIO A. XI. et VALENTINIANO C. Conss. [425.]

TIT. XLIX

DE BONIS PROSCRIPTORUM SEU DAMNATORUM

1. *Imp.* ANTONINUS *A.* MARCELLO (6). — Servorum capitis crimine (7) damnatorum peculia dominis non auferri, notum est, sed quod servum dominus habuisse probaverit, recipiet, pretiumque rerum, si quae ab eo distractae sunt. Ipsius quoque praesentiae potestas ei dabitur, quoad rationes per eum administratae reddantur ac disponantur (8). Sed meminisse dominum oportebit instare, ut id velocius fiat, ut poenae suae reddi possit.

2. *Imp.* ALEXANDER *A.* FRONTONI. — Deportati nec earum quidem rerum, quas post poenam irrogatam habuerint, heredem habere possunt, sed (9) hae publicantur (10).

3. *Idem A.* IULIANO. — Si filius tuus, quum esset in tua (11) potestate, in insulam deportari meruit,

ren, ó si hubieren infringido las órdenes de los presidentes, que los enviaron, sean sometidos al último suplicio.

§ 3.—Y manda que los oficiales de cualquier tribunal prevengan de esta ley á los presidentes, y que no retengan á nadie más tiempo que el de su destierro, sino que inmediatamente los despidan sin daño ni demora, y que el que se hubiere atrevido á recibir alguna cosa restituya el cuádruplo.

§ 4.—Mas se les prohibe á los presidentes relegar á las provincias y ciudades expresadas en la constitución.

B. Suplemento de la misma constitución, tomado de los Paratitlos á la colección de constituciones eclesiásticas

Cuiden los obispos de cualquier localidad, de que respecto á los que son relegados á perpetuidad ó por cierto tiempo se observe lo preceptuado en esta constitución.

TÍTULO XLVIII

DE QUE Á CIERTOS JUECES NO LES SEA LÍCITO CONFISCAR SIN ORDEN DEL PRÍNCIPE

1. *Los Emperadores* TEODOSIO, *Augusto, y* VALENTINIANO, *César, á* HIERIO, *Prefecto del Pretorio.* — No le sea licito á ningún juez, exceptuados los que se hallan colocados en la más alta potestad de la administración, castigar á alguien con el infortunio de la confiscación de todos los bienes, á no ser que se haga llegar esto mismo á nuestros oidos.

Dada en Constantinopla á 10 de las Calendas de Febrero, bajo el undécimo consulado de TEODOSIO, Augusto, y el de VALENTINIANO, César. [425.]

TÍTULO XLIX

DE LOS BIENES DE LOS PROSCRIPTOS Ó DE LOS CONDENADOS

1. *El Emperador* ANTONINO, *Augusto, á* MARCELO. — Es sabido, que no se les quitan á los dueños los peculios de sus esclavos condenados á muerte, pero el dueño recibirá lo que probare que tuvo el esclavo, y el precio de los bienes, si algunos fueron vendidos por éste. Y se le concederá también potestad para la presencia de aquel, hasta que se den y se arreglen las cuentas administradas por él mismo. Pero convendrá que el señor se acuerde de instar para que esto se haga más rápidamente, á fin de que pueda ser sometido á su propia pena.

2. *El Emperador* ALEJANDRO, *Augusto, á* FRONTON. — Los deportados no pueden ciertamente tener herederos ni aun de aquellos bienes que hubieren tenido después de impuesta la pena, sino que éstos se confiscan.

3. *El mismo Augusto á* JULIÁN. — Si un hijo tuyo, estando en tu potestad, mereció ser deportado á

(1) Imp., *el C. Theod.*
(2) Theod. et Val. AA., *los mms. Cas. Vat. Bg., y la ed. Nbg.*
(3) Hieroclem, *el ms. Pl. 1.*; Hierodem, *los mms. Cas. Vat.*; Gerodem, *el ms. Bg.*
(4) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., las ed. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont. 62. 66. 76. Bk., y el C. Theod.*; his, *omitenla Cont. 71. y los demás.*
(5) D. N., *inserta el C. Theod.*
(6) *Los mms. Cas. Vat. Pl. 1.*; Marcho, *el ms. Bg.*; Marco, *las ed. Nbg. Hal. y las demás.*
(7) criminum, *el ms. Pl. 1.*; criminibus, *Ivo.*
(8) dispungantur, *var. l. gl., precisándola Cuyacio;* ἐκλόγος δοθῇ καὶ καθαροποιηθῇ, *las Bas.*
(9) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf.*; et, *insertan Hal. y los demás.*
(10) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y la ed. Schf.*; publicabantur, *las demás ed.*; ἀλλὰ ταῦτα δημεύονται, *las Bas.*
(11) tua, *omitela Hal.*

Digitized by Google

peculium eius, nec quod in castris acquisivit, vel quod ei militaturo donasti, auferri tibi debet.

PP. VI. Id. Sept. ALEXANDRO II. et MARCELLO Conss. (1) [226.]

una isla, no se te debe quitar su peculio, ni el que adquirió en los campamentos, ni el que le donaste para ser militar.

Publicada á 6 de los Idus de Septiembre, bajo el segundo consulado de ALEJANDRO y el de MARCELO. [226.]

4. *Imp.* GORDIANUS *A.* CALLIMORPHO. — In metallum damnatus poenae servus efficitur, et ideo eiusmodi sententiam passi bona vindicantur rationibus fisci. Quare si quid rerum habuit is, quem postea nostra (2) indulgentia liberatum esse proponis, ad ius fisci potius, quam ad ipsius dominium pertinet.

4. *El Emperador* GORDIANO, *Augusto, á* CALIMORFO. — El condenado á las minas se hace esclavo de la pena, y por lo tanto, se reivindican para las cuentas del fisco los bienes del que sufrió tal pena. Por lo cual, si tuvo algunos bienes el que según expones fué después hecho libre por nuestra indulgencia, pertenecen al derecho del fisco más bien que al dominio de él mismo.

5. *Imp.* PHILIPPUS *A. et* PHILIPPUS *C.* (3) ARUNTIANO (4). — Si, ut proponis, bona eius, qui tutelam tuam administravit, sententiam passi ad fiscum sunt devoluta, procuratorem nostrum adire cura, qui si quid (5) iure posci animadverterit, non negabit.

5. *El Emperador* FILIPO, *Augusto, y* FILIPO, *César, á* ARUNCIANO. — Si, como expones, fueron adjudicados al fisco los bienes del que administró tu tutela, por haber sufrido sentencia, cuida de dirigirte á nuestro procurador, quien, si viere que algo se pedía con derecho, no lo negará.

6. *Impp.* DIOCLECIANUS *et* MAXIMIANUS *AA.* (6) GAUDENTIO. — De bonis matris deportatae filiis nihil deberi, iuris absolutissimi est (7).

6. *Los Emperadores* DIOCLECIANO *y* MAXIMIANO, *Augustos, á* GAUDENCIO. — Es de derecho muy absoluto, que no se les deba á los hijos nada de los bienes de su madre deportada.

7. *Imppp.* VALENTINIANUS, VALENS *et* GRATIANUS *AAA. ad* PROBUM *P. P.*— Si quis intra provinciam pro qualitate delicti stilum proscriptionis incurrerit, per ordinarii officii sollicitudinem bonorum eius indago diligentissime celebretur, ne quid rei privatae commodis per gratiam atque colludium furto (8) subducatur. Et plena descriptio comprehendat, quod spatium et quod sit ruris ingenium, quid aut cultum (9) sit aut colatur, quid in vineis, olivis (10), aratoriis, pascuis, silvis fuerit inventum, quae etiam gratia et quae amoenitas sit locorum, quis (11) aedificiis ac possessionibus (12) ornatus, quotve mancipia in praediis occupatis vel urbana vel rustica, vel quarum artium generibus imbuta teneantur, quot sint censuarii (13) vel coloni, quot boum (14) exercitiis terrarum (15) atque vomeribus instruentium (16), quot pecorum et armentorum greges, et in qua diversitate numerati sint, quantum auri et argenti, (17) vestium ac monilium (18), vel in specie vel in pondere, et in quibus speciebus, quidve in enthecis (19) sit repertum. Tunc demum omnia ea, quae velle nos perspicis, inquisitione constricta, rationalis rei privatae tradantur officio aut palatinis super hac causa missis (20), nostro nectenda patrimonio. Mox vero ad nos sub literis publicis (21) iudicis singillatim (22) de omnibus nominatimque referatur (23), procul

7. *Los Emperadores* VALENTINIANO, VALENTE *y* GRACIANO, *Augustos, á* PROBO, *Prefecto del Pretorio.* — Si en una provincia hubiere incurrido alguien en la pena de proscripción por la calidad de su delito, hágase con mucha diligencia por cuidado del oficio ordinario la investigación de sus bienes, á fin de que mediante gracia y colusión no se substraiga por hurto alguna cosa á las utilidades de los bienes privados. Y comprenda una completa descripción cuál sea la extensión y cuál la cualidad del campo, qué esté cultivado ó se cultive, qué se haya encontrado de viñas, de olivares, de tierras de arar, de pastos, ó de selvas, cuál sea también la gracia, y cuál la amenidad de los lugares, cuál el ornato de los edificios y de las posesiones, cuántos esclavos, urbanos ó rústicos, se tengan en los predios ocupados, ó en qué especies de trabajos estén instruídos, cuántos sean los censatarios ó colonos, cuántos los bueyes dedicados á las labores de las tierras y á los arados, cuántas las piaras de ganado menor y mayor, y en qué clases se hallan destribuídos, cuánto oro y plata, en vestidos y joyas, ó en especie ó en barras, y en qué especies, ó qué cosa se haya encontrado en los armarios. Y luego, comprendidas en la investigación todas las cosas, que ves que queremos, sean al fin entregadas á la oficina del contador de los bienes privados, ó á los

(1) *Hal. omite la indicación de la fecha.*
(2) nostra, *omítenla los mms. Pl. 1. 2. Bg., y la ed. Schf.*
(3) *Los mms. Cas. Vat. Pl. 1.;* et Phil. C., *omítenlas los demás.*
(4) *Los mms. Vat. Pl. 1.;* Harruntiano, *el ms. Cas.;* Arriano pp., *el ms. Bg., y la ed. Nbg.;* Arriano, *Hal. y los demás.*
(5) qui quicquid, *el ms. Bg.*
(6) et CC., *insertan los mms. Cas. Pl. 1.*
(7) *Acaso se deba poner aquí también la indicación de la fecha de la ley 11. C. III. 44.*
(8) forte, *el ms. Bg.*
(9) *Los mms. Pl. 1. Bg. Gt., la ed. Schf., y el C. Theod.;* aut incultum, *el ms. Pl. 2., y las ed. Nbg. Hal. y las demás;* haud cultum, *conjetura Jac. Godofr.*
(10) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los mms. de Russ., las ed. Nbg. Schf., y el C. Theod.;* olivetis, *Hal. y los demás.*
(11) *Los mms. Pl. 1. Gt., la ed. Nbg., y el C. Theod.;* in, *insertan el ms. Bg., y las demás ed.:* in aedificiis, *omítelas el ms. Pl. 2.*
(12) *El ms. Pl. 1., y el C. Theod.;* sit, *insertan los demás.*
(13) casarii, *el C. Theod., al cual se atiene Bk.;* caesarii, *dice Russ. al margen que se lee en algunos mms.*
(14) iuga, *insertan Hal. Bk.*
(15) terram, *Hal. Bk.*
(16) instrumentum, *la ed. Schf.;* insistentium, *Russ. al márgen.*
(17) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., las ed. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont. Char., y el C. Theod.:* et, *insertan Pac. Sp. Bk.*
(18) mobilium, *los mms. Pl. 1. Gt.*
(19) *El C. Theod.;* entheticis, *el ms. Bg.;* epothecis, *el ms. Pl. 1., según la segunda escritura;* apothecis, *los demás.*
(20) aut palatinis — missis, *omítelas el C. Theod.*
(21) *Los mms. Pl. 1. Bg., las ed. Schf. Nbg., y el C. Theod.:* publici, *el ms. Pl. 2., Hal. y los demás.*
(22) *Los mms. Pl. 1. Bg., y el C. Theod.:* singulatim, *los mms. Pl. 2. Gt.:* sigillatim, *las ed.*
(23) perferatur, *el C. Theod.*

Digitized by Google

dubio negligentia mulctanda. Nam si quid post factam a praedicto officio investigationem, rationalis rei privatae, cui inquisitio secunda mandata est, amplius fortassis invenerit, officium fraudulentum ea condemnatione ferietur, ut aliud tantum, buantum fuerat subtractum, ex propriis facultatibus inferat (1).

Dat. III. Non. Mai. Treviris, VALENTINIANO NB. P. et VICTORE Conss. (2) [369.]

8. *Imppp.* GRATIANUS, VALENTINIANUS *et* THEODOSIUS *AAA.* EUTROPIO *P. P.* — Si deportatus suos et emancipatos filios habuerit, pars, quae ex bonis eius liberis concessa est, ad eos tantum, qui in potestate erant (3), transferatur, si emancipati ea, quae consecuti erant emancipationis tempore, damno suo (4) existimant conferenda. Sin autem confusionem bonorum et donationis elegerint, ea omnia, quae fiscus liberis damnati (5) concedit, aequae divisionis partibus sortiantur. Quae regula etiam in dote filiae vel neptis ex filio deportati conferenda custodienda erit.

Dat. XV. Kal. Iul. Thessalonica, GRATIANO V. et THEODOSIO I. AA. Conss. (6) [380.]

9. *Impp.* ARCADIUS *et* HONORIUS *AA.* CAESARIO *P. P.*—Si quis posthac stilum, quod absit, proscriptionis exceperit, uxor (7) res proprias ex quocunque titulo sibi quaesitas, veluti manu iniecta, mox vindicet, aut certe quoquo modo (8) occupatas statim recipiat. Dos etiam, non quae aliquoties inaniter (9) dotalium instrumentorum tenore conscribitur, sed quam se corporaliter tradidisse docuerit, repraesentetur (10). Ea etiam, quae ab innoxio adhuc marito ante nuptias titulo donationis acceperit, vel durante matrimonio largitione viri ad eam ante proscriptionem pervenerint, apud eam firmiter permaneant (11).

§ 1.—Si quid etiam in emancipatos liberos ante tempus criminis ac reatus patrem contulisse claruerit, integrum iisdem (12) citra inquietudinem reservetur. Quod vero nec uxor nec emancipati liberi potuerint vindicare, captum a publicis personis ita (13) ad me (14) referri specialiter censeo, ut illud quoque addatur, utrum filios habeat, qui damnatus est, simulque adiiciatur, utrum iidem apud se ex causa donationis aliquid vindicaverint.

§ 2.—Sed in his, qui fiscalibus actibus nexi sunt, et pro ratiociniis proscribuntur et condemnantur, placuit, si quid proprium uxor habuerit vel a ma-

palatinos enviados con este objeto, para que sean agregadas á nuestro patrimonio. Mas después désenos detallada y nominalmente relación de todo en cartas públicas del juez, debiendo ser sin duda alguna castigada la negligencia. Porque si después de hecha por el susodicho oficio la investigación, encontrare acaso alguna cosa más el contador de los bienes privados, á quien se ha encomendado una segunda investigación, la oficina defraudadora será castigada con la condena de pagar de sus propios bienes otro tanto de cuanto se había substraído.

Dada en Tréveris á 3 de las Nonas de Mayo, bajo el consulado del noble joven VALENTINIANO y de VICTOR. [369.]

8. *Los Emperadores* GRACIANO, VALENTINIANO *y* TEODOSIO, *Augustos, á* EUTROPIO, *Prefecto del Pretorio.*—Si un deportado tuviere hijos suyos y emancipados, la parte, que de sus bienes se les concedió á sus descendientes, sea transferida solamente á los que estaban bajo su potestad, si los emancipados estiman que con perjuicio suyo habían de ser llevados á colación los que habían obtenido al tiempo de la emancipación. Mas si hubieren preferido la confusión de los bienes y de la donación, obtengan por partes de igual división todos los que el fisco concede á los hijos del condenado. Cuya regla se habrá de observar también respecto á la colación de la dote de la hija ó de la nieta nacida del hijo de un deportado.

Dada en Tesalónica á 15 de las Calendas de Julio, bajo el quinto consulado de GRACIANO y el primero de TEODOSIO, Augustos. [380.]

9. *Los Emperadores* ARCADIO *y* HONORIO, *Augustos, á* CESARIO, *Prefecto del Pretorio.*—Si alguien en lo sucesivo sufriere, lo que no suceda, sentencia de proscripción, reivindique su mujer, como por habérseles echado mano, los bienes propios por cualquier título adquiridos para ella, ó recobre ciertamente desde luego los que de algún modo fueron ocupados. Séale también pagada la dote, no la que á veces se consigna baldiamente en el contexto de los instrumentos dotales, sino la que hubiere probado que ella entregó realmente. Quede en firme en poder de ella también lo que antes de las nupcias hubiere recibido de su marido, todavía no culpable, á título de donación, ó lo que durante el matrimonio hubiere ido á poder de ella antes de la proscripción por liberalidad de su marido.

§ 1.—Además, si se esclareciere que el padre confirió antes del tiempo del crimen y de su condición de reo alguna cosa á sus hijos emancipados, resérveseles íntegra sin inquietud. Pero lo que ni la mujer ni los hijos emancipados hubieren podido reivindicar, mando que, ocupado por las personas públicas, sea puesto especialmente en mi conocimiento, de suerte que también se añada si tiene hijos el que fué condenado, é igualmente se agregue si éstos mismos hubieren reivindicado para sí alguna cosa por causa de donación.

§ 2.—Mas respecto á los que se obligaron por funciones fiscales, y son proscriptos y condenados por causa de las cuentas, plugo, que si la mujer

(1) inferatur, *los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf. Hal*
(2) *Hal. omite la indicación de la fecha.*
(3) sunt, *el C. Theod.*
(4) damno, *el ms. Pl. 1.*; damnose, *el C. Theod., con quien concuerda el ms. Pl. 2.*
(5) liberis damnati, *omítelas el C. Theod., como también después* deportati.
(6) *Hal. omite la indicación de la fecha.*
(7) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt.*; eius, *insertan las ed.*
(8) modo, *omitela la ed. Schf.*; a quoquo, *omitiendo* modo, *las ed. Nbg. Hal.*
(9) inaniter, *omítenla los mms. Pl. 1. Bg. Gt., y la ed. Nbg.*
(10) praesentetur, *el C. Theod.*
(11) maneant, *los mms. Bg. Gt., todos los mms. de Russ., y la ed. Nbg.*
(12) et, *inserta el C. Theod.*
(13) captum et incorporatum ita, *el C. Theod.*
(14) nos *y después* censemus, *el ms. Pl. 1., y Hal.*

Digitized by Google

rito datum ante initium actus, ex quo origo fraudis ac vitii in iudicium (1) deducta est, si quid dèinde in emancipatos filios donatione collatum est (2), antequam crimen oriatur, intemeratum apud accipientium iura persistere; nec quidquam fisco in qualibet causa teneatur obnoxium, nisi quod in dominio proprio, quum obligari ortus est (3), habuit (4), vel quod agens tam suo quam uxoris (5) vel filiorum vel cuiuscunque praeterea nomine comparavit (6). Exceptis duntaxat Caesarianis, id est (7) Catholicianis, qui ab omni iuris beneficio excluduntur, nisi probata a me (8) purgataque ratiocinia fuerint, ut, quod innoxie habuerint, transmittendi copiam habeant.

Dada en Novioduno á 3 de las Nonas de Julio, bajo el consulado del noble joven VALENTINIANO y de VÍCTOR. [369.]

5. *Los Emperadores* VALENTE, GRACIANO *y* VALENTINIANO, *Augustos, á* FORTUNACIANO, *Conde de los bienes privados.* — Se asevera que entre los papeles de un confiscado se encontró cierta nota, que contenía nombres de deudores ó de contratos. Mas como ni se probaba con testigos el dinero prestado, ni se demostraba con resguardos lo que en la nota se halló inserto, hemos considerado que era injusto que cualquiera constituyera un deudor por medio de anotación suya propia. Así, pues, queremos que con la presente disposición se reprima la calumnia nacida con semejante ocasión, de suerte que, rechazada la inutilidad de una nota, nadie sea apremiado á la restitución de las cosas cuyos nombres se hallaron escritos en ella. Lo que mandamos que debe observarse también en otros casos semejantes.

Dada en Hierápolis á 1 de las Nonas de Julio, bajo el cuarto consulado de GRACIANO, Augusto, y el de MEROBAUDE. [377.]

TIT. III

DE FIDE (14) ET IURE HASTAE FISCALIS ET DE ADIECTIONIBUS (15)

1. *Imp.* ANTONINUS (16) *A.* CURTIAE. — Quod in libellum contulisti, procuratori meo, ad cuius officium desiderium tuum pertinet, allega. Cui si probaveris, non auctore procuratore vel eo, cui (17) vendendi fuit facultas, neque habitis hastis (18), neque omni ordine peracto venditas res esse, et id, quod ex causa iudicati debes, exsolveris, rescissa venditione mala fide facta easdem res recipies cum fructibus, quos (19) ad emtorem mala fide pervenisse vel pervenire debere (20) constiterit.

PP. Non. Ian. ANTONINO A. IV. et BALBINO (21) Conss. [213.]

2. *Imp.* GORDIANUS *A.* HERACLEONI.—Duplex ratio desiderium tuum iuvat, et quod praetermissa hastarum solemnitate possessiones tuas ex officio distractas suggeris, et quod pretii vilitate ob exiguum debitum gratiosam emtionem in fraudem tuam utilitatemque (22) rationum mearum adver-

TÍTULO III

DE LA AUTENTICIDAD Y DEL DERECHO DE LA SUBASTA FISCAL Y DE LAS PUJAS

1. *El Emperador* ANTONINO, *Augusto, á* CURCIA. — Alega ante mi procurador, á cuyo ministerio compete tu pretensión, lo que consignaste en tu solicitud. Y si á él le probares que los bienes fueron vendidos no por mi procurador ó por quien tuvo facultad para venderlos, y sin haberse celebrado subasta, y no habiéndose llenado todas las formalidades, y hubieres pagado lo que debes por causa de lo juzgado, recobrarás, rescindida la venta hecha de mala fe, los mismos bienes con los frutos, que constare que fueron ó debían ir á poder del comprador de mala fe.

Publicada las Nonas de Enero, bajo el cuarto consulado de ANTONINO, Augusto, y el de BALBINO. [213.]

2. *El Emperador* GORDIANO, *Augusto, á* HERACLEON.— Dos razones favorecen tu pretensión, que indicas que tus posesiones fueron vendidas de oficio habiéndose prescindido de la solemnidad de la subasta, y que dices que por vil precio fingió el adversario, por causa de una deuda exigua, una com-

(1) *Hal. omite la indicación de la fecha.*
(2) *Cuyacio, Bk., y el C. Theod.;* Idem, *Hal. y los demás.*
(3) deportati, *el C. Theod.*
(4) contractorum, *el C. Theod.*
(5) *Los mms. Hfn. Gt., las ed. Schf. Hal., Cuyacio, Bk., y el C. Theod.;* probetur, *Russ. y los demás.*
(6) ea, *y después* brevi, *omítelas el C. Theod.*
(7) doceantur, *el C. Theod.;* ostenderentur, *Hal., Cuyacio, y Bk.*
(8) facile, *el C. Theod.*
(9) *Cuyacio, y el C. Theod.:* propria, *el ms. Hfn., y las demás ed.*
(10) *El ms. Hfn., Hal., Cuyacio, y el C. Theod.;* sibi, *insertan las demás ed.*
(11) huius, *el ms. Gt., y el C. Theod.*
(12) varietate, *var. l. gl.*
(13) et, *omítenla los mms. Hfn. Gt., y la ed. Schf.*
(14) instrumenti, *insertan el ms. Gt., y la ed. Schf.;* instrumentorum, *insertan los mms. Rg. 1. 2., Hal. Russ. Cont. 62., y M. Vacar.*

(15) addictionibus, *Hal. Russ. Cont. 62.;* actionibus, *(debiéndose leer acaso* auctionibus*), var. l. en Azo.*
(16) Alexander, *Hal. Russ. Cont. 62., contra los códices de Concio.*
(17) cuius, *el ms. Gt, y la ed. Schf.*
(18) *Unos* istis, *otros* actis, *según la glosa.*
(19) quod, *el ms. Hfn.*
(20) vel pervenire debere, *falta en el libro de Martino, según nota Azo.*
(21) II., *inserta Bk.; Hal. Russ. omiten la indicación de la fecha.*
(22) *Los mms. Hfn. Rg. 2., Russ. Cont. 62., y Cuyacio:* in utilitatemque, *las ed. Schf. Cont. 71. 76. Char. Pac. Sp.;* inutilitatemque, *un antiguo códice de Concio, el ms. Rg. 1., Cuyacio en el comentario, Cont. 66. Bk., y var. l. en Azo.:* contraque utilitatem, *Hal. La glosa dice así: repite* in, *ó si tienes* in *en el texto, traduce* in *por* contra.

Digitized by Google

sarium commentum fuisse dicis. Quapropter illicita ista redargue, tam indemnitati fisci consulturus, quam tuae securitati opem (1) laturus.

PP. V. Kal.... GORDIANO A. et AVIOLA Conss. (2) [239.]

3. *Idem A.* CRISPO. — Etsi instrumenta emtionis non exstent, quibuscunque tamen probationibus uxor tua ostenderit, ad se eam domum pertinere, quam a fisco eius nomine dicis comparatam, pretiumque ab ea exsolutum, et in eam dominium translatum (3), frustra fiscum ex persona matris eius referre quaestionem procurator meus non sinet.

PP. V. Kal. Novemb. GORDIANO A. (4) et AVIOLA Conss. (5) [239.]

4. *Impp.* DIOCLETIANUS *et* MAXIMIANUS *AA. et CC.* (6) MARCELLINAE. — Si tempora, quae in fiscalibus (7) hastis statuta sunt, patiuntur, quum etiam augmentum te facturam esse profitearis, adi rationalem nostrum, ut iustam (8) uberioris (9) pretii oblationem admittat (10).

PP. III. Id. Ian. Sirmii, ipsis IV. et III. (11) AA. Conss. (12) [290.]

5. *Imppp.* VALENTINIANUS, VALENS *et* GRATIANUS *AAA. ad* VIVENTIUM, *P. P. Galliarum* (13). — Quaecunque pro reliquis prodigorum in (14) annonario titulo ceterisque (15) fiscalibus debitis in quibuscunque corporibus sub auctione (16) licitanda sunt, fisco auctore vendantur, ut perpetuo penes eos sint iure dominii, quibus res huiuscemodi sub hastae solemnis arbitrio fiscus addixerit. Et si quidem (17) unquam, ut a fisco facta venditio possit infringi, auctoritate rescripti fuerit impetratum, nullus obtemperet, quum etiam minoribus, si quando aliquid ex rebus (18) eorum pro fiscalibus debitis adiudicatur (19) emtoribus, repetitionis facultas in omnem intercipiatur aetatem.

Dat. III. Non. Novemb. Treviris (20), VALENTINIANO NB. P. et VICTORE Conss. [369.]

6. *Iidem AAA. ad* FELICEM, *Comitem sacrarum largitionum* (21). — Si qui (22), proscribente ac distrahente fisco, debitorum (23) fiscalium emerint facultates, pro earum rerum tantum pretio (24) obnoxii

pra graciosa en fraude tuyo y contra la utilidad de mis cuentas. Por lo cual acusa estos actos ilícitos, tanto mirando por la indemnidad del fisco, como procurando por tu seguridad.

Publicada á 5 de las Calendas de ..... bajo el consulado de GORDIANO, Augusto, y de AVIOLA. [239.]

3. *El mismo Augusto á* CRISPO. — Aunque no existan los instrumentos de la compra, sin embargo, si con cualesquiera pruebas demostrare tu mujer que á ella le pertenece la casa que dices fué comprada en su nombre al fisco, que por ella fué pagado el precio, y que á ella fué transferido el dominio, mi procurador no dejará que en vano promueva el fisco cuestión por razón de la persona de la madre de aquella.

Publicada á 5 de las Calendas de Noviembre, bajo el consulado de GORDIANO, Augusto, y de AVIOLA. [239.]

4. *Los Emperadores* DIOCLECIANO *y* MAXIMIANO, *Augustos y Césares, á* MARCELINA. — Si lo consienten los plazos que se establecieron para las subastas fiscales, y confesando tú además que habías de ofrecer aumento, dirígete á nuestro contador, para que admita la justa oferta de mayor precio.

Publicada en Sirmio á 3 de los Idus de Enero, bajo el cuarto y el tercer consulado de los mismos Augustos. [290.]

5. *Los Emperadores* VALENTINIANO, VALENTE *y* GRACIANO, *Augustos, á* VIVENCIO, *Prefecto del Pretorio de las Galias.* — Cualesquiera bienes que se hayan de sacar á subasta en cualesquiera corporaciones por atrasos de especies á título de annonas y de las demás deudas fiscales, sean vendidos por el fisco, de suerte que queden perpétuamente por derecho de dominio en poder de aquellos á quienes el fisco hubiere adjudicado tales bienes con la formalidad de solemne subasta. Y si verdaderamente se hubiere impetrado alguna vez con la autoridad de un rescripto, que se pueda rescindir una venta hecha por el fisco, nadie lo obedezca, puesto que también á los menores se les quita para toda edad la facultad de la repetición, si alguna vez se les adjudica á los compradores por deudas al fisco alguno de los bienes de aquellos.

Dada en Tréveris á 3 de las Nonas de Noviembre, bajo el consulado del noble joven VALENTINIANO y de VÍCTOR. [369.]

6. *Los mismos Augustos á* FÉLIX, *Conde de las sacras liberalidades.* — Si poniéndolos en venta y enajenándolos el fisco algunos hubieren comprado bienes de los deudores fiscales, estén obligados so-

(1) *Cuyacio:* operam, *el ms. Hfn., y las demás ed.*
(2) *Hal. Russ. omiten la indicación de la fecha.*
(3) et in eam dominium translatum, *faltan en el libro de Martino, según observa Azo, y en el ms. Hfn.*
(4) *Bk.:* V., *insertan Cuyacio, y Cont. 76. Sp.*
(5) *Esta indicación de la fecha, aunque restablecida por Cuyacio, falta en Cont. 66. 71. Char. Pac.*
(6) et CC., *omitelas Bk., atendiendo á la indicación de la fecha. Vease la nota 11.*
(7) *Los antiguos libros de Cuyacio y de Concio:* actionibus vel, *insertan el ms. Gt., y las ed. Schf. Hal.;* vel actionibus, *inserta el ms. Hfn.;* auctionibus vel, *insertan Russ. y los demás. La glosa dice así: en una partes se lee* hastis, *en otras* actionibus *en algunas ediciones* auctionibus), *y en otras una y otra palabra.*
(8) ut iuxta ius, *Russ. al márgen.*
(9) ut iuxtam debitoris, *el ms. Hfn.*
(10) pertinet, *añade la ed. Schf., en la que poco antes se lee* ad *en lugar de* adi.
(11) *Parece que se debería escribir* ipsis V. et IV., *de suerte que correspondiera al año 293., conforme con la inscripción.*
(12) *Hal. Russ. Cont. 62. 66. 71. Char. Pac. omiten la indicación de la fecha.*
(13) Valens, Gratianus et Valentinianus ad Clearchum, *Hal.*
(14) et, *la ed. Schf.*
(15) ceterisve, *el C. Theod.*
(16) subhastacione, *la ed. Schf.;* sub actione, *el ms. Hfn.*
(17) *Las ed. Schf. Hal. Russ., Cuyacio, y Bk.;* si quid, *el ms. Hfn., Cont. y los demás, y el C. Theod.*
(18) ex rebus, *omitenlas los fragmentos Vat.*
(19) addicatur, *Hal., y Cuyacio, contra el C. Theod.*
(20) III. Id. Mar. Ravennae, *Cuyacio según libros antiguos, pero Russ. y otros (porque en Hal. falta la indicación de la fecha), prefirieron atenerse al C. Theod.;* IIII. id. nov. Trev. acc., *los fragmentos Vat.*
(21) *La dignidad falta en Hal.*
(22) quis, *y después* emerit, *el ms. Hfn., y las ed. Schf. Hal*
(23) debitorem, *Sp. por errata.*
(24) pretiis, *el C. Theod.*

Digitized by Google

sint, quas eos patuerit (1) decursis hastis et proscriptione habita comparasse. Nam ita eos munimus, ut nullius conventionis reliquorum fiscalium nomine patiamur extrinsecus subire iacturam (2).

Dat. IV. Id. Novemb. Marcianopoli, VALENTINIANO NB. P. et VICTORE Conss. (3) [369.]

Epitome graecae const. ex Bas.

7. *Imp.* ZENO DOMINICO. — Si alicuius proscripti bona venduntur, licet comiti rerum privatarum Imperatoris, et scholae palatinorum, et advocato fisci emere aliquas res ex eo patrimonio, nemine hunc contractum calumniante.

PP. III. Kal. August. post consulatum [BASILISCI II. (4) et] ARMATI (5). [477.]

TIT. IV

DE VENDITIONE RERUM FISCALIUM CUM PRIVATIS COMMUNIUM

1. *Imp.* ALEXANDER *A.* EPICTETO (6). — Forma est, quoties ad fiscum vel minima portio rei pertinet (7), ut (8) universa a procuratoribus meis distrahatur (9), sed pretium partis tantum in fiscum redigatur, reliquum (10) dominis partium restituatur (11). Emtorem igitur praediorum, de quibus libellum dedisti, apud suum iudicem veni, usurum defensionibus, si quae sibi competunt.

PP. VII. Kal. Octob. FUSCO (12) et DEXTRO Conss. (13) [225.]

TIT. V

NE FISCUS REM, QUAM VENDIDIT, EVINCAT (14)

1. *Pars epistolae Imp.* ALEXANDRI *A. ad Rationales* (15).—Gravissimum (16) verecundia mea duxit, ut, cuius rei pretium, quum bona fide esset addicta (17), semel fiscus acceperit, eius controversiam referat. Non solum ergo (18) emtorem ab eadem statione, sed ne ab alia quidem quaestionem pati debere aequum est, quum etiam in his venditionibus, emtore non inquietato, officia inter se possint experiri.

lamente al precio de aquellos bienes, que fuere patente que compraron ellos celebradas las subastas y verificada la confiscación. Porque de este modo los amparamos, de suerte que no consentimos que además sufran el perjuicio de ninguna demanda á título de residuos fiscales.

Dada en Marcianópolis á 4 de los Idus de Noviembre, bajo el consulado del noble joven VALENTINIANO y de VÍCTOR. [369.]

Epitome de la constitución griega, tomado de las Basílicas

7. *El Emperador* ZENON *á* DOMINICO.—Si se venden los bienes de algún proscripto, sea lícito al conde de los bienes privados del Emperador, y á la corporación de los palatinos, y al abogado del fisco comprar algunos bienes de este patrimonio, sin que nadie calumnie este contrato.

Publicada á 3 de las Calendas de Agosto, después del segundo consulado de [BASILISCO y del de] ARMATO. [477.]

TÍTULO IV

DE LA VENTA DE BIENES FISCALES COMUNES CON PARTICULARES

1. *El Emperador* ALEJANDRO, *Augusto, á* EPICTETO. — Hay la regla de que cuando al fisco le pertenece aunque sea una mínima porción de una cosa, sea toda ella enajenada por mis procuradores, pero se aplique al fisco solamente el precio de su parte, y lo restante sea restituído á los dueños de las partes. Así, pues, demanda ante su propio juez al comprador de los predios, respecto á los que presentaste instancia, á fin de que use de sus medios de defensa, si algunos le competen.

Publicada á 7 de las Calendas de Octubre, bajo el consulado de FUSCO y de DEXTRO. [225.]

TÍTULO V

DE QUE EL FISCO NO HAGA EVICCIÓN DE LA COSA QUE VENDIÓ

1. *Parte de la epistola del Emperador* ALEJANDRO, *Augusto, dirigida á los Contadores.* — Consideró gravísimo mi pudor, que una vez que el fisco hubiere recibido el precio de una cosa, cuando ésta hubiere sido adjudicada de buena fe, promoviese controversia sobre ella. Así, pues, es justo que el comprador no deba soportar cuestión promovida no solamente por la misma oficina fiscal, pero ciertamente ni por otra cualquiera, puesto que también tratándose de estas ventas pueden ejercitar entre sí sus acciones las oficinas, sin haber inquietado al comprador.

---

(1) putaverit, *el ms. Hfn.*
(2) sublicere iacturae, *la ed. Schf.*; ut nullius conventioni patiamur extrinsecus subiacere, *el C. Theod., y* conventioni *se lee también en el ms. Hfn.*
(3) *Así Cuyacio y Bk.*: Dat. VII. Id. Mart. Marcianop. Valentiniano et Valente AA. Conss. (365.), *el C. Theod., Russ. y los demás.*
(4) *Esta mención de Basilisco parece sospechosa. Véase la nota correspondiente de la ley 9. C. VIII. 4.*
(5) Armasii, *Cont. 62.; los nombres de los cónsules se omiten en Cuyacio, Cont. 66. y los demás, excepto Bk.*
(6) *Cuyacio, Cont. 66. y después los demás;* Eupleo, *Hal. Russ. Cont. 62.*
(7) pertineat, *los mms. Hfn. Gt., y la ed. Schf.*
(8) *En algunos libros falta* ut, *según dice la glosa.*
(9) *Russ. Cont. Char. Pac. Sp.;* distrahantur, *el ms. Hfn., las ed. Schf. Hal. Russ., Cuyacio, y Bk.*
(10) pretium, *inserta la ed. Schf. en que después falta* partium.
(11) *La ed. Schf., en la que la constitución empieza con la palabra* quoties, *y se añaden aquí las palabras* forma est. *Y así parece que leyó Azo.*
(12) II., *inserta Bk.*
(13) *Hal. Russ. omiten la indicación de la fecha.*
(14) Si fiscus rem quam vendiderat repetat, *M. Vacar.;* vendicet *por* evincat, *el ms. Hfn.*
(15) *Así el cód. Hafn. y Cuyacio, salvo que este dice* Rationalem; *en Hal. y Russ. se lee antes de la rúbrica del título* Pars, epistolae, *y después de la rúbrica* Imp. Alex. A. ad Hermiam; *Conclo y los demás borran en el texto las palabras* Pars epistolae *y ponen solamente* Imp. Al. A. ad Herm.
(16) Pravissimum, *el ms. Hfn.*
(17) pretium bona fide cum est addicta, *el ms. Hfn.*
(18) erga, *la ed. Schf.*

Digitized by Google

Dat. XV. Kal. Mai. MODESTO et PROBO Conss. (1) [228.]

2. *Imp.* MARCIANUS *A.* (2) PALLADIO *P. P. Orientis* (3). — Retractare fiscum, quod semel vendidit, aequitatis honestatisque ratio non patitur.

Dat. V. (4) Kal. Ian. Constantinop. MARCIANO A. et ADELPHIO Conss. (5) [451.]

TIT. VI

DE HIS (6), QUI EX PUBLICIS RATIONIBUS MUTUAM PECUNIAM ACCEPERUNT

1. *Impp.* VALENTINIANUS *et* VALENS *AA.* (7) *ad* PROBUM *P. P.*—Si quis ab exactoribus (8), tabulariis (9), arcariis, officiisve (10) rationum foenebrem pecuniam sumserit, detectus in eodem ad quadrupli poenam ex hac auctoritate teneatur.

Dat. IV. Id. Mart. Treviris, VALENTINIANO et VALENTE AA. (11) Conss. [368.]

2. *Imppp.* GRATIANUS, VALENTINIANUS *et* THEODOSIUS *AAA.* PALLADIO, *Comiti sacr. larg.* (12).— Sciant omnes, accipiendi (13) mutuo ex largitionibus sacris auri non patere cuiquam facultatem. Quodsi quis aurum ex nostro aerario privatis commodis profuturum occulte, aut cautionis aut sponsionis fide ut debitor redditurus (14), sine nostra auctoritate (15) acceperit, ablatis bonis omnibus perpetuae deportationis subdetur exsilio. Is etiam, qui ex memoratis thesauris sub specie publici creditoris aurum cuiquam commodaverit ac (16) dederit, capitali sententiae (17) subiugetur.

Dat. (18) XII. Kal. Aug. Heracleae, EUCHERIO et SYAGRIO Conss. (19) [381.]

TIT. VII

POENIS FISCALIBUS CREDITORES PRAEFERRI

1. *Imp.* ALEXANDER (20) *A.* MARCELLO. — Rem suam persequentibus poenae exactio postponitur. Sicut itaque in sortis quantitate fisci persecutio potior est, ita in (21) triplo, quod poenae nomine adiectum est, propria forma servanda (22) est.

Dada á 15 de las Calendas de Mayo, bajo el consulado de MODESTO y de PROBO. [228.]

2. *El Emperador* MARCIANO, *Augusto, á* PALADIO, *Prefecto del Pretorio de Oriente.* — Una razón de equidad y de honradez no consiente que el fisco revoque lo que una vez vendió.

Dada en Constantinopla á 5 de las Calendas de Enero, bajo el consulado de MARCIANO, Augusto, y de ADELFIO. [451.]

TÍTULO VI

DE LOS QUE DE FONDOS PÚBLICOS RECIBIERON DINERO EN MÚTUO

1. *Los Emperadores* VALENTINIANO *y* VALENTE, *Augustos, á* PROBO, *Prefecto del Pretorio.* — Si alguno hubiere tomado dinero prestado á interés de los cobradores, contadores, cajeros ú oficiales de cuentas, esté obligado en virtud de esta disposición á la pena del cuádruplo, habiendo sido descubierto en tal hecho.

Dada en Tréveris á 4 de los Idus de Marzo, bajo el consulado de VALENTINIANO y de VALENTE, Augustos. [368.]

2. *Los Emperadores* GRACIANO, VALENTINIANO *y* TEODOSIO, *Augustos, á* PALADIO, *Conde de las sacras liberalidades.* — Sepan todos, que nadie tiene expedita facultad para recibir en mútuo dinero procedente de las sacras liberalidades. Pero si alguien hubiere recibido sin nuestra autorización dinero de nuestro erario para aprovecharse ocultamente de él en negocios privados, ó para devolverlo como deudor bajo la fe de una caución ó de una promesa, será condenado al destierro de perpétua deportación, habiéndosele quitado todos los bienes. Y también será sometido á pena capital el que hubiere prestado ó dado á alguien dinero de los mencionados tesoros, con el caracter de acreedor público.

Dada en Heraclea á 12 de las Calendas de Agosto, bajo el consulado de EUQUERIO y de SIAGRIO. [381.]

TÍTULO VII

DE QUE LOS ACREEDORES SEAN PREFERIDOS Á LAS PENAS FISCALES

1. *El Emperador* ALEJANDRO, *Augusto, á* MARCELO. — La exacción de una pena se pospene á los que persiguen una cosa suya. Y así como la persecución del fisco es preferente respecto á la cantidad del capital, así también se ha de observar el orden propio respecto al triplo que se agregó á título de pena.

---

(1) *Hal. Russ. omiten la indicación de la fecha.*
(2) *Cuyacio;* Impp. Valentin. et Martian. AA., *Bk.;* Impp. Hon. et Theod. AA., *Hal. y los demás.*
(3) Orientis, *omitenla Hal. Russ.*
(4) *Cuyacio;* V., *omitenla los demás.*
(5) *Hal. Russ. omiten la indicación de la fecha.*
(6) iis, *y despues* acceperint, *Cuyacio.*
(7) Valent., Val. et Gratianus AAA., *Hal. Russ. Cont. 62., contra el C. Theod.*
(8) actoribus, *Hal.; pero* αποκριτῶν, *las Bas.*
(9) *Hal., Cuyacio, Bk., y el C. Theod.;* et, *insertan el ms. Hfn., y las ed. Schf. Russ. y las demás.*
(10) *Los mms. Hfn. Gt., todos los mms. de Russ., la ed. Schf., Cuyacio, Bk., y el C. Theod.;* officiisque, *Hal. y los demás.*
(11) *Cuyacio, Bk., y el C. Theod.;* AA., *omitenla Cont. y los demás; Hal. omite la indicación de la fecha.*
(12) *Cuyacio, Bk , y el C. Theod.;* Palladio P. P., *Hal. y los demás.*
(13) neque dandi neque accipiendi, *el C. Theod., en el cual luego falta* non.
(14) redibiturus, *la ed. Schf.*
(15) sine nostra auctoritate, *omitelas el C. Theod.*
(16) *El ms. Hfn., la ed. Schf., Cuyacio, y el C. Theod.;* aut, *Hal. y los demás.*
(17) capitali sententia, *el ms. Hfn., y el C. Theod.*
(18) *Acaso se deba suplir esta indicación de la fecha tomándola de la ley 8. C. IV. 61.*
(19) *Hal. omite la indicación de la fecha.*
(20) Antoninus, *Hal. Russ. Cont. 62.*
(21) ita ut in, *el ms. Hfn.*
(22) ferenda, *los mms. Hfn. Pl. 1. Gt., y los antiguos de Cuyacio;* tenenda, *la ed. Schf.*

Digitized by Google

PP. Kal. Iul. IULIANO (1) et CRISPINO Conss. (2) [224.]

TIT. VIII

DE FISCALIBUS USURIS

1. *Imp.* ANTONINUS *A.* ANTIOCHO (3).— Eius summae, quam tibi poenae nomine inflictam probaturus es, usurae non exigentur; nec enim mulctam tibi procurator meus (4) irrogavit ultra quam placitum est, sed poenam te iussit inferre.

PP. XV. Kal. Decemb. SABINO (5) et ANULINO (6) Conss. [216.]

2. *Imp.* ALEXANDER *A.* VICTORINO. — Si sub pignore creditum fuit, etiam fiscum, qui successit in locum debitoris, usuras praestare oportet, si eas dependi saltem pacto placuit.

PP. III. Non. Septemb. IULIANO et CRISPINO Conss. (7) [224.]

3. *Imp.* IUSTINIANUS *A.* MENNAE *P. P.*— Fiscum etiam nostrum parere sanctioni nostri numinis (8) iubemus, per quam usque ad dimidiam centesimae usuras stipulari creditoribus, exceptis certis personis, permisimus (9), ut ipse etiam fiscus ultra (10) dimidiam centesimae partem a debitoribus suis minime exigat, sive principaliter ei promiserunt, sive a prioribus suis creditoribus actiones ad eum quocunque modo devolutae sunt.

Dat. VIII. Id. April. Constantinop. DECIO V. C. Cons. (11) [529.]

TIT. IX

DE SENTENTIIS ADVERSUS (12) FISCUM LATIS RETRACTANDIS

1. *Imp.* ANTONINUS (13) *A.* ARISTAEO (14).— Causas, in quibus contra fiscum iudicatum est, intra triennium retractari posse, et post id tempus, si praevaricatio arguatur vel manifesta fraus probetur, notum est.

Dat. (15) Non. Iul. duobus (16) ASPRIS Conss. (17) [212.]

TIT. X

DE BONIS VACANTIBUS ET DE INCORPORATIONE

1. *Impp.* DIOCLETIANUS *et* MAXIMIANUS *AA. et CC.* SIRIONI, *Rationali* (18). — Scire debet gravitas tua, intestatorum res, qui sine legitimo herede decesserint, fisci nostri rationibus vindicandas, nec civitates audiendas, quae sibi earum vindicandarum ius veluti ex permissu vindicare nituntur; et

Publicada las Calendas de Julio, bajo el consulado de JULIÁN y de CRISPÍN. [224.]

TÍTULO VIII

DE LOS INTERESES FISCALES

1. *El Emperador* ANTONINO, *Augusto, á* ANTIOCO. — No se exigirán intereses de la suma que hayas de probar que se te impuso á título de pena; porque mi procurador no te impuso una multa superior á lo que está establecido, sino que mandó que pagases una pena.

Publicada á 15 de las Calendas de Diciembre, bajo el consulado de SABINO y de ANULINO. [216.]

2. *El Emperador* ALEJANDRO, *Augusto, á* VICTORINO. — Si se prestó mediante prenda, también el fisco, que sucedió en el lugar del deudor, debe pagar los intereses, si se convino en el pacto que á lo menos se pagasen aquellos.

Publicada á 3 de las Nonas de Septiembre, bajo el consulado de JULIÁN y de CRISPÍN. [224.]

3. *El Emperador* JUSTINIANO, *Augusto, á* MENNA, *Prefecto del Pretorio.* — Mandamos que también nuestro fisco obedezca á la disposición de nuestro número, por la cual permitimos á los acreedores, exceptuadas ciertas personas, que estipulasen intereses hasta del medio por ciento mensual, de suerte que tampoco el fisco exija en manera alguna de sus deudores más del medio por ciento mensual, ya si como á acreedor principal se los prometieron, ya si de algún modo le fueron cedidas las acciones por sus anteriores acreedores.

Dada en Constantinopla á 8 de los Idus de Abril, bajo el consulado de DECIO, varón esclarecido. [529.]

TÍTULO IX

DE LA REVOCACIÓN DE LAS SENTENCIAS DADAS CONTRA EL FISCO

1. *El Emperador* ANTONINO, *Augusto, á* ARISTEO. — Es sabido que las causas en que se falló contra el fisco pueden ser revocadas dentro de un trienio, y aun después de este término, si se alegara prevaricación, ó se probase fraude manifiesto.

Dada las Nonas de Julio, bajo el consulado de los dos ASPROS. [212.]

TÍTULO X

DE LOS BIENES VACANTES Y DE SU INCORPORACIÓN

1. *Los Emperadores* DIOCLECIANO *y* MAXIMIANO, *Augustos y Césares, á* SIRION, *Contador.* — Debe saber tu gravedad, que los bienes de los intestados, que hubieren fallecido sin legítimo heredero, han de ser reivindicados para las cuentas de nuestro fisco, y que no deben ser oidas las ciudades, que se em-

(1) II., *inserta Bk.*
(2) *Cuyacio, Cont. 76., Sp., y Bk.; los demás omiten la indicación de la fecha.*
(3) Antigono, *Hal. Russ. Cont. 62.*
(4) noster, *la ed. Schf.*
(5) II., *inserta Bk.*
(6) Anullino, *Cuyacio; Hal. Russ. omiten la indicación de la fecha.*
(7) *Hal. Russ. omiten la indicación de la fecha.*
(8) nominis, *Azo.*
(9) permisit, *var. l. en Azo.*
(10) ultra, *omítela el ms. Gt.*
(11) *Hal. Russ. omiten la indicación de la fecha.*
(12) contra, *el ms. Gt., y Hal.*
(13) Alexander, *Hal. Russ. Cont. 62., contra los códices de Concio.*
(14) *Cuyacio:* Aristeo, *los códices de Concio;* Acutiano, *Hal. y los demás.*
(15) *Cuyacio;* PP., *Cont. y los demás.*
(16) et, *insertan Char. Pac Sp.*
(17) *Hal. Russ. omiten la indicación de la fecha.*
(18) *Cuyacio, y Cont. 76.;* ad Eucharium, *Hal. y los demás.*

Digitized by Google

deinceps quaecunque intestatorum bona a (1) civitatibus obtentu privilegiorum suorum occupata esse compereris, ad officium (2) nostrum eadem revocare non dubites.

Dat. prid. Id. April. ANNIBALIANO et ASCLEPIODOTO Conss. (3) [292.]

2. *Imp.* CONSTANTINUS *A. ad* AEMILIUM, *V. P. Rationalem* (4).— Si quando adnotationes nostrae contineant, possessionem sive domum, quam donaverimus, «integro statu» donatam, hoc verbo ea vis continebitur, quam ante scribebamus (5): cum adiacentibus et mancipiis et pecoribus et fructibus et omni iure suo; ut ea, quae ad instructum possessionis vel domus pertinent, tradenda sint.

Dat. VI. Id. Mart. Mediolani, CONSTANTINO A. III. et LICINIO (6) Conss. [313.]

3. *Imppp.* VALENTINIANUS, VALENS *et* GRATIANUS (7) *AAA. ad* FLORIANUM (8), *Comitem R. P.* (9). —Si quando aut alicuius publicatione aut ratione iuris aliquid rei nostrae addendum est, rite atque solemniter per comitem rerum privatarum, deinde per rationales (10) in singulis quibusque (11) provinciis commorantes incorporatio impleatur (12), et diligens stilus sigillatim omnia adscribat (13). Tituli vero, quorum adiectione praedia nostris sunt consecranda substantiis (14), non nisi publica testificatione proponantur (15); gravissimis statim subdendis suppliciis, qui huiusmodi aliquid propria usurpatione tentaverint.

Dat. IV. Kal. April. VALENTINIANO NB. P. et VICTORE Conss. (16) [369.]

4. *Impp.* HONORIUS *et* THEODOSIUS *AA.* (17) PALLADIO *P. P.* — Vacantia (18) mortuorum bona tunc ad fiscum iubemus (19) transferri, si nullum ex qualibet sanguinis linea vel iuris titulo legitimum reliquerit intestatus heredem.

Dat. VIII. Id. Iul. Ravennae, EUSTATHIO (20) et AGRICOLA Conss. (21) [421.]

5. *Impp.* THEODOSIUS *et* VALENTINIANUS *AA.* HERMOCRATI (22), *Comiti R. P.* — Si vacantia vel alio modo (23) bona delata legibus ad aerarium perhibeantur, certi palatini electi et iureiurando obstricti mittantur, ut eorum instantia praeses provinciae, praesente fisci patrono, diligenter inquirat, cuius vacans cadensque (24) fuerit patrimonium,

peñan en reivindicar, como por virtud de permiso, el derecho de reivindicarlos para sí; y en lo sucesivo no dudes en reclamar para nuestro oficio cualesquiera bienes de intestados que vieres fueron ocupados por las ciudades, so pretexto de privilegios suyos.

Dada á 1 de los Idus de Abril, bajo el consulado de ANNIBALIANO y de ASCLEPIODOTO. [292.]

2. *El Emperador* CONSTANTINO, *Augusto, á* EMILIO, *varón perfectísimo, Contador.* — Si alguna vez contuvieran nuestras anotaciones que la posesión ó la casa, que hubiéremos donado, fué donada «en su estado íntegro», con estas palabras se comprenderá el alcance que antes escribiamos: con sus adyacentes, y con los esclavos, y los ganados, y los frutos y todo su derecho; de suerte que se haya de entregar lo que pertenece á la provisión de la posesión ó de la casa.

Dada en Milán á 6 de los Idus de Marzo, bajo el tercer consulado de CONSTANTINO, Augusto, y el de LICINIO. [313.]

3. *Los Emperadores* VALENTINIANO, VALENTE *y* GRACIANO, *Augustos, á* FLORIAN, *Conde de los bienes privados.* — Cuando ó por la confiscación de alguna cosa ó por razón de derecho se ha de agregar algo á nuestros bienes, hágase la incorporación ritual y solemnemente por el conde de los bienes privados, y luego por los contadores en cada una de las provincias, y escríbalo todo detalladamente una pluma diligente. Mas no se pongan sino con testimonio público los rótulos con cuya adición han de ser consagrados á nuestros propios bienes los predios; debiendo ser sometidos desde luego á gravísimos suplicios los que hubieren intentado apoderarse por propia usurpación de alguna de estas cosas.

Dada á 4 de las Calendas de Abril, bajo el consulado del noble joven VALENTINIANO y de VÍCTOR. [369.]

4. *Los Emperadores* HONORIO *y* TEODOSIO, *Augustos, á* PALADIO, *Prefecto del Pretorio.* — Mandamos que sean transferidos al fisco los bienes vacantes de los fallecidos, siempre y cuando el intestado no hubiere dejado ningún heredero legítimo procedente de cualquier línea de la sangre ó de la ley.

Dada en Rávena á 8 de los Idus de Julio, bajo el consulado de EUSTACIO y de AGRÍCOLA. [421.]

5. *Los Emperadores* TEODOSIO *y* VALENTINIANO, *Augustos, á* HERMÓCRATES, *Conde de los bienes privados.* — Si se designaran bienes vacantes ó de otro modo deferidos por las leyes al erario, envíense ciertos palatinos elegidos y obligados con juramento, para que á instancia de los mismos inquiera diligentemente el presidente de la provincia, hallán-

(1) *La ed. Schf.*; a, *omitenla Hal. y los demás.*
(2) ad fiscum, *algunos codices de Cuyacio y otros antiguos de Concio.*
(3) *Hal. Russ. omiten la indicación de la fecha.*
(4) *Russ. Cont. Char. Pac., y el C. Theod.*; *Cuyacio substituye* R. P., *en lugar de* V. P., *y después de* Rationalem *añade* rei privatae; *Sp. Bk. consecran ambas abreviaturas y escriben:* ad Aem. V. P. Ration. rei priv.; ad Albinum P. U. Romae, *Hal.*
(5) conscribebamus, *Hal., y Cuyacio.*
(6) III., *añade Bk. según los fastos.*
(7) Grat., Valent. et Theod., *Hal.*
(8) *Hal., y el C. Theod. ed. Haenel.*; Florentinum, *Bk.*; Florentium, *Russ. y los demás.*
(9) Praef. Augustalem, *Hal.*
(10) dein rationales, *el C. Theod.*
(11) quibuscunque, *Hal., y Cuyacio.*
(12) compleatur, *el C. Theod.*
(13) scribat, *Hal., y Cuyacio*; ascribat, *la ed. Schf.*
(14) nominibus, *el C. Theod., y después* ponantur, *lo que también se halla en el ms. Hfn.*
(15) illis, *inserta la ed. Schf.*
(16) *Hal omite la indicación de la fecha.*
(17) *Hal., y Cuyacio*; et Constantius A., *insertan según el C. Theod. Russ. y los demás.*
(18) Caduca, *el C. Theod.*
(19) ad competitores iubemus ex nostra lege, *el C. Theod.*
(20) Eustachio, *Russ., y Cuyacio.*
(21) *Hal. omite la indicación de la fecha.*
(22) *Cuyacio, y el C. Theod. ed. Haenel.*; Hermostrato, *Hal.*; Hieritocrati, *Russ. Cont. 62. 66. 71. Char. Bk., y el C. Theod. ed. Godofr.*; Herritocrati, *Cont. 76.*; Hierocrati, *Pac. Sp.*
(23) vacantia vel caduca bona, *el C. Theod.*; aliquo modo, *la ed. Schf.*
(24) caducumque, *el C. Theod.*

Digitized by Google

quantumque vel quale videatur. Et (1) quum, data reclamandi copia, nullum id (2) iure possidere vel vindicare constiterit (3), locumque aerario factum esse tam ipsius relatione quam publicorum monumentorum fide constiterit, rerum nobis notitia intimetur, ut iussu nostro vacantia vel aliae res (4) nomine occupentur aerarii. Quae forma etiam in parte bonorum, vel in una alterave re, seu actione una vel etiam pluribus servetur. Nam si quid per fraudem in dispendium aerarii fuerit admissum, missi quidem exsecutores non evitabunt (5) indignationem, praeses autem facultatum parte dimidia mulctabitur, fisci vero patronus detrimentum, quod (6) vitio eius fisco ingeritur, resarcire urgebitur.

Dat. VII. Id. Octob. Constantinop. Dn. (7) Theodosio A. XV. et qui fuerit nuntiatus (8) Conss. [435.]

dose presente el patrono del fisco, de quién haya sido el patrimonio vacante y caduco, y de qué cantidad ó calidad parezca ser. Y cuando, habiéndose dado facultad para reclamar, constare que nadie lo posee ó lo reivindica con derecho, y constare que se hizo lugar para el erario, así por relación del mismo como por testimonio de documentos públicos, désenos noticia de los bienes, para que por mandato nuestro sean ocupados á nombre del erario los bienes vacantes ó de otra condición. Cuya disposición se observe también tratándose de parte de bienes, ó de una ó dos cosas, ó de una sola acción, ó aun de muchas. Pero si mediante fraude se hubiere hecho algo en perjuicio del erario, ciertamente que no evitarán la indignación los ejecutores enviados, y el presidente será multado en la mitad de sus bienes, y el patrono del fisco será apremiado á resarcir el quebranto, que por su culpa se le causa al fisco.

Dada en Constantinopla á 7 de los Idus de Octubre, bajo el décimo quinto consulado del señor Teodosio, Augusto, y del que fuere designado. [435.]

TIT. XI

DE DELATORIBUS

1. *Imp.* Alexander *A.* Basso (9). — Si ei, qui capere potest (10), tacitum fideicommissum relictum est, cessat delatio. His enim prohibetur tacite relinqui (11), qui palam relictum capere non possunt.

PP. XIII. Kal. Mai. Maximo II. et Aeliano Conss. (12) [223.]

2. *Imp.* Gordianus *A.* Eutychemo (13). — Monente officii sollicitudine, quin immo (14) iussu procuratoris, ut causam ab alio delatam convenienti diligentia instrueres (15), non ipsum voluntarium delatoris (16) munus suscepisse te, actorum lectio, quae precibus intexta sunt, manifeste declarat. Eapropter ne quid in persona tua (17) quod est sectae temporum meorum alienum, attentetur, praeses provinciae vir clarissimus ad sollicitudinem suam revocavit.

PP. VIII. Id. Septemb. Pio et Pontiano Conss. [238.]

3. *Idem A.* Caecilio (18).—Nulla macula vel crimine delatoris adspergitur is, qui, quum ab officialibus fundum seu domum fisci possidere contenderetur, non se, sed alium eius rei possessorem esse monstraverit (19).

PP. prid. Kal. Iul. Gordiano A. II. et Pompeiano (20) Conss. [241.]

4. *Imppp.* Carus, Carinus *et* Numerianus

TÍTULO XI

DE LOS DELATORES

1. *El Emperador* Alejandro, *Augusto, á* Basso. — Deja de tener lugar la delación, si al que puede adquirir se le dejó un fideicomiso tácito. Porque se prohibe que se les deje tácitamente á los que no pueden adquirir públicamente lo dejado.

Publicada á 13 de las Calendas de Mayo, bajo el segundo consulado de Máximo y el de Eliano. [223.]

2. *El Emperador* Gordiano, *Augusto, á* Eutiquemo. — La lectura de las actuaciones, que se insertaron en tus súplicas, declara manifestamente que no tomaste tú mismo el cargo voluntario de delator, previniéndote la solicitud de tu oficio, y aun más, el mandato del procurador, que instruyeras con la conveniente diligencia la causa delatada por otro. Por esta razón pondrá á su cuidado el muy esclarecido varón, presidente de la provincia, que no se atente nada contra tu persona, cosa que es ajena á las prácticas de mis tiempos.

Publicada á 8 de los Idus de Septiembre, bajo el consulado de Pío y de Ponciano. [238.]

3. *El mismo Augusto á* Cecilio. — No se mancilla con ninguna tacha ó crimen de delator el que, cuando se sostuviese por los oficiales que posee un fundo ó una casa del fisco, hubiere demostrado que no es él, sino otro el poseedor de aquella cosa.

Publicada á 1 de las Calendas de Julio, bajo el segundo consulado de Gordiano, Augusto, y el de Pompeyano. [241.]

4. *Los Emperadores* Caro, Carino *y* Numeriano,

(1) *El ms. Gt., y el C. Theod.*: ut, *suprimiendo el punto final después de* videatur, *las ed. del Cód., que concuerdan con el ms. Hfn.*
(2) *Las ed. Schf., Hal., Cuyacio, Bk., y el C. Theod.*: vel, *insertan Russ. y los demás, contra todos los mms. de Russardo; tanto* id *como* vel *faltan en el ms. Hfn.*
(3) constiterit, *omitenla Hal., Cuyacio, y Bk., contra el C. Theod.*
(4) vacantia vel caduca, *el C. Theod.*
(5) devitent, *el ms. Hfn.*
(6) *Los mms. Hfn. Gt., la ed. Schf., Russ. al márgen, y el C. Theod.*; pro, *insertan Hal. y los demás.*
(7) Dn., *omitela Cuyacio.*
(8) Theod. XV. et Valentiniano IV. AA., *Cuyacio, contra el C. Theod., pero concordando con la ley 6. C. I. 5.*
(9) Haterio, *Hal. Russ.*; Blasso, *el ms. Pl. 1.*
(10) poterat, *el ms. Pl. 1.*
(11) relinquere, *los mms. Pl. 1. Gt. Hfn.*
(12) *Hal. Russ. omiten la indicación de la fecha.*
(13) Nicontio, *Hal. Russ.*; Eutichemo, *Cuyacio.*
(14) omnino, *Acc.*
(15) instruens, *el ms. Hfn., y la ed. Schf.*
(16) delationis, *los mms. Hfn. Gt., y la ed. Schf.*
(17) tua, *omitela el ms. Hfn., en el cual faltan después* temporum meorum.
(18) *Cuyacio, y Bk.*; Chloelio, *Hal. y los demás.*
(19) non monstraverit, *var. l. gl.*
(20) *Cuyacio, y Bk.*; Pontiano, *Cont. y los demás. Hal. Russ. omiten la indicación de la fecha.*

Digitized by Google

AAA. (1) CANDIDO.—Ex varia statutorum diversitate ad id decursum est, ut hi, qui reipublicae causas defendunt, delatorum criminibus non teneantur, quum omnibus notissimum sit, eos solos exsecrabiles nuntiatores esse, qui fisco deferunt.

PP. III. Kal. Septemb. CARINO et NUMERIANO AA. (2) Conss. [284.]

5. *Imp.* CONSTANTINUS *A. ad provinciales.*—Omnes iudices invigilare praecipimus (3), delatores sine (4) fisci advocato denuntiantes poenis afficere. Apertissimi enim iuris est, ut, quod ex cuiuscunque (5) patrimonio ceciderit in casum (6), et legibus et retro (7) iuris ordine, fisci advocatis agentibus, vindicetur. Sed quia nonnulli praecipites secundum ius possessa patrimonia deferre non cessant, damus omnibus (8), qui se laesos existimant, contra delatores severitatem iudicum implorare ferro districtam (9).

Dat. XI. (10) Kal. April. Constantinop. CONSTANTIO et ALBINO Conss. [335.]

6. *Imppp.* GRATIANUS, VALENTINIANUS *et* THEODOSIUS *AAA.* PANHELLENIO (11), *Consulari Lydiae* (12). —Servum domini delatorem iubemus in exemplum omnium proditorum severissimae sententiae subiugari, etiamsi obiecta probaverit, excepto crimine maiestatis (13).

Dat. VII. Kal. Novemb. Constantinop. ANTONIO et SYAGRIO Conss. [382.]

Epitome graecae const. ex Bas.

7.—Neque servo neque libero homini liceat deferre, ex quo aut mortem aut bonorum amissionem nemo pertimescat. Quodsi quis alia quavis ratione quem deferat vel ut thesauri inventorem denuntiet, servus quidem statim igni tradatur, maxime si dominum deferat, liber autem homo, et bonis ademtis et civitate amissa extra fines romani imperii abeat.

Epitome graecae const. ex Bas.

8.—Ne liceat fisci advocatis dicere, sibi esse relatum, detinere quemquam bona fiscalia, et propter occultam eiusmodi accusationem insidias aliis

Augustos, á CÁNDIDO. — De una gran diversidad de disposiciones se ha venido á esto, á que no están sujetos á las acusaciones criminales como delatores los que defienden las causas de la república, porque para todos es muy sabido que solamente son execrables denunciadores los que hacen delaciones al fisco.

Publicada á 3 de las Calendas de Septiembre, bajo el consulado de CARINO y de NUMERIANO, Augustos. [284.]

5. *El Emperador* CONSTANTINO, *Augusto, á los habitantes de las provincias.* — Mandamos que todos los jueces vigilen para castigar con penas á los delatores, que hacen denuncias sin la intervención del abogado del fisco. Porque es de muy evidente derecho, que lo que del patrimonio de cualquiera hubiere caido en caducidad, tanto por las leyes como por el antiguo orden de derecho, debe ser reivindicado ejercitando la acción los abogados del fisco. Mas como precipitándose algunos no cesan de denunciar patrimonios poseídos con arreglo á derecho, les concedemos á todos los que se estiman lesionados que imploren contra los delatores la severidad de los jueces aplicada por el hierro.

Dada en Constantinopla á 11 de las Calendas de Abril, bajo el consulado de CONSTANCIO y de ALBINO. [335.]

6. *Los Emperadores* GRACIANO, VALENTINIANO *y* TEODOSIO, *Augustos, á* PANHELENIO, *Consular de la Lidia.* — Mandamos que el esclavo delator de su señor sea sometido á severísima sentencia para ejemplo de todos los traidores, aunque hubiere probado las acusaciones, excepto en el crimen de lesa majestad.

Dada en Constantinopla á 7 de las Calendas de Noviembre, bajo el consulado de ANTONIO y de SIAGRIO. [382.]

Epitome de la constitución griega, tomado de las Basílicas

7.—No sea lícito ni á un esclavo ni á un hombre libre hacer denuncia por la cual alguien haya de temer la muerte ó la pérdida de los bienes. Pero si por otra cualquier razón alguien delatase á otro ó lo denunciara como á descubridor de un tesoro, si es esclavo sea ciertamente echado desde luego al fuego, mayormente si delatase á su señor, pero siendo hombre libre, salga de los confines del imperio romano habiéndosele quitado los bienes y habiendo perdido la ciudadanía.

Epitome de la constitución griega, tomado de las Basílicas

8.—No les sea lícito á los abogados del fisco decir que se les ha denunciado que alguien detenta bienes fiscales, y preparar para otros asechanzas

(1) Imp. Philippus A., *Hal. Russ., y Cont. 62. Con razón quiere Reland. que se suprima* Carus.
(2) *Cuyacio, Sp., y Bk.;* AA., *omitenla Cont. y los demás. Hal. Russ. omiten la indicación de la fecha.*
(3) et, *inserta el C. Theod., en el cual faltan después* sine fisci advocato denuntiantes.
(4) sive, *la ed. Schf.; pero χρὴ διὰ τοῦ συνηγόρου τοῦ δημοσίου προσαγγέλλειν, las Bas.*
(5) *Los mms. Hfn. Gt , la ed. Schf.. el C. Theod., y M. Vacar.;* cuiusque, *Hal. y los demás.*
(6) in cassum, *el ms. Hfn., Hal., y M. Vacar.;* in causa, *el ms. Rg. 2.*
(7) *Los mms. Hfn. Rg. 1. 2., la ed. Schf., y el C. Theod. ed. Haenel.;* recto, *Hal. y los demás, var. l. gl., y M. Vacar.*
(8) *Los mms. Hfn. Rg. 1. 2. Gt., todos los mms. de Russardo. el C. Theod., y M. Vacar.;* licentiam, *insertan las ed.*
(9) destrictam, *el C. Theod.;* distractam, *el ms. Hfn.;* districtam, *unos, y* distractam, *otros, en la glosa de la ed. Schf.;* districtam, *unos, y otros* destrictam, *en la glosa de las ed. de Cont.*
(10) *Russ., Cuyacio, Cont. Char. Pac., y el C. Theod.;* X., *Hal.;* II., *Sp. Bk.*
(11) *Hal., y Cuyacio;* Panellino, *el C. Theod., y Bk.;* Pallio, *Russ. y los demás;* Panclemo, *el ms. Pl. 1.*
(12) Lybiae, *Hal.;* Lidie, *el ms. Pl. 1.*
(13) excepto crimine maiestatis, *omitelas el C. Theod.*

Digitized by Google

struere; sed adsit delator eiusque qualitas spectetur.

§ 1.—Et neque filius patrem vel matrem, aut libertus patronum ex causa bonorum fisco inferendorum denuntiet, neque exsilium passus aut calumniae causa damnatus aut fustibus a magistratu caesus aut alius quis lege prohibitus audiatur.

§ 2.—Servo autem sive de fiscali causa sive de alia qualibet dominum accusanti, quum in eo est, ut accusationem enuntiet, vox interdicatur, etiamsi vera contra dominum deferat.

§ 3.—Schola vero palatinorum si quem detulerit (haec enim sola et potest deferre et debet), vel etiam alius, cui id lege conceditur, delatoris memor sit fisci patronus.

§ 4.—Et si quidem in regia urbe est is, qui delatus est, ex decreto comitis rerum privatarum conveniatur, neque amplius quatuor nummis solvat toti palatinorum scholae et pro tempore primicerio et fisci advocatis pro conventione vel productione procuratoris. In singulis autem cognitionibus legitimos sumtus dicto iudicio praebeat tam pro ipsa cognitione, quam pro actorum conscriptione. Quodsi obnoxius non sit, absolvatur a causa; sin vero obnoxius esse inveniatur, non solum ipsas res tradat, quas habere noscitur, aut debitum, quod debet, sed etiam sumtus in duplo reddat, quos fiscum fecisse contigerit in causam, de qua temere litem suscepit.

§ 5.—Si vero solae res deferantur, nec sciatur, quis sit earum possessor, sintque res in regia urbe eiusve suburbanis, si quidem immobiles fuerint, ne eis titulos schola palatinorum imponat, neve eas occupet, sed edicta proponat comes rerum privatarum Imperatoris in spectatissimis regiae urbis locis, et in quibus res consistunt, permittatque cuicunque contradicturo, de his rebus intra triginta dies suscipere apud se iudicium, et sub iam dictis sumtibus de iure suo contendere, sive ipse rerum possessor contradicere velit, sive amicus eius, sive servus, sive libertus, quum abest is, qui vere eas res possidet; servatis etiam in hoc omnibus, quae de custode possessionis constituta sunt. Quodsi neque ipse causae dominus, neque procurator eius possidens, neque custos possessionis intra triginta dies compareat, idque in actis manifestum factum sit, possessionem earum rerum fiscus adipiscatur, nullo praeiudicio domino rerum circa allegationes ipsi competentes inferendo. Sin vero res delatae mobiles aut se moventes fuerint, neque hae praepropere occupentur, sed prius requiratur earum possessor, et conventus litem agat sumtibus et terminis iam dictis. Omnibus autem legitimis modis et probationibus, scriptis vel non scriptis, scrutari eas res oportet, et ab iis personis, quae veritatem scire possunt, scituro reo, si succubuerit, non solum sumtus in eam litem factos a se repetitum iri, sed etiam res, quas habere eum patuerit, et aestimationem earum.

por virtud de una oculta acusación de esta naturaleza; sino que preséntese el delator, y atiéndase á la calidad de su persona.

§ 1.—Y no denuncie el hijo á su padre ó á su madre, ó el liberto á su patrono, por causa de bienes que se hayan de aplicar al fisco, ni sea oido el que sufrió destierro, ó el condenado por causa de calumnia, ó el castigado con azotes por el magistrado, ú otro cualquiera á quien por la ley se le haya prohibido.

§ 2.—Y niéguesele la palabra, en el momento de formular su acusación, al esclavo que acusa á su señor por causa fiscal, ó por otra cualquiera, aunque denuncie la verdad contra su señor.

§ 3.—Mas si el cuerpo de los palatinos hubiere delatado á alguien (porque solamente él puede y debe delatar), ó si también lo hubiere delatado otro á quien esto se le permite por la ley, acuérdese del delator el patrono del fisco.

§ 4.—Y si verdaderamente se halla en esta regia ciudad el que fué delatado, sea citado por decreto del conde de los bienes privados, y no pague más de cuatro dineros por la citación ó la presentación del procurador á todo el cuerpo de los palatinos, y al primicerio de entonces y á los abogados del fisco. Mas en el conocimiento de cada uno de los asuntos pague, proferida la sentencia, las costas legítimas, tanto por el mismo conocimiento como por la escritura de las actuaciones. Pero si no fuera culpable, sea absuelto de la causa; y si se hallara que es culpable, no solamente entregue las mismas cosas que se conoce que tiene, ó la deuda que debe, sino que también pague en el duplo los gastos que aconteciere que el fisco hizo para la causa, por la que temerariamente aceptó litigio.

§ 5.—Mas si solamente se denunciaran los bienes, y no se supiera quién sea el poseedor de los mismos, y los bienes se hallaran en esta regia ciudad ó en sus suburbios, si verdaderamente fueren inmuebles, no les imponga los rótulos el cuerpo de los palatinos, ni los ocupe, sino que publique el conde de los bienes privados del Emperador edictos en los más notables sitios de esta regia ciudad, y en aquellos en que radican los bienes, y permita á cualquiera que se haya de oponer, que ante él acepte juicio sobre tales bienes dentro de treinta días, y contienda respecto á su propio derecho mediante las costas ya mencionadas, ora si quisiera oponerse el mismo poseedor de los bienes, ora un amigo suyo, ó un esclavo, ó un liberto, porque esté ausente el que verdaderamente posee aquellos bienes; guardándose también respecto á esto todo lo que se halla establecido respecto al guardador de una posesión. Mas si dentro de los treinta días no compareciera ni el mismo dueño principal de la causa, ni su procurador que posea, ni el guardador de la posesión, y esto se hubiera hecho constar en las actuaciones, adquiera el fisco la posesión de aquellos bienes, sin que se le haya de causar perjuicio ninguno al dueño respecto á las alegaciones que al mismo le competan. Pero si hubieren sido denunciados bienes muebles ó semovientes, tampoco éstos sean ocupados precipitadamente, sino sea requerido antes el poseedor de los mismos, y citado sostenga el litigio con los gastos y en los términos ya dichos. Mas conviene que la verdad del caso sea escudriñada de todos los modos legítimos y con pruebas, escritas ó no escritas, y por medio de las personas que pueden saber la verdad, debiendo saber el reo, que, si sucumbiere, no solamente se habrán de reclamar de él los gastos hechos para este litigio, sino también los bienes que hubiere aparecido que él tiene, y la estimación de los mismos.

Digitized by Google

tus honorem sponte susceperis, ab albo (1) eximi, licet annosum te esse dicas, non potes.

PP. Id. Novemb. Diocletiano A. II. et Aristobulo (2) Conss. [285.]

4. *Iidem AA.* (3) Cassiano (4).—Quum adoptivum filium ex adoptantis dignitate decurionis filium effici nulla dubitatio sit (5), pro atrocibus iniuriis eum, quem ad vicem (6) naturalis pignoris (7) tibi adscribebas, a praeside provinciae illicitis corporis cruciatibus affici non oportuit, hocque congruenti poena coercebitur.

PP. XI. (8) Kal. Decemb. Diocletiano A. II. et Aristobulo Conss. [285.]

5. *Iidem AA.* Alexandro. — Filios in potestate patris positos ad munera seu honores non posse devocari (9), falso tibi persuasum est. Sane si ad nominationem (10) filii consensum non accommodaveris, ob administrationem ipsius minime conveniri poteris.

PP. VI. Id.... (11) Maximo II. et Aquilino Conss. [286.]

6. *Iidem AA. et CC.* (12) Leontio. — Expertes litterarum decurionis (13) munera peragere non prohibent iura (14).

Dat. VIII. Kal. Mai. AA. Conss. [293—299.]

7. *Iidem AA. et CC.* (15) Diogeniano.— Licet indivisa bona fratres habent, nihilominus tamen singuli suo nomine civilibus tenentur muneribus.

PP. IV. Id. Mai. (16) ipsis AA. Conss. [293—299.]

8. *Iidem AA. et CC.* (17) Platoniano (18).—Infamia, quae tibi abominanda est, non etiam amisionis oculorum casus, quaesitum tibi adimit honorem.

Dat. XVI. Kal. Febr. Nicomediae, Caess. Conss. [294—302.]

9. *Iidem AA. et CC.* (19) Aurelio (20).— In albo decurionum proscriptis (21) patrem non habenti filios anteferri, constitit (22).

10. *Iidem AA. et CC.* Aurelio (23).—Si ultra septuagesimum aetatis annum patrem tuum esse

aceptado espontáneamente el honor del decurionato, no puedes ser excluído del cartel aunque digas que eres de años.

Publicada los Idus de Noviembre, bajo el segundo consulado de Diocleciano, Augusto, y el de Aristóbulo. [285.]

4. *Los mismos Augustos á* Cassiano. — No habiendo duda alguna de que el hijo adoptivo se hace hijo de decurión por virtud de la dignidad del adoptante, no fué conveniente que fuera castigado con ilícitos tormentos corporales por el presidente de la provincia por injurias atroces el que te unías en calidad de hijo natural, y esto será castigado con la pena correspondiente.

Publicada á 11 de las Calendas de Diciembre, bajo el segundo consulado de Diocleciano, Augusto, y el de Aristóbulo. [285.]

5. *Los mismos Augustos á* Alejandro. — Falsamente se te ha persuadido de que los hijos puestos bajo la patria potestad del padre no pueden ser llamados á cargos ó á honores. Mas si no hubieres prestado tu consentimiento para el nombramiento de tu hijo, no podrás ser de ningún modo demandado por causa de la administración del mismo.

Publicada á 6 de los Idus de ..... bajo el segundo consulado de Máximo y el de Aquilino. [286.]

6. *Los mismos Augustos y Césares á* Leoncio. — Las leyes no prohiben que desempeñen los cargos de decurión los que no saben de letras.

Dada á 8 de las Calendas de Mayo, bajo el consulado de los Augustos. [293—299.]

7. *Los mismos Augustos y Césares á* Diogeniano. —Aunque los hermanos posean indivisos los bienes, están, sin embargo, obligados á las cargas civiles en el propio nombre de cada uno.

Publicada á 4 de los Idus de Mayo, bajo el consulado de los mismos Augustos. [293—299.]

8. *Los mismos Augustos y Césares á* Platoniano. — La infamia, que te ha de ser abominable, pero no también el accidente de la pérdida de los ojos, te privó del honor adquirido.

Dada en Nicomedia á 16 de las Calendas de Febrero, bajo el consulado de los Césares. [294—302.]

9. *Los mismos Augustos y Césares á* Aurelio. — Fué constante, que, tratándose de los incluídos en el cartel de los decuriones, sea preferido el padre al que no tiene hijos.

10. *Los mismos Augustos y Césares á* Aurelio.— Si el presideute de la provincia viere que tu padre

(1) ab eo, *Azo;* albo, *omitiendo* ab, *el ms. Hfn., y var. l. en Azo.*
(2) Aristobolo, *Cuyacio, aquí y en la siguiente constitución.*
(3) *Cuyacio, y Bk.;* et CC., *insertan Hal. y los demás.*
(4) *Cuyacio, y Cont. 62.;* S. P., *añaden Cont. 66. y los demás.*
(5) est, *los mms. Hfn. Gt., y la ed. Schf.*
(6) ad invicem, *el ms. Hfn., y la ed. Schf.*
(7) sobolis, *var. l. en Azo.*
(8) *Cuyacio;* II., *Cont. 62. y los demás.*
(9) *Los mms. Hfn. Gt., las ed. Schf. Hal., y Cuyacio;* evocari, *Russ. Cont. y los demás.*
(10) denominationem, *el ms. Hfn., y la ed. Schf.*
(11) Id. Decemb., *Cont 62.; mas en las posteriores ediciones de Concio falta* Decemb.
(12) et CC., *omitelas Cuyacio.*
(13) decuriones, *la ed. Schf.*
(14) prohibentur, *Azo.*
(15) et CC., *omitelas Cuyacio.*
(16) Paulino, *inserta Cuyacio, proviniendo acaso de* Anulino, *y en este caso se debería corregir de este modo:* Dat.— Mai. Tusco et Anulino Conss. (295.)
(17) et CC., *omitelas Cuyacio.*
(18) Plantiniano, *Azo, y Cont. 62.*
(19) *Hal. Russ. Cont. 62.;* et CC., *omitenlas Cuyacio y los demás.*
(20) *Es muy dudoso este nombre que insertan Cont. 66. y después los demás.*
(21) *La glosa anota estas varias lecturas:* praescriptis, *otros* perscriptis, *otros* prae oculis, *otros* praescriptionis; describendo, *Hal., Cuyacio, y Bk.;* praescriptis, *el ms. Hfn., algunos códices de Cuyacio, las ed. Schf. Russ. Cont. y los demás;* proscribendo, *conjetura Cuyacio en el comentario. Véase la ley 10. D. L. 2.*
(22) *Las ed. Schf. Hal., y Cuyacio;* consistit, *el ms. Gt.;* constiterit, *el ms. Hfn.;* constat, *Russ. y los demás.*
(23) et CC., *omitelas Cuyacio.*

Digitized by Google

praeses provinciae perspexerit, eum personalium munerum vacatione perfrui providebit.

11. *Iidem AA. et CC.* (1) *ad* MAXIMUM (2).—Uxorem pro marito decurione conveniri non posse, procul dubio est (3).

12. *Iidem AA. et CC.* (4) ZOTICO. — Nec infames immunitatem habere, quum haec privilegii, non notae sit, convenit.

Dat. V. Kal. Decemb. (5) AA. Conss. [299—304.]

13. *Iidem AA. et CC.* (6) PROCULO (7). — A muneribus decurionatus nec sententia praesidis in perpetuum, nec anni quinquaginta (8), nec podagrae valetudo praestat excusationem.

14. *Imp.* CONSTANTINUS *A. ad* EVAGRIUM *P. P.* (9) —Nemo iudex aliquem suo arbitrio de curia liberet. Nam si quis fuerit huiusmodi (10) infortunio depravatus, ut debeat sublevari, de eius nomine ad nostram scientiam referri oportet, ut certo temporis spatio civilium munerum ei vacatio porrigatur.

PP. Id. Mart. CONSTANTINO A. III. et LICINIO III. Conss. [313.]

15. *Idem A.* MECHILIO (11) HILARIANO, *correctori Lucaniae et Brittiorum* (12).—Universos decuriones volumus a tabellionum officiis temperare.

Dat. III. Kal. Febr. SABINO et RUFINO Conss. [316.]

16. *Idem A. ad* HILARIANUM, *Proconsulem Africae.*—Si quis decurio vel propriae rei causa vel rei publicae cogatur nostrum adire comitatum, is non ante discedat, quam insinuato iudici desiderio proficiscendi licentiam consequatur. Quodsi pro sua audacia parvi aliquis hanc fecerit iussionem, indignationem competentem (13) sortiatur.

PP. VII. Id. Iul. Carthagine, CRISPO III. et CONSTANTINO III. (14) Conss. [324.]

17. *Idem A. ad* EVAGRIUM *P. P.* — Qui derelicta curia militaverit, revocetur ad curiam.

Dat. XVI. Kal. Iun. CONSTANTINO A. VII. et CONSTANTIO C. Conss. [326.]

18. *Idem A.....* — Si ad magistratum nominati aufugerint, requirantur, et, si pertinaci (15) animo latere patuerint (16), his ipsorum bona permittantur, qui praesenti tempore in locum eorum ad

es de más de setenta años de edad, proveerá que él disfrute de exención de cargos personales.

11. *Los mismos Augustos y Césares á* MÁXIMO.—Está lejos de duda, que la mujer no puede ser demandada en lugar de su marido decurión.

12. *Los mismos Augustos y Césares á* ZOTICO.—Es conveniente que los infames no tengan inmunidad, porque esta corresponde á privilegio, y no á tacha.

Dada á 5 de las Calendas de Diciembre, bajo el consulado de los Augustos. [299—304.]

13. *Los mismos Augustos y Césares á* PRÓCULO. — No dé exención para siempre de las cargas del decurionato ni la sentencia del presidente, ni la edad de cincuenta años, ni la enfermedad de la gota.

14. *El Emperador* CONSTANTINO, *Augusto, á* EVAGRIO, *Prefecto del Pretorio.* — Ningún juez exima por su propio arbitrio de la curia á alguien. Porque si alguien hubiere sido de tal modo maltratado por el infortunio, que deba ser relevado, conviene que se ponga en nuestro conocimiento su nombre, para que se le conceda exención de cargos civiles por cierto espacio de tiempo.

Publicada los Idus de Marzo, bajo el tercer consulado de CONSTANTINO, Augusto, y el tercero de LICINIO. [313.]

15. *El mismo Augusto á* MEQUILIO HILARIANO, *corregidor de la Lucania y de los Abruzos.*—Queremos que todos los decuriones se abstengan de de las funciones de los notarios.

Dada á 3 de las Calendas de Febrero, bajo el consulado de RUFINO y de SABINO. [316.]

16. *El mismo Augusto á* HILARIANO, *Proconsul de Africa.* — Si por causa de negocio propio ó de negocio público se viera obligado algún decurión á dirigirse á nuestra corte, no parta antes que, habiendo insinuado su pretensión al juez, consiga la licencia para marchar. Mas si por su audacia hubiere hecho poco caso de este mandato, sufra el castigo correspondiente.

Publicada en Cartago á 7 de los Idus de Julio, bajo el tercer consulado de CRISPO y el tercero de CONSTANTINO. [324.]

17. *El mismo Augusto á* EVAGRIO, *Prefecto del Pretorio.* — El que fuere militar habiendo abandonado la curia, sea de nuevo llamado á la curia.

Dada á 16 de las Calendas de Junio, bajo el séptimo consulado de CONSTANTINO, Augusto, y el de CONSTANCIO, César. [326.]

18. *El mismo Augusto .....* — Si los nombrados para la magistratura hubieren huido, sean buscados, y si fuere patente que se ocultan con ánimo pertinaz, séanles concedidos los bienes de los mis-

(1) et CC., *omitelas Cuyacio.*
(2) *Cuyacio;* Maximinum, *Cont. y los demás.*
(3) non est, *Russ. al márgen.*
(4) et CC., *omitelas Cuyacio.*
(5) *Cuyacio, y Bk.;* Febr., *Cont. 62. y los demás.*
(6) et CC., *omitelas Cuyacio.*
(7) *Este nombre, puesto por Cont. 66., fué después admitido por los demás.*
(8) quinquaginta quinque, *prefiere Cuyacio en el comentario, pero contra Eustath. XLIII. 1. (ed. Zachariae p. 287.)*
(9) *El C. Theod. ed. Haenel.;* P. P., *omitenlas los demás.*
(10) eiusmodi, *la ed. Schf., y el C. Theod.*
(11) Mechillo, *omitela Cuyacio. Vease la nota correspondiente de la ley 21. C. IX. 22.*

(12) Brutiorum, *Hal.;* Bruttiorum, *Bk. En Hal. faltan los nombres de aquellos á quienes fueron dirigidas estas constituciones, y ademas las indicaciones de las fechas hasta la ley 23. de este título.*
(13) competentem, *omitela el ms. Hfn.;* deportationis exitum, *el C. Theod.*
(14) CC., *inserta Bk.*
(15) *Los mms. Hfn. Gt., todos los mms. de Russ., la ed. Schf., y el C Theod.;* eos, *insertan Hal. y los demás.*
(16) *Todos los mms. de Russardo, el C. Theod., y var. l. en Azo;* potuerint, *los mms. Hfn. Gt., la ed. Schf., y Azo:* aperuerint, *var. l. en Azo.*

Digitized by Google

duumviratus munera vocabuntur, ita ut, si postea reperti fuerint, biennio integro onera duumviratus cogantur agnoscere. Omnes enim, qui obsequia publicorum munerum declinare tentaverint, simili conditione (1) teneri oportet.

Dat. III. Kal. Octob. Serdicae, CONSTANTINO A. VIII. (2) et CONSTANTIO IV. (3) Conss. [329.]

19. *Idem A. ad* LUCRETIUM PATERNUM (4). — Vacuatis rescriptis, per quae munerum civilium nonnullis est vacatio praestita (5), omnes civilibus necessitatibus aggregentur, ita ut nec consensu civium vel curiae praestita cuiquam immunitas valeat, sed omnes ad munerum societatem conveniantur.

Dat. VIII. Kal. Novemb. Heracleae, CONSTANTINO A. VIII. (6) et CONSTANTIO IV. (7) Conss. [329.]

20. *Impp.* CONSTANTIUS *et* CONSTANS *AA.* (8) *Ordini civitatis* CONSTANTINAE (9) CIRTENSIUM (10).— Magistratus desertores ad eam gravitas tua faciat necessitatem conditionis urgeri, ut, quascunque pro his expensas civitas praerogaverit (11), refundere protinus ac (12) repraesentare (13) cogantur.

Dat. XIV. Kal. Febr. Naisso, ACINDYNO (14) et PROCULO Conss. [340.]

21. *Iidem AA.* (15) NEMESIANO, *Comiti largitionum* (16). — Curiales omnium civitatum nullam pro re privata nostra debent inquietudinem sustinere, nec huiusmodi oneribus velut extraordinariis occupari, quoniam satis est, si civitatum munera per eos congrue (17) compleantur.

Dat. prid. Id. Aug. Bessae, ACINDYNO et PROCULO Conss. [340.]

22. *Imp.* IULIANUS *A.* IULIANO, *Comiti Orientis.*— Eos indulserunt veteres principes ex materno genere curialibus Antiochenis adscribi, quos patris conditio (18) nullius vindicaret iuri civitatis.

Dat. V. Kal. Septemb. Antiochiae, MAMERTINO et NEVITTA Conss. [362.]

23. *Idem A.* IULIANO, *Comiti Orientis.* — Providendum est eorum novitati decurionum, qui nuper nomen curiis addiderunt, ne praeteritis debitis

mos á los que á la sazón fueren llamados en lugar de ellos á los cargos del duunvirato, de suerte que, si después hubieren sido hallados, sean obligados á levantar las cargas del duunvirato durante un bienio completo. Porque conviene que estén sujetos á igual condición todos los que hubieren intentado declinar el desempeño de los cargos públicos.

Dada en Sérdica á 3 de las Calendas de Octubre, bajo el octavo consulado de CONSTANTINO, Augusto, y el cuarto de CONSTANCIO. [329.]

19. *El mismo Augusto á* LUCRECIO PATERNO. — Habiendo quedado invalidados los rescriptos por los que se les concedió á algunos la exención de los cargos civiles, sean todos agregados á las necesidades civiles, de tal suerte, que no sea válida la inmunidad concedida á cualquiera por el consentimiento de los ciudadanos ó de la curia, sino que todos sean llamados á sociedad para los cargos.

Dada en Heraclea á 8 de las Calendas de Noviembre, bajo el octavo consulado de CONSTANTINO, Augusto, y el cuarto de CONSTANCIO. [329.]

20. *Los Emperadores* CONSTANCIO *y* CONSTANTE, *Augustos, al Orden de la ciudad de* CONSTANTINA DE CIRTA.—Haga tu gravedad, que los magistrados desertores sean apremiados á la necesidad de su condición, de suerte que sean obligados á pagar inmediatamente y á reembolsar cualesquiera gastos que por ellos hubiere anticipado la ciudad.

Dada en Naisso á 14 de las Calendas de Febrero, bajo el consulado de ACINDINO y de PRÓCULO. [340.]

21. *Los mismos Augustos á* NEMESIANO, *Conde de las liberalidades.* — Los curiales de cualesquiera ciudades no deben soportar molestia alguna por nuestros asuntos privados, ni ser ocupados en cargas de tal naturaleza como si fueran extraordinarias, porque es bastante que por ellos se desempeñen convenientemente los cargos de las ciudades.

Dada en Besa á 1 de los Idus de Agosto, bajo el consulado de ACINDINO y de PRÓCULO. [340.]

22. *El Emperador* JULIANO, *Augusto, á* JULIÁN, *Conde de Oriente.*— Los príncipes antepasados concedieron, que fuesen adscritos á los curiales de Antioquía por razón de parentesco materno aquellos á quienes la condición de su padre no los reivindicase para el derecho de ninguna ciudad.

Dada en Antioquía á 5 de las Calendas de Septiembre, bajo el consulado de MAMERTINO y de NEVITTA. [362.]

23. *El mismo Augusto á* JULIÁN, *Conde de Oriente.* — Se ha de proveer á favor de lo reciente del cargo de los decuriones, que hace poco agregaron sus

(1) conditioni, *Hal., y Cuyacio.*
(2) *Bk.*; VII., *Cuyacio*; IX., *Russ. y los demás, y el C. Theod.*; *pero véase la siguiente indicación de la fecha.*
(3) Constantino C. IV., *Bk., con arreglo á los fastos.*
(4) Paternum, *omitela Cuyacio.*
(5) praestituta, *el C. Theod.*
(6) VII., *Cuyacio.*
(7) Constantino C. IV., *Bk.*
(8) Imp. Constantius A., *Hal.*; Imppp. Constantinus, Constantius et Constans AAA., *Bk.*
(9) *Russ. Cont. 62. Bk., y el C. Theod.*; Aedesenae, *Cuyacio, según un antiquísimo códice, al que siguen Cont. 66. y los demás, contra Godofr.*
(10) *Aquí se ha de notar una doble diversidad. Consiste la primera en la gran variedad con que se escribe la palabra;* Cyrenensium, *Hal. Russ. Cont. 62.*; Sirenensium, *el ms. Hfn*; Circensium, *la ed. Schf., Cuyacio, Cont. 66. y los demás*; Circitorum, *conjetura Alciat.*; Curensium, *Azo. Consiste la segunda diferencia en que aplican esta palabra á la inscripción, como nosotros, el C. Theod. y Bk., pero la unen con las del texto de la ley* (Circensium magistratus, *etc.*) *las ed. Schf. Hal. y otras.*
(11) praerogavit, *el C. Theod.*; prorogaverit, *el ms. Hfn., las ed. Schf. Hal. Russ., y Cuyacio.*
(12) se, *inserta la ed. Schf.*
(13) repensare, *var. l. en Azo.*
(14) Acindino, *Cuyacio:* Acyndino, *el C. Theod. ed. Haenel. La misma diversidad en la siguiente ley.*
(15) Impp. Constantius et Constans AA., *Bk. Véase la nota 8. de la ley 20. de este título.*
(16) largitionum, *que falta en Russ. Cont. Char. Pac. y en el C. Theod., fué puesta por Cuyacio. Véase la ley 3. C. X. 19.*
(17) congrua, *el C. Theod.*
(18) dignitas, *el C. Theod.*

Digitized by Google

susceptorum onerentur; sed conventis (1) propter haec debita (2), qui ea (3) praecedentibus (4) delegationibus contraxerunt, nullam eos (5) molestiam pro sarcina nominationis alienae sustinere patiaris.

PP. Beryto (6), Kal. Novemb. MAMERTINO et NEVITTA Conss. [362.]

24. *Idem A.* LEONTIO, *Consulari Palaestinae.*— Si quis decurio pater sit XIII. (7) liberorum, honoratissima (8) munerum (9) quiete donetur.

Dat. Kal. Mart. Antiochiae, IULIANO A. IV. et SALLUSTIO Conss. [363.]

25. *Impp.* VALENTINIANUS *et* VALENS *AA. ad* BYZACENOS (10).—Curiales ultra terminos propriae (11) civitatis non iubeantur a moderatoribus provinciarum (12) exhibere sui praesentiam, nisi publica necessitas exegerit.

Dat. prid. Id. Septemb. Aquileia, divo IOVIANO et VARRONIANO Conss. [364.]

26. *Iidem AA. ad* MODESTUM *P. P.* — Quidam ignaviae sectatores desertis civitatum muneribus captant solitudines ac secreta, et (13) specie religionis cum coetibus (14) monazonton (15) congregantur. Hos igitur atque in huiusmodi deprehensos erui latebris (16) consulta praeceptione mandamus (17), atque ad munia (18) patriarum subeunda revocari, aut (19) pro tenore nostrae sanctionis familiarium rerum carere illecebris, quas per eos censuimus vindicandas, qui publicarum essent subituri munera functionum.

PP. Beryto (20), Kal. Ianuar. VALENTINIANO et VALENTE AA. Conss. (21) [365.]

27. *Iidem AA. Mauris Sitifensibus.*— Privilegio militiae paternae se non vindicet, quem avitus (22) curiae nexus adstringit. Quodsi militari avo et patre decurione nascetur, paternae erit succedaneus functioni (23).

Dat. IX. Kal. Mai. (24) Treviris, VALENTINIANO et VALENTE AA. Conss. [365.]

nombres á las curias, á fin de que no sean gravados con antiguos débitos de los recaudadores; sino que demandados por estos débitos los que los contrajeron en las precedentes delegaciones, no has de consentir que sufran aquellos molestia alguna por carga del nombramiento de otro.

Publicada en Berito las Calendas de Noviembre, bajo el consulado de MAMERTINO y de NEVITTA. [362.]

24. *El mismo Augusto á* LEONCIO, *Consular de Palestina.*— Si algún decurión fuera padre de trece hijos, concédasele honrosisima exención de cargos.

Dada en Antioquía las Calendas de Marzo, bajo el cuarto consulado de JULIANO, Augusto, y el de SALUSTIO. [363.]

25. *Los Emperadores* VALENTINIANO *y* VALENTE, *Augustos, á los* BIZACENOS. — No se les mande á los curiales por los gobernadores de las provincias que se presenten fuera de los términos de su propia ciudad, á no ser que lo exigiere la necesidad pública.

Dada en Aquilea á 1 de los Idus de Septiembre, bajo el consulado del divino JOVIANO y de VARRONIANO. [364.]

26. *Los mismos Augustos á* MODESTO, *Prefecto del Pretorio.* — Algunos, haciéndose sectarios de la pereza, buscan, habiendo desertado de los cargos de las ciudades, las soledades y los lugares secretos, y so pretexto de religión se congregan en las reuniones de los monjes solitarios. Así, pues, mandamos por esta meditada disposición, que sean arrancados de tales escondrijos los que en ellos hubieren sido hallados, y que sean llamados de nuevo á soportar las cargas de su patria, ó que á tenor de nuestra disposición sean privados de las comodidades de sus bienes familiares, los cuales mandamos que hayan de ser reivindicados por los que hubiesen de soportar las cargas de las funciones públicas.

Publicada en Berito las Calendas de Enero, bajo el consulado de VALENTINIANO y de VALENTE, Augustos. [365.]

27. *Los mismos Augustos á los Moros Sitifienses.* — No se exima por el privilegio de la condición militar del padre aquel á quien lo liga á la curia el lazo del abuelo. Pero si naciere de abuelo militar y de padre decurión, será sucesor en la función del padre.

Dada en Tréveris á 9 de las Calendas de Mayo, bajo el consulado de VALENTINIANO y de VALENTE, Augustos. [365.]

---

(1) conventos, *var. l. en Azo.*
(2) *Los mms. Hfn. Gt., la ed. Schf., y el C. Theod.;* his, *insertan Hal. y los demás.*
(3) quae a, *el ms. Hfn.*
(4) *Según Azo y la gl. en el libro R. (¿Rogerio ó Roffredo?) se lee* praesentibus.
(5) eos, *omítela el C. Theod.*
(6) *El C. Theod.;* Byritho, *Cuyacio, Russ. Cont. Char. Pac. y Sp.;* Beryti, *Bk.*
(7) *Los mms. Hfn. Gt. Rg. 1. 2., los libros escritos según Cuyacio, todos los códices de Russardo, y el C. Theod.;* XII., *la ed. Schf.;* duodecim, *Hal y los demás. El número* XIII. *de los códices lo intenta convertir en* XVI. *Cuyacio, atendiendo á la ley 5. § 2. D. L. 6. Por lo demás en el C. Theod. comienza la constitución con las palabras* Qui pater sit, *omitiendo* decurio.
(8) honestissima, *Hal., y Cuyacio;* honestissimae, *y después* quieti, *la ed. Schf.*
(9) munerum, *omítenla el C. Theod. y los códices de Russ.*
(10) *En Hal. faltan desde aquí hasta el final del título los nombres de los individuos á quienes fueron dirigidas las constituciones, y las indicaciones de sus fechas.*
(11) provinciae, *Sp. por errata.*
(12) a moderatoribus provinciarum, *omítelas el C. Theod.*
(13) *Los mms. Hfn. Gt., la ed. Schf., y el C. Theod.;* sub, *insertan Hal. y los demás.*
(14) ceteris, *var. l. gl.*
(15) monachorum, *el ms. Gt.;* moznoson, *el ms. Hfn.;* et monachicis, *la ed. Schf.;* monazonio, *Alciat.;* monozota, *otros;* monozoton, *Azo. Russardo escribe* monazonton.
(16) atque huiusmodi intra Aegyptum deprehensos per comitem Orientis erui e latebris, *el C. Theod.*
(17) mandavimus, *el C. Theod., con el cual el ms. Gt.*
(18) *Todos los mms. de Russardo, Hal., Cuyacio, Russ., Cont. 62., Bk., el C. Theod., y var. l. gl.;* municipia, *el ms. Hfn., las ed. Schf., Cont. 66. y las demás.*
(19) *El ms Gt., Hal., Cuyacio, Bk., y el C. Theod.;* ut, *el ms. Hfn., y la ed. Schf.;* et, *Russ. y los demás; pero á los Paratitlos en coll. const. eccl. I. 3. (Voëlli bibl. T. II. p. 127.)*
(20) *El C. Theod.;* Byritho, *Russ., Cuyacio, Cont. Char. Pac y Sp.;* Beryti, *Bk.*
(21) *Este año es dudoso, y también el de la siguiente constitución. Vease Haenel.*
(22) *En los antiguos libros de Cuyacio, y en todos los de Russardo se lee* habitus, *cuya palabra solo ortográficamente difiere de* avitus, *que se halla en el C. Theod.;* assuetus, *que sin duda proviene de la glosa, el ms. Hfn., el ms. Rg. 2. según reciente escritura, y todas las ed.;* adsuetus vel habitus, *el ms. Rg. 1.*
(23) *La ed. Schf., y el C. Theod.:* functionis, *los demás.*
(24) *Cuyacio, Bk., y el C. Theod.;* Mart., *Russ. y los demás.*

Digitized by Google

28. *Iidem AA.* (1) *ad* VOLUSIANUM *P. U.*— Nullus (2), qualibet praerogativa fultus, a debitis muneribus habeatur immunis.

Dat. IV. Kal. Iul. Mediolano, VALENTINIANO et VALENTE AA. Conss. [365.]

28. *Los mismos Augustos á* VOLUSIANO, *Prefecto de la Ciudad.* — Nadie sea considerado inmune de los cargos debidos apoyándose en cualquier prerrogativa.

Dada en Milán á 4 de las Calendas de Julio, bajo el consulado de VALENTINIANO y de VALENTE, Augustos. [365.]

29. *Iidem AA.* (3) GERMANIANO (4), *P. P. Galliarum.*—Nati ex inquilinarum nostrae domus matrimonio et patre decurione, non patrum suorum, verum matrum conditionem sequantur.

Dat. III. Id. Octob. VALENTINIANO et VALENTE AA. Conss. (5) [365.]

29. *Los mismos Augustos á* GERMANIANO, *Prefecto del Pretorio de las Galias.* — Los nacidos del matrimonio de inquilinas de nuestra casa y de padre decurión no sigan la condición de sus padres, sino la de sus madres.

Dada á 3 de los Idus de Octubre, bajo el consulado de VALENTINIANO y de VALENTE, Augustos. [365.]

30. *Iidem AA.* (6) *ad* MODESTUM *P. P.* (7) — Procuratores reipublicae actionibus publicis debere uti, non venit in dubium.

30. *Los mismos Augustos á* MODESTO, *Prefecto del Pretorio.* — No se pone en duda que los procuradores de la república deben utilizar las acciones públicas.

31. *Iidem AA. et* GRATIANUS *A.* (8) *ad* MODESTUM *P. P.*—Ex omnibus domibus producti, qui origine sunt curiales (9), ad subeundam publicorum munerum functionem protrahantur, quippe quum occultatoribus talium praeter iacturam existimationis etiam rerum discrimen incumbat, si ulterius progressi, utilitatem publicam privatis custodiis (10) et patrociniis postponant.

Dat. III. Id. Iul. Ancyrae, GRATIANO A. II. et PROBO Conss. [371.]

31. *Los mismos Augustos y* GRACIANO, *Augusto, á* MODESTO, *Prefecto del Pretorio.*—Los nacidos en todas las casas, que son curiales por su origen, sean obligados á desempeñar la función de cargos públicos, incumbiendo ciertamente á sus ocultadores, además de la pérdida de su reputación, también el peligro de sus bienes, si habiendo seguido adelante pospusieran la utilidad pública á la guarda y al patrocinio de los particulares.

Dada en Ancira á 3 de los Idus de Julio, bajo el segundo consulado de GRACIANO, Augusto, y el de PROBO. [371.]

32. *Imppp.* GRATIANUS, VALENTINIANUS *et* THEODOSIUS *AAA.* (11) *ad* NEOTERIUM *P. P.* — Fabricenses ordinibus restituantur, qui originem curialem et propriae (12) munera declinaverint civitatis, reliqui ne levi quidem inquietudine pulsentur.

Dat. XVI. Kal. April. Thessalonicae, GRATIANO V. et THEODOSIO I. (13) AA. Conss. [380.]

32. *Los Emperadores* GRACIANO, VALENTINIANO *y* TEODOSIO, *Augustos, á* NEOTERIO, *Prefecto del Pretorio.*—Sean restituídos á sus corporaciones los obreros de los arsenales, que se hubieren evadido de su origen curial y de los cargos de su propia ciudad, y castigados los demás con pena no ciertamente leve.

Dada en Tesalónica á 16 de las Calendas de Abril, bajo el quinto consulado de GRACIANO y el primero de TEODOSIO, Augustos. [380.]

33. *Iidem AAA.* (14) EUTROPIO *P. P.* — Omnes iudices provinciarumque rectores a consuetudine temerariae usurpationis abstineant, sciantque, neminem omnino principalium aut (15) decurionum, sub qualibet culpae aut erroris (16) offensa (17), cruciatibus esse subdendum. Quodsi quis forte iudicum in hanc pertinaciam illiciti furoris eruperit, quod (18) audeat principalem aut (19) decurionem et suae, si sic dici oportet, curiae (20) senatorem (21), tormentis (22) subdere, viginti librarum auri illatione mulctatus et perpetua infamia inustus ne speciali quidem rescripto notam eluere (23) merea-

33. *Los mismos Augustos á* EUTROPIO, *Prefecto del Pretorio.* — Absténganse todos los jueces y los gobernadores de las provincias de la costumbre de usurpar temerariamente las atribuciones, y sepan que absolutamente ningún principal ó decurión ha de ser sometido á castigos corporales por cualquier ofensa de culpa ó de error. Pero si acaso algún juez se lanzare con pertinacia á este ilícito furor, y se atreviera á someter á tormentos á un principal ó á un decurión, y, si así vale decirlo, á un senador de su propia curia, sea multado con el pago de veinte libras de oro y tachado con perpétua infa-

(1) *Russ., Cuyacio, Bk., y el C. Theod.;* et Grat. A., *insertan Hal. Cont. y los demás.*
(2) exceptis palatinis, *inserta el C. Theod.*
(3) AAA., *Hal. Vease la nota 1.*
(4) Germano, *Cuyacio, Sp., y Bk.;* Germaniano, *omitenla Hal. Russ. Cont. Char. Pac. Vease Chronol. C. Theod. p. LXXXIV.*
(5) *Esta indicación de la fecha, que fué restituida por Cuyacio, omitenla Cont. Char. Pac.*
(6) *Russ., Cuyacio, Cont. 62, Sp., y Bk.:* AAA., *Hal. Cont. 66. y los demás. Vease la nota 1. de la ley 28. de este título.*
(7) ad Modestum P. P., *Cuyacio, á quien siguieron Sp. Bk.*
(8) *Cuyacio;* Iid. Augusti, *Hal.;* Imppp. Valent., Valens et Gratianus AAA., *Russ. y los demás.*
(9) originis – curialis, *el ms. Hfn.;* origine – curiali, *el C. Theod.*
(10) studiis, *que se lee en el C. Theod., puso Bk., á quien apoya un solo códice de Russardo.*
(11) Theodosium, *omitela Hal.*
(12) *El ms. Gt., Cuyacio, y el C. Theod.;* propria, *el ms. Hfn., y las demás ed.*
(13) I., *omitela Cuyacio.*
(14) Iidem AA. et Theod. A., *Hal.*
(15) ac, *el C. Theod.*
(16) *Por* aut erroris, *en algunos códices de Cuyacio se halla* anterioris. *En los mms. de Aured. y de Dionys. se lee* sub cuiuslibet culpae aut anterioris offensae, *según dice Char.*
(17) plumbatarum, *inserta el C. Theod.*
(18) quo, *la ed. Schf.*
(19) ac, *el ms. Hfn., y el C. Theod.*
(20) *Los mms. Rg. 1. 2., la ed. Schf., y el C. Theod.;* curiae *la colocan despues de* suae *Hal. y los demás.*
(21) curatorem, *var. l. gl.*
(22) plumbatarum ictibus, *el C. Theod.*
(23) eruere, *los mms. Hfn. Gt., las ed. Schf. Hal., y Cuyacio;* vel eruere, *el C. Theod. ed. Godofr.*

Digitized by Google

tur; et officium quinquaginta librarum auri mulctam fisco nostro cogatur inferre, quoniam, ut pertinaciae iudicis sui (1) resistat, liberam eidem contradicendi permittimus facultatem.

Dat. XII. Kal. August. Heracleae, EUCHERIO et SYAGRIO Conss. [381.]

34. *Iidem AAA.* FLORO *P. P.* — Si quis procurationem facultatum suarum curiali crediderit esse mandandam, totius dignitatis exceptione depulsa, gravissima poena plectetur (2). Ille vero, qui immemor libertatis et generis, infamissimam suscipiens vilitatem (3), existimationem suam servili obsecundatione damnaverit, tradatur exsilio.

Dat. X. Kal. Novemb. Constantinop. ANTONIO et SYAGRIO Conss. [382.]

35. *Iidem AAA.* POSTUMIANO *P. P.* — In filiis decurionum retinendis priorum praeceptorum decreta sublimitas tua custodiat. Eos quoque (4) qui advocationis obtentu curialia onera declinant, agere (5) universa compellat, quae, etsi necessitas non exigit, tamen patria non remittit (6). Ipsos quin etiam (7) filios magistrorum, qui ex curiali stirpe descendunt, simili modo obnoxios esse decernat.

Dat. VIII. Id. April. Constantinop. MEROBAUDE II. et SATURNINO Conss. [383.]

36. *Iidem AAA.* (8) *ad* BASILIUM, *Comitem S. L.* —Exemplo senatorii ordinis, patris originem (9) unusquisque sequatur, nec valeant specialiter delata rescripta, si quis se, matris origine defensa (10), a maiore curia ad minorem transferri fortasse promeruerit; neque ulla pro more provinciae referri sinatur exceptio.

Dat. XVI. Kal. Iul. Romae (11), MEROBAUDE II. et SATURNINO Conss. [383.]

37. *Iidem AAA.* (12) POSTUMIANO II. (13) *P. P.*— Quotiescunque se ex rescriptis nostris aliquid impetrasse contendent (14) hi, quos obnoxios curiae vel origo fecerit, vel latum inter partes (15) iudicium designaverit, nullam prorsus spem curiam (16) declinandi ex colore sacrae iussionis accipiant.

Dat. XIV. Kal. August. Constantinop. MEROBAUDE II. et SATURNINO Conss. [383.]

mia, de suerte que ciertamente no logre borrar la nota por un rescripto especial; y sean obligados los oficiales á pagarle á nuestro fisco la multa de cincuenta libras de oro, porque para que resistan á la pertinacia de su juez les permitimos la libre facultad de contradecirle.

Dada en Heraclea á 12 de las Calendas de Agosto, bajo el consulado de EUQUERIO y de SIAGRIO. [381.]

34. *Los mismos Augustos á* FLORO, *Prefecto del Pretorio.* — Si alguno hubiere creído haber de encomendar á un curial la procuración de sus propios bienes, será castigado con gravísima pena, rechazándose la excepción de toda dignidad. Mas el que, olvidado de la libertad y de su linage, hubiere condenado, aceptando muy infame vileza, su propia estimación con su sumisión de esclavo, sea desterrado.

Dada en Constantinopla á 10 de las Calendas de Noviembre, bajo el consulado de ANTONIO y de SIAGRIO [382.]

35. *Los mismos Augustos á* POSTUMIANO, *Prefecto del Pretorio.* — Guarde tu sublimidad los decretos de los anteriores legisladores respecto á la retención de los hijos de los decuriones. Y á los que so pretexto de la abogacía declinan las cargas civiles, compélalos á levantar todas las que, aunque la necesidad no las exige, no les remitió, sin embargo, su patria. Decrete que también estén de igual modo obligados los mismos hijos de los maestros, que descienden de estirpe curial.

Dada en Constantinopla á 8 de los Idus de Abril, bajo el segundo consulado de MEROBAUDE y el de SATURNINO. [383.]

36. *Los mismos Augustos á* BASILIO, *Conde de los sacros lugares.* — A la manera que en el orden senatorial, aténgase cada cual al origen de su padre, y no sean válidos los rescriptos especialmente concedidos, si acaso alguno hubiere alcanzado, habiendo defendido el origen de su madre, ser transferido de una curia mayor á otra menor; y no se deje alegar ninguna excepción con arreglo á la costumbre de la provincia.

Dada en Roma á 16 de las Calendas de Julio, bajo el segundo consulado de MEROBAUDE y el de SATURNINO. [383.]

37. *Los mismos Augustos á* POSTUMIANO, *segunda vez Prefecto del Pretorio.* — Cuando sostuvieren haber impetrado alguna cosa por rescriptos nuestros aquellos á quienes ó su origen los hiciere afectos á la curia, ó los hubiere designado sentencia proferida entre partes, no adquieran absolutamente ninguna esperanza de eximirse de la curia so pretexto de la sacra disposición.

Dada en Constantinopla á 14 de las Calendas de Agosto, bajo el segundo consulado de MEROBAUDE y el de SATURNINO. [383.]

---

(1) sui, *omitela el C. Theod.*
(2) plectatur, *Hal., Cuyacio, y Bk.*
(3) utilitatem, *se lee en su lugar en el ms Hfn., la ed. Schf., y var. l. gl.*
(4) *Los mms. Hfn. Gt., las ed. Schf. Hal., Cuyacio, Bk., y el C. Theod.*; eosque, *Russ. y los demas.*
(5) onera, *el C. Theod. por errata del copista.*
(6) amittit, *var. l. en Azo.*
(7) Quin ipsos etiam, *Hal., y Cuyacio, contra el C. Theod. y el ms. Hfn.*
(8) et Arcad. A., *inserta Bk.; pero véase Haenel. en la nota p. de la ley 91. C. Th. XII. 1.*
(9) municeps, *inserta el C. Theod.*
(10) defendens, *el C. Theod.*; originem defensa, *se lee en el ms. Hfn.*
(11) Veronae, *enmienda Jac. Godofr. Véase la ley 1. C. I. 15. en la indicación de la fecha.*
(12) AAAA., *Bk. Véase la nota correspondiente de la ley anterior.*
(13) II., *omitela Cuyacio, y parece que procede del C. Theod., pues en las inscripciones del Código de Justiniano no se suelen expresar con números las veces que se ha desempeñado un cargo.*
(14) *Los mms. Hfn. Gt., y el C. Theod.*; contendunt, *las ed.*
(15) patres, *conjetura Godofr.*
(16) curias, *la ed. Schf., y el C. Theod.*; decurias, *el ms. Hfn.*

Digitized by Google

38. *Iidem AAA.* (1) *ad* CYNEGIUM (2) *P. P.*— Ne quis officialium poenae specie atque aestimatione curiae dedatur (3), nisi si quis forte curiam defugiens (4) ob hoc coeperit militare, ne ingenitis (5) fungatur officiis. Omnes itaque omnino iudices tuae censurae subditos admonebis, ne quis eorum (6) existimet (7) curiae loco supplicii quemquam deputandum, quum utique unumquemque criminosum non dignitas debeat, sed poena co-.mitari.

Dat. VIII. Id. Novemb. Constantinop. RICHOMERE et CLEARCHO Conss. [384.]

38. *Los mismos Augustos á* CINEGIO, *Prefecto del Pretorio.* — Ningún oficial sea agregado por vía y con la consideración de pena á la curia, á no ser que acaso alguno, huyendo de la curia, hubiere comenzado á ser militar por esto, por no desempeñar sus cargos ingénitos. Y así, amonestarás absolutamente á todos los jueces sujetos á tu censura, para que ninguno de ellos estime que debe destinar á alguien á la curia como á lugar de suplicio, porque verdaderamente no debe acompañar una dignidad, sino una pena, á cualquiera que sea criminal.

Dada en Constantinopla á 8 de los Idus de Noviembre, bajo el consulado de RICOMER y de CLEARco. [384.]

39. *Iidem AAA. ad* EUSIGNIUM (8) *P. P.* — Curiales, qui sese (9) privilegio domus nostrae defendi posse crediderint, ad curiam retrahantur, et (10) propriis functionibus mancipentur, et publica damna sarciant.

Dat. VIII. Kal. Ianuar. HONORIO NB. P. et EVODIO Conss. [386.]

39. *Los mismos Augustos á* EUSIGNIO, *Prefecto del Pretorio.* — Los curiales, que hubieren creído poderse defender con el privilegio de nuestra casa, sean reducidos á la curia, y sujetados á sus propias funciones, y resarzan los perjuicios públicos.

Dada á 8 de las Calendas de Enero, bajo el consulado del noble joven HONORIO y de EVODIO. [386.]

40. *Imppp.* VALENTINIANUS, THEODOSIUS *et* ARCADIUS *AAA.* (11) CYNEGIO *P. P.* — Quilibet principalium vel decurionum (12) vel decoctor pecuniae publicae vel fraudulentus in adscriptionibus illicitis vel immoderatus in exactione fuerit inventus, iuxta pristinam consuetudinem non solum a vobis (13), quibus propter loci dignitatem rerum summa commissa est, verum et (14) a iudicibus ordinariis plumbatarum ictibus subiiciatur.

Dat. die (15) Kal. April. Constantinop. VALENTINIANO A. III. et EUTROPIO Conss. [387.]

40. *Los Emperadores* VALENTINIANO, TEODOSIO *y* ARCADIO, *Augustos, á* CINEGIO, *Prefecto del Pretorio.* — Cualquier individuo principal ó decurión que hubiere sido descubierto como malversador de caudales públicos, ó defraudador en repartos ilícitos, ó inmoderado en la exacción, sea castigado con arreglo á la antigua costumbre no solamente por vosotros, á quienes por razón de la dignidad del lugar fué encomendada la totalidad de las cosas, sino también por los jueces ordinarios, á azotes con disciplinas emplomadas.

Dada en Constantinopla el día de las Calendas de Abril, bajo el tercer consulado de VALENTINIANO, Augusto, y el de EUTROPIO. [387.]

41. *Iidem AAA.* CYNEGIO *P. P.*— Decurio fortunam, quam nascendo meruit, suffragiis atque ambitione non mutet; et si vacare per senectutem potuerit, propter ordinationem, quae per plurimos cito definiri solet, curiam non relinquat (16).

Dat. prid. Non. Iul. Constantinop. VALENTINIANO A. III. et EUTROPIO Conss. [387.]

41. *Los mismos Augustos á* CINEGIO, *Prefecto del Pretorio.* — No altere con recomendaciones y con intriga el decurión la condición que obtuvo al nacer; y si pudiere eximirse por su senectud, no deje la curia á causa del desempeño de lo que por los más se suele terminar pronto.

Dada en Constantinopla á 1 de las Nonas de Julio, bajo el tercer consulado de VALENTINIANO, Augusto, y el de EUTROPIO. [387.]

42. *Imppp.* THEODOSIUS, ARCADIUS *et* HONORIUS *AAA.* ABUNDANTIO, *Comiti et Magistro utriusque militiae* (17).—Militaribus viris nihil sit commune cum curiis; nihil (18) sibi licitum sciant (19), quod suae non subiectum est potestati; nullum iniuria, nullum verbere (20), nullum gravi (21) pulsatione tribunus, dux ille an comes sit (22), curialem principalemve (23) contingat. Si quis posthac temerario et inconsiderato ausu ullum ex principalibus viris

42. *Los Emperadores* TEODOSIO, ARCADIO *y* HONORIO, *Augustos, á* ABUNDANCIO, *Conde y Maestre de una y de otra milicia.* — Nada tengan de común los varones militares con las curias; sepan que no les es lícito nada, que no esté sujeto á su potestad; no castigue el tribuno, sea él duque ó conde, con injuria, ó azotes, ó con grave corrección á ningún curial ó á ningún principal. Si desde ahora hubiere alguien con temerario é inconsiderado atrevi-

(1) Imppp. Valent., Theod. et Arcad. AAA., *Bk., bien, atendiendo á la cronología; pero véase Haenel. en la nota m. de la ley 104. C. Th. XII. 1.*
(2) Cynegio, *omitiendo* ad, *Cuyacio.*
(3) edatur, *el C. Theod.*; cedatur, *el ms. Hfn.*
(4) diffugiens, *el ms. Gl., y el C. Theod.*
(5) ingeniti, *var. l. en Azo.*
(6) eorum, *omítela el C. Theod.*
(7) aestimet, *Cuyacio, y el C. Theod.*
(8) Eusignio, *omitiendo* ad, *Cuyacio.*
(9) se, *Hal. y Cuyacio.*
(10) et ut, *el C. Theod., pero se debe enmendar* ut et.
(11) Iidem, *Bk. Vease la nota 1. de la ley 38. de este título.*
(12) si, *invertan Hal. y después los demas, contra los mms. Hfn. Gt., todos los códices de Russardo, la ed. Schf., y el C. Theod. El ms. Hfn. y la ed. Schf. intercalan* si *después de* publicae.
(13) nobis, *el ms. Hfn., y la ed. Schf.*
(14) et, *omítenla los mms. Hfn. Gt., la ed. Schf., y el C. Theod. ed. Godofr.*
(15) VI., *por* die, *prefiere substituir Haenel. en la nota u. de la ley 117. C. Theod. XII. 1.*
(16) derelinquat, *Cont. 71. Char. Pac. Sp.*
(17) Utriusque militiae, *se incluyen en el texto de la ley en el ms. Hfn.*
(18) *Los mms. Hfn. Gt., y el C. Theod.*; nihilque, *las ed.*
(19) sentiant, *Azo.*
(20) ubere, *var. l. gl.*
(21) gravi, *observa Azo que falta en otros.*
(22) *Los mms. Hfn. Gt. Rg. 1., los antiguos libros de Cuyacio y todos los de Russardo, y el C. Theod.*: dux ille sit aut comes sit, *el ms. Rg. 2.*; dux aut comes sit, *la ed. Schf.*; duxve aut comes, *Hal.*; duxve ille aut comes sit, *Russ. y los demás.*
(23) ve, *omítela el C. Theod.*

Digitized by Google

usurpata attrectaverit iniuria, sciat, se decem libris auri esse mulctandum.

Dat. prid. Kal. August. Constantinop. ARCADIO A. II. (1) et RUFINO Conss. [392.]

43. *Iidem AAA.* RUFINO *P. P.*—Omnes, qui curiali obstricti sanguine diversis se officiorum privilegiis et actuum praeiudiciis aggregarunt (2), reddendos muniis esse, non ambiges (3). Sed nec rescripta aut adnotationes ad munerum fugam prodesse permittimus.

Dat. prid. Id. April. Constantinop. THEODOSIO A. III. et ABUNDANTIO Conss. [393.]

44. *Iidem AAA.* RUFINO *P. P.*—Nullus solius (4) materni sanguinis vinculis illigetur, quia mulierum (5) infirmitas nunquam huiusmodi functionibus reddit obnoxios, a quibus ipsa habetur (6) immunis.

Dat. V. Id. August. Constantinop. THEODOSIO A. III. et ABUNDANTIO Conss. [393.]

45. [**46.**] *Impp.* ARCADIUS *et* HONORIUS *AA.* ENNOIO, *Proconsuli Africae.* — Nominationum forma vacillare non debet, si omnes, qui albo curiae detinentur (7), adesse non possunt, ne paucorum absentia, sive necessaria sive fortuita, debilitet, quod a maiore parte ordinis salubriter fuerit constitutum, quum duae partes ordinis in urbe positae totius curiae instar exhibeant.

Dat. XVII. Kal. Iun. Mediolano, OLYBRIO et PROBINO Conss. [395.]

46. [**45.**] *Iidem AA.* THEODORO *P. P.*—Ad subeunda patriae munera dignissimi et (8) meritis et facultatibus curiales (9) eligantur, ne tales forte (10) nominentur, qui functiones publicas (11) implere non possint.

Dat. IV. Kal. Octob. Mediolano (12), OLYBRIO et PROBINO Conss. [395.]

47. *Iidem AA.* CAESARIO *P. P.* — Curiales, qui honorariam adepti sunt comitivam (13), formidare debent eos, quorum sunt moderationi commissi, nec se existimare ideo meruisse (14) dignitatem, ut iudicum praecepta despiciant. Quodsi in eadem culpa perseverent (15), quinque librarum auri mulctae obnoxius subiugetur (16), honore quoque, quem prodiderit (17), spoliandus (18).

(1) *Asi Bk., y con razón;* I., *el C. Theod. y otros.*
(2) aggregaverunt, *Hal., y Cuyacio.*
(3) ambigas, *el C. Theod.*
(4) solis, *el ms. Hfn., y el C. Theod.*
(5) mulieris, *Hal. Russ., Cuyacio, y Cont. 63.*
(6) habeatur, *el C. Theod.;* habebatur, *la ed. Schf.*
(7) continentur, *el C. Theod.*
(8) *El ms. Hfn., y el C. Theod.;* et, *omítenla las ed.*
(9) curiales, *omítela el C. Theod.*
(10) nec huiusmodi, *la ley 148. C. Th. XII. 1.; pero, como en el texto, la ley 140. C. Theod. XII. 1.*
(11) debitas, *la ley 148. C. Th. XII. 1.;* pero publicas, *la ley 140. del mismo.*
(12) *Cuyacio, y la ley 148. C. Th. XII. 1.;* Dat. XIII. Kal. Febr., *Russ. y los demás según la ley 140. C. Theod. XII. 1.*

miento tratado á alguno de los varones principales habiendo empleado la injuria, sepa que habrá de ser multado en diez libras de oro.

Dada en Constantinopla á 1 de las Calendas de Agosto, bajo el segundo consulado de ARCADIO, Augusto, y el de RUFINO. [392.]

43. *Los mismos Augustos á* RUFINO, *Prefecto del Pretorio.* — No dudarás que han de ser restituídos á sus cargos todos los que ligados por el vínculo de sangre de curial se agregaron á los que tienen los diversos privilegios de los oficios y las prerrogativas de ciertas funciones. Y no permitimos que aprovechen para huir de los cargos los rescriptos ó las anotaciones.

Dada en Constantinopla á 1 de los Idus de Abril, bajo el tercer consulado de TEODOSIO, Augusto, y el de ABUNDANCIO. [393.]

44. *Los mismos Augustos á* RUFINO, *Prefecto del Pretorio.* — Nadie esté ligado por los solos vínculos de la sangre materna, porque la debilidad de las mujeres no hace nunca que nadie esté obligado á las funciones de esta naturaleza, de las que ellas mismas son consideradas inmunes.

Dada en Constantinopla á 5 de los Idus de Agosto, bajo el tercer consulado de TEODOSIO, Augusto, y el de ABUNDANCIO. [393.]

45. [**46.**] *Los Emperadores* ARCADIO *y* HONORIO, *Augustos, á* ENNOIO, *Proconsul de Africa.*—No debe quedar vacilante la forma de los nombramientos, si no pueden estar presentes todos los que se contienen en la lista de la curia, á fin de que por la ausencia de pocos, ora necesaria, ora fortuita, no se debilite lo que por la mayor parte de la corporación hubiere sido convenientemente dispuesto, puesto que dos partes de la corporación que se hallen en la ciudad representan lo mismo que toda la curia.

Dada en Milán á 17 de las Calendas de Junio, bajo el consulado de OLIBRIO y de PROBINO. [395.]

46. [**45.**] *Los mismos Augustos á* TEODORO, *Prefecto del Pretorio.* — Para desempeñar los cargos de su patria sean elegidos los curiales más dignos, así por sus méritos, como por sus facultades, no sea que acaso sean nombrados tales, que no puedan cumplir sus funciones públicas.

Dada en Milán á 4 de las Calendas de Octubre, bajo el consulado de OLIBRIO y de PROBINO. [395.]

47. *Los mismos Augustos á* CESARIO, *Prefecto del Pretorio.* — Los curiales que alcanzaron la dignidad honoraria de condes deben temer á aquellos á cuya autoridad estan sometidos, y no estimar que merecieron la dignidad para menospreciar las disposiciones de los jueces. Mas si perseverasen en la misma culpa, quedarán sujetos á la multa de cinco libras de oro, y deberán ser despojados también del honor que hubieren ostentado.

(13) *El ms. Hfn., Azo, y el C. Theod.;* dignitatem, *añaden las ed.*
(14) meminisse, *el ms. Hfn.*
(15) perseveret, *otros* perseverent, *Azo.*
(16) *Los mms. Hfn. Gt. Rg. 1 2., la ed. Schf., y el C. Theod.:* obnoxii subiugentur, *Hal y los demás. Véanse las notas siguientes*
(17) *Los mms. Gt. Rg. 1. 2.;* prodidit, *el ms. Hfn.:* perdidit, *la ed. Schf., y var. l. gl.;* prodit, *el C. Theod.;* prodiderint, *Hal. y los demás.*
(18) *Los mms. Hfn. Gt. Rg. 1. 2., la ed. Schf., y el C. Theod.:* spoliandi, *Hal. y los demás. Aquí dice la glosa: en unas partes se lee* obnoxius, *y todo lo demás en singular, y en otras* obnoxii *y lo siguiente en plural.*

Digitized by Google

Dat. IV. Kal. Ian. Constantinop. OLYBRIO et PROBINO Conss. [395.]

48. *Iidem AA.* FLORENTINO (1) *P. U.* — In successione curialium decernimus, ut, etiam si patres decesserint (2), teneatur agnatio.

Dat. XII. Kal. Ian. Mediolano, CAESARIO et ATTICO Conss. (3) [397.]

49. *Iidem AA.* THEODORO *P. P.* — Omnes, qui quolibet (4) curiae iure (5) debentur, cuiuscunque superstitionis sint, ad implenda munia (6) teneantur.

Dat. Id. Febr. (7) Mediolano, HONORIO A. IV. et EUTYCHIANO Conss. [398.]

50. *Iidem AA.* EUTYCHIANO *P. P.*—Omnes omnino curiales in originalibus ac debitis perpetuo curiis perseverent, et qui ex his ad provinciarum regimen atque administrationem qualibet fraude atque ambitione pervenerint, sciant, se non solum in sua curia remansuros, sed etiam (8) cunctis rursus ab exordio muneribus servituros.

Dat. VIII. Kal. Novemb. Constantinop. HONORIO A. IV. et EUTYCHIANO Conss. [398.]

51. *Iidem AA.* (9) MESSALAE *P. P.* (10). — Quamvis provisum fuerat congruae emendationis occursu, quemadmodum curiales, militiae nomine et honore suspenso, officiis redderentur, tamen, quia hoc callido consilio repererunt, ut, evitatis (11) provinciae suae finibus, tanquam his eorum tantum interdictus fuisset accessus, peregrinos expeterent (12) commeatus, ne diutius in perniciem curiarum latitandi spes (13) et solatia (14) eos impunitatis exacuant (15), horum cupiditatibus obviamus, ut ex eorum bonis, qui se vel prosecutioni (16) vel muniis civitatum interdictae dudum ambitione militiae vel qualibet fraude subtrahere conati fuerint (17), curiis, quas deseruerant, consulatur. Itaque si vocati edictis intra anni metas (hi tamen, qui manifestis curiae nexibus illigantur) latere potius, quam redire maluerint, sciant, post emensum annum, interpellatis provinciarum moderatoribus, ex facultatibus suis curiis, quas destituerunt (18), consulendum. Neque enim de immaturo praeiudicio temporis possunt brevitatem causari.

(1) **F orentio**, *Cont. Char. Pac.*; **Florentino P. U.**, *omitelas Russ.*

(2) **patres haec fugerint**, *el C. Theod. con muy diverso sentido.*

(3) *Russ. omite la indicación de la fecha.*

(4) *El ms. Hfn., Cuyacio, y la ley 157. C. Th. XII. I.*; **loco**, *insertan el ms. Gt., las ed. Schf. Hal. Russ., y Cont. 62.*; **modo**, *insertan Cont. 66. y los demás, y la ley 158. C. Th. XII. 1. Véanse los Paratitlos de la coll. const. eccl. I. 5. (Voëlli bibl. T. II. p. 1291.) que dicen: Ὅσοι βουλευτικῇ ὑπόκεινται τύχῃ.*

(5) **iuri**, *los mms. Hfn Gt., y las ed. Schf. Hal. Russ., contra el C. Theod.*

(6) *El ms. Hfn., y el C. Theod.*; **munera**, *las ed.*

(7) *Cuyacio, y la ley 157. C. Th. XII. I.*; **Sept.**, *Russ. Cont. y los demás, y la ley 158. C. Th. XII. 1.*

(8) *El ms. Hfn., las ed. Schf. Hal., Cuyacio, y Bk.*; **et**, *Russ. Cont y los demás.*

(9) *Cuyacio, Bk., y el C. Theod.*; **et Theod. A.**, *insertan Russ. y los demás.*

(10) **post alia**, *insertan según el C. Theod. Russ. Cont. y después los demás; pero con razón las omitió Cuyacio.*

6. *Imppp.* Gratianus, Valentinianus *et* Theodosius (3) *AAA.* Neoterio (4) *P. P.*— Si apparitor diffugerit (5) criminosus, edictum, quo revocari possit, adiecta conditione legibus subsequatur; cui nisi fuerit satisfactum, merito in latitantem a iudice pro qualitate peccati sententia proferetur (6). Veniam enim talibus non permittimus, nec indulgentiis crimina sublevamus.

Dat. prid. Id. Iun. Mediol. Arcadio A. I. et Bautone Conss. (7) [385.]

6. *Los Emperadores* Graciano, Valentiniano *y* Teodosio, *Augustos, á* Neoterio, *Prefecto del Pretorio.* — Si hubiere huído un alguacil criminal, publíquese en la forma establecida en las leyes edicto por el que pueda ser llamado; y si á éste no se hubiere obedecido, con razón se proferirá por el juez sentencia contra el que se oculta, con arreglo á la calidad del delito. Porque no concedemos venia para ellos, ni favorecemos los crímenes con indultos.

Dada en Milán á 1 de los Idus de Junio, bajo el primer consulado de Arcadio, Augusto, y el de Bauton. [385.]

7. *Imppp.* Valentinianus, Theodosius *et* Arcadius (8) *AAA.* Tatiano *P. P.* (9)— Ordinariorum iudicum apparitores, qui vel speculatorum vel ordinariorum attigerint gradum, nullo annorum numero, nulla stipendiorum contemplatione laxentur, priusquam primipili pastum digesta ratione compleverint. Quodsi ante debitum locum, qui huic functioni habetur obnoxius, vel aegri corporis labem vel defessae (10) senectutis extrema ad impetrandam quietem crediderit praetendenda, non prius otio condonetur, quam omne, quod primipilo debetur, expenderit.

§ 1.—Eos etiam, qui pro sceleribus suis soluto militiae cingulo addicuntur infamiae, ne (11) integro peculio sub hac occasione laetentur (12), ita condignae ultioni (13) volumus subiacere, ut functioni quoque, quae extremae (14) militiae debetur, nihil ex eorum facultatibus subtrahatur.

Dat. III. Non. Mai. Mediol. Timasio et Promoto Conss. (15) [389.]

7. *Los Emperadores* Valentiniano, Teodosio *y* Arcadio, *Augustos, á* Taciano, *Prefecto del Pretorio.* — Los alguaciles de los jueces ordinarios, que hubieren alcanzado el grado de exploradores ó de ordinarios, no sean licenciados por ningún número de años, ni por ninguna consideración de servicios, antes que con la debida cuenta hubieren cumplido el cargo del aprovisionamiento del primipilo. Pero si el que está considerado sujeto á esta función hubiere creído haber de alegar antes el lugar debido, ó la desgracia de la enfermedad de su cuerpo, ó lo avanzado de su cansada senectud, no sea agraciado con el descanso antes que haya pagado todo lo que se debe al aprovisionamiento del primipilo.

§ 1.—Y los que despojados del cíngulo de su milicia por sus delitos son sometidos á infamia, para que con esta ocasión no se regocijen con el disfrute de todo su peculio, queremos que queden sujetos al condigno castigo de tal suerte, que ni tampoco á la función que se debe al último cargo de la milicia se le prive de nada de los bienes de aquéllos.

Dada en Milán á 3 de las Nonas de Mayo, bajo el consulado de Timasio y de Promoto. [389.]

8. *Impp.* Arcadius *et* Honorius *AA.* (16) Euthymio, *Vicario Asiae* (17).—Speciebus (18) primipilaribus adaerandis (19) eadem pretiorum taxatio servetur, quae in venalibus publicis poterit reperiri.

Dat. V. Kal. Mart. Constantinop. Arcadio IV. et Honorio III. AA. Conss. (20) [396.]

8. *Los Emperadores* Arcadio *y* Honorio, *Augustos, á* Eutimio, *Vicario de Asia.*—Para las especies que se han de dar valuadas á los primipilares obsérvese la misma tasa de precios, que se pudiere hallar en los mercados públicos.

Dada en Constantinopla á 5 de las Calendas de Marzo, bajo el cuarto consulado de Arcadio y el tercero de Honorio, Augustos. [396.]

9. *Iidem AA.* (21) Clearcho, *P. P. Illyrici* (22).

9. *Los mismos Augustos á* Clearco, *Prefecto del*

(1) careant, *los mms. Hfn., y las ed. Schf. Hal. Russ. Cont. 62., pareciendole bien esta lectura á Godofredo; pero según dice Russ. al margen, en muchos y en los mejores códices se lee* pareant, *que se halla confirmada en el C. Theod.*
(2) *Hal. Cont. Char. Pac. omiten la indicación de la fecha.*
(3) Valent. Theod. et Arcad. AAA., *Bk., con arreglo á los fastos, pero contra el C. Theod.; tambien el ms. Hfn. dice* Imp. Grat. A.; Impp. Honor. et Theod. AA., *Hal. Russ.*
(4) *Bk. con el C. Theod.;* Neotherio, *Cuyacio, Cont. 66. y los demás;* Neot. P. P., *omitenlas Hal. Russ. Cont. 62.*
(5) *El ms. Hfn., las ed. Schf. Cuy., Azo, y el C. Theod.;* defugerit, *Hal. y los demás.*
(6) proferatur, *los mms. Hfn. Gt., las ed. Schf. Hal. Russ. Cont. 62., y Azo.*
(7) *Hal. Russ. Cont. omiten la indicación de la fecha.*
(8) Iidem, *Bk. (vease la nota 3. de la ley anterior;* pero Imp. Val., *el ms. Hfn.;* Imp. Theodos. A., *Hal. Russ.*
(9) Tatiano P. P., *omitenlas Hal. Russ. Cont. 62.*
(10) defensae, *el ms. Hfn.*
(11) nec, *el ms. Gt., y las ed. Schf. Hal. Cuy. Russ., contra el C. Theod. y el ms. Hfn.*
(12) laetantur, *Hal.*
(13) *El ms. Hfn., las ed. Schf. Cuy., y el C. Theod.;* eos, *insertan Hal. y los demás.*
(14) extrema, *Cuyacio, Bk., y el C. Theod., en el que despues se lee* debebatur.
(15) *Hal. Russ Cont omiten la indicación de la fecha.*
(16) Imp. Valentin. A., *Hal. Russ.*
(17) Eyth. Vic. As., *omitenlas Hal. Russ. Cont. 62.*
(18) In speciebus *Bk. según el C. Theod.*
(19) adimendis, *unos, y otros* adhaerendis, *según la glosa.*
(20) *Hal. Russ. Cont. omiten la indicación de la fecha.*
(21) Idem Aug. et Martianus A., *Hal. Russ.*
(22) *Cuyacio (ed. Fabrot.), en el que por errata se lee* Cleatcho, *y Bk.;* Clearcho—Illyr., *omitenlas los demás.*

Digitized by Google

—Per Illyricum, in quo plurima ac maxima necessitatum publicarum emolumenta officiis constat praesidalibus expediri, centeni numero singulis iudicibus obsecundent; nec ultra hunc modum vel ad militiam ullus adspiret, vel conniventia iudicum perseveret. Adhibendi autem sunt ad huiusmodi ministeriorum obsequia non illi, qui vano militiae nomine immania (1) lucra sectentur, sed qui necessitatem officii sollicitudinibus debitis exsequantur.

Pretorio de Iliria. — En la Iliria, donde es sabido que se encomiendan á los oficios del presidente los más numerosos y más importantes servicios de las necesidades públicas, estén en número de ciento al servicio de cada uno de los jueces; y excediendo de este límite no aspire ninguno á esta milicia, ó no continúe en ella por connivencia de los jueces. Mas deben ser destinados á la prestación de tales servicios no los que con el vano nombre de la milicia persigan lucros excesivos, sino los que cumplan la obligación del oficio con la debida solicitud.

10. *Iidem AA. et* THEODOSIUS *A.* ANTHEMIO *P. P.* (2) — Quicunque (3) chartas vel tabulas vel quodcunque aliud ministerium cohortalis optaverit, non ante accedere permittatur, nisi eius nomen matriculis receptum primitus fuerit; poena proposita his, qui contra statuta coelestia crediderint suscipiendos aliquos, aut quodlibet eis officium iniungendum.

10. *Los mismos Augustos y* TEODOSIO, *Augusto, á* ANTEMIO, *Prefecto del Pretorio.* — Al que hubiere solicitado el cargo de las cartas ó de las tablas, ú otro cualquier servicio de cohortal, no se le permita que lo alcance antes, sino si primeramente hubiere sido admitido su nombre en las matrículas; quedando establecida pena para los que contra las imperiales disposiciones hubieren creido haber de admitir á algunos, ó haberles de encomendar cualquier oficio.

Dat. XVI. Kal. April. Constantinop. DD. NN. HONORIO VII. et THEODOSIO II. AA. Conss. (4) [407.]

Dada en Constantinopla á 16 de las Calendas de Abril, bajo el séptimo consulado de HONORIO y el segundo de TEODOSIO, señores nuestros, Augustos. [407.]

11. *Impp.* HONORIUS *et* THEODOSIUS *AA.* ANTHEMIO *P. P.* (5) — Si quis ex grege cohortalinorum urgente criminis insectatione stipendiis fuerit exemtus, aut otio (6) traditus quietis artibus immoretur, aut si ad pristina sacramenta precum miseratione maluerit repedare, indultum nostrae maiestatis oraculum amplissimae tuae sedi offerat allegandum.

11. *Los Emperadores* HONORIO *y* TEODOSIO, *Augustos, á* ANTEMIO, *Prefecto del Pretorio.* — Si alguno del cuerpo de cohortales hubiere sido excluido de los estipendios por apremiante persecución de un delito, ó dejado en la ociosidad viviese en las ocupaciones de la cesantía, ó si hubiere preferido volver por conmiseración á sus súplicas á su antiguo servicio, ofrezca que ha de presentarle á tu amplísima sede la autorización concedida por nuestra majestad.

Dat. XIII. Kal. Mart. Constantinop. HONORIO X. et THEODOSIO VI. AA. Conss. (7) [415.]

Dada en Constantinopla á 13 de las Calendas de Marzo, bajo el décimo consulado de HONORIO y el sexto de TEODOSIO, Augustos. [415.]

12. *Impp.* THEODOSIUS *et* VALENTINIANUS *AA.* ISIDORO *P. P.* (8) — Si cohortalis apparitor aut obnoxius cohorti ad ullam (9) adspiraverit dignitatem, spoliatus omnibus impetrati honoris insignibus, ad statum pristinum revocetur; liberis etiam in tali eius conditione susceptis fortunae patriae mancipandis.

12. *Los Emperadores* TEODOSIO *y* VALENTINIANO, *Augustos, á* ISIDORO, *Prefecto del Pretorio.* — Si un alguacil cohortal ó uno que esté sujeto á la cohorte hubiere aspirado á alguna dignidad, sea reducido á su primitivo estado, despojado de todas las insignias del honor impetrado; habiendo de ser reclamados para la condición del padre los hijos tenidos durante tal condición del mismo.

§ 1.—Quodsi quis ex his ausus fuerit ullam affectare militiam, nulla praescriptione temporis muniatur, praeter eam scilicet, quae ex quadraginta (10) annis colligitur, sed ad conditionem propriam retrahatur, ne (11) ipse vel liberi eius (12), post talem ipsius statum procreati, quod cohorti debetur, valeant declinare.

§ 1.—Mas si alguno de éstos se hubiere atrevido á ostentar alguna milicia, no sea amparado con ninguna prescripción de tiempo, exceptuada, por supuesto, la que se deriva de cuarenta años, sino que sea reducido á su propia condición, de suerte que ni él ni sus hijos, procreados después de tal estado del mismo, puedan excusarse de lo que se le debe á la cohorte.

§ 2.—Sed nec ad aliam cohortalinus vel cohortalini filius audeat adspirare fortunam, cui maiorum suorum exempla praeiudicant.

§ 2.—Mas no se atreva á aspirar á otra condición el cohortal ó el hijo del cohortal á quien le perjudican los antecedentes de sus antepasados.

§ 3.—Sed etiam cunctos, qui diversarum rerum negotiationibus detinentur, trapezitas scilicet, vel gemmarum argentique vestiumve (13) venditores, apothecarios etiam, caeterosque institores aliarum

§ 3.—Pero mandamos que también sean excluidos de los oficios provinciales todos los que se dedican al comercio de las diversas cosas, á saber, los banqueros, los vendedores de pedrería, de pla-

(1) inania, *var. l. gl.*
(2) Idem Aug., *inscriben Hal. Russ. Cont. 62.*
(3) ad, *insertan Cuyacio, Bk., y el C. Theod.*
(4) *Hal. Russ. Cont. omiten la indicación de la fecha.*
(5) Imp. Leo A., *inscriben Hal. Russ.*; Anthemio P. P., *omitelas Cont. 62.*
(6) optio, *el ms. Hfn.*
(7) *Hal. Russ. Cont. omiten la indicación de la fecha.*
(8) Imp. Zeno A., *inscriben Hal. Russ.*
(9) posthac, *inserta el C. Theod.*
(10) *El ms. Hfn., un antiguo códice de Conclo, la ed. Schf., y Cuyacio*; lx, *el ms. Gt.*; triginta, *Hal. y los demás*; praeter eam — colligitur, *omitelas el C. Theod.*
(11) *Los mms. Hfn. Gt., la ed. Schf., y el C. Theod.*; nec *Hal. y los demás.*
(12) eius, *omitenlas los mms. Hfn. Gt., y la ed. Schf.*
(13) ve, *omitenla los mms. Hfn. Gt., y la ed. Schf.*; et vestium, *Hal., Cuyacio, y Bk.*

Digitized by Google

inercium quibuscunque ergasteriis adhaerentes, iubemus a provincialibus officiis removeri, ut omnis honor atque militia a (1) contagione huiusmodi segregetur.

Dat. III. Non. April. Constantinop. ISIDORO et SENATORE Conss. (2) [436.]

13. *Iidem AA.* FLORENTIO *P. P.* (3) — Nullum ex-primipilaribus, nullum ex-principe (4) cohortalis officii vel ad aliam posse militiam adspirare, vel ministeriis sibi contra publicam utilitatem blandiri, vel ad quamlibet aliam dignitatem ad praeiudicium (5) praeteriti status accedere concedimus. Quodsi contra hanc tam (6) saluberrimam formam vel responsa coelestia quaedam militia aut dignitas audacter eliciatur, pro ingestis haberi, etiamsi speciali adnotatione nostrae indulgentiae eam obtinuisse videatur, nec assertionem ei quoquo modo patere, qui se memoratis artibus publicae studet commoditati subtrahere, sed statim civitatis, unde oriundus est, curiae tradi praecipimus.

14. *Imp.* LEO *A.* CONSTANTINO *P. P.* (7) — Quisquis cohortalibus adhuc obsequiis obligatus vel regimen provinciae, vel cingulum cuiuslibet militiae dignitatisve quoquo modo meruerit, ante omnia contra licitum usurpatis impetratisve careat, etiamsi ultronea nostra liberalitate ius gerendae provinciae vel militiae seu dignitatis (8) cuiuspiam sibi iactaverit fuisse delatum. Dehinc universis solatiis conditionis, quam spreverat (9), defraudatus, ne quid eorum omnino per se vel per interpositam personam possit acquirere, primipili tantum munus implere cogatur; mox curialibus civitatis, in qua natus est, in diem vitae suae functionibus inhaesurus, ita scilicet, ut etiam hi, qui post impletam talem militiam quodlibet militiae dignitatisve genus affectaverint, curiae patriae suae restituantur.

Dat. VI. Kal. Ian. (10) Constantinop. LEONE A. IV. et PROBIANO Conss. [471.]

TIT. LIX [LVIII]

DE APPARITORIBUS PRAEFECTI ANNONAE

1. *Imppp.* VALENS, GRATIANUS *et* VALENTINIANUS *AAA.* (11) *ad* RUFINUM *P. U.* (12) — Apparitores urbanae praefecturae annonario officio sese non inserant (13), sed apparitorum aemulatione secreta, ministerio suo annonae praefectura fungatur (14).

ta ó de vestidos, también los boticarios, y los demás comerciantes de otras mercancías establecidos en cualesquiera talleres, á fin de que todo cargo honorífico y la milicia estén separados de tal contagio.

Dada en Constantinopla á 3 de las Nonas de Abril, bajo el consulado de ISIDORO y de SENATOR. [436.]

13. *Los mismos Augustos á* FLORENCIO, *Prefecto del Pretorio.* — No permitimos que ningún exprimipilar, ni ningún exprincipal del oficio cohortal pueda aspirar á otra milicia, ó consagrarse á servicios contra la pública utilidad, ó pretender otra cualquier dignidad en perjuicio de su precedente estado. Mas si contra esta tan saludable disposición ó contra las respuestas imperiales se obtuviera audazmente alguna milicia ó dignidad, sea considerada como no alcanzada, aunque aparezca que la obtuvo por especial decreto marginal de nuestra indulgencia, y no le quede de ningún modo expedita la vindicación al que con las mencionadas artes procura substraerse á las conveniencias públicas, sino que mandamos que inmediatamente sea entregado á la curia de la ciudad, de que es oriundo.

14. *El Emperador* LEON, *Augusto, á* CONSTANTINO, *Prefecto del Pretorio.*—Cualquiera que estando todavía obligado á los servicios cohortales hubiere obtenido de cualquier modo ó el gobierno de una provincia, ó el cíngulo de cualquier milicia ó dignidad, sea privado ante todo de lo usurpado ó impetrado contra lo que es lícito, aunque se jactare de que por voluntaria liberalidad nuestra se le confirió el derecho de gobernar una provincia ó de ostentar una milicia ó dignidad cualquiera. Y privado después de todos los emolumentos de la condición que había despreciado, de suerte que ni por sí ni por interpuesta persona pueda adquirir nada absolutamente de aquéllos, sea obligado á desempeñar solamente el cargo de primipilo; habiendo de quedar sujeto desde luego hasta el término de su vida á las funciones curiales de la ciudad en que nació, de modo que aun los que después de desempeñada tal milicia ostentaren otro cualquier género de milicia ó de dignidad, sean restituídos á la curia de su patria.

Dada en Constantinopla á 6 de las Calendas de de Enero, bajo el cuarto consulado de LEON, Augusto, y el de PROBINO. [471.]

TÍTULO LIX [LVIII]

DE LOS ALGUACILES DEL PREFECTO DE LAS ANNONAS

1. *Los Emperadores* VALENTE, GRACIANO *y* VALENTINIANO, *Augustos, á* RUFINO, *Prefecto de la Ciudad.*—No se inmiscuyan los alguaciles de la prefectura urbana en el oficio de las annonas, sino que desempeñe la prefectura de las annonas su ministerio, con la independiente emulación de sus alguaciles.

(1) a, *omitenla los mms. Hfn. Gt., las ed. Schf. Hal., y Cuyacio.*
(2) *Hal. Russ. omiten la indicación de la fecha. Concio la tomó sin duda de la ley 55. C X. 31.*
(3) Florentio P. P., *omitenlas Hal. Russ. Cont. 62*; Idem Aug., *Hal. Russ.*
(4) *En las palabras* ex-primipilaribus *y* ex-principe, *suprimen el guión las demás ed.*
(5) apud iudicium, *todos los libros de Russardo.*
(6) tam, *omitenla el ms Hfn., y la ed. Schf.*
(7) Const. P P., *omitenlas Hal. Russ. Cont. 62.*; Imp. Anastas. A., *Hal. Russ.*
(8) *Los mms. Hfn. Gt., y la ed. Schf.*; vel dignitatis, *los demás.*
(9) speraverat, *el ms. Hfn., y las ed. Schf. Hal.*
(10) VII. Id. August., *la ley 13. C. I. 40. Hal. Russ. Cont. omiten la indicación de la fecha.*
(11) Imp Antonin. A., *Hal. Russ.*
(12) *La ley 3. C. I. 28., Bk., y el C. Theod. ed. Haenel. (erradamente Wenck.* ad Ruf. Pompeium; Rufino P. P., *Cuyacio (ed. Fabrot.); el nombre y la dignidad omitenlos los demás.*
(13) inferant, *el ms. Hfn., y todos los libros de Russardo*; ingerant, *la ed. Schf.*
(14) *El ms. Hfn., Bk., y el C. Theod.*; praefecturae fungantur, *las demás ed.*; praefecturae, *unos, y otros* praefectura, *según Azo.*

Digitized by Google

Dat. III. Id. Iul. VALENTE V. et VALENTINIANO AA. Conss. (1) [376.]

Dada á 3 de los Idus de Julio, bajo el quinto consulado de VALENTE y el de VALENTINIANO, Augustos. [376.]

2. *Impp.* ARCADIUS *et* HONORIUS *AA.* (2) MESSALAE *P. P.* (3)—Praefectus annonae canonem, qui ad officium suum pertinet, per compulsores suos exigat, et cum (4) officio suo retineatur obnoxius, qui ad implendum canonem devotionis suae exactionem non ostenderit.

2. *Los Emperadores* ARCADIO *y* HONORIO, *Augustos, á* MESSALA, *Prefecto del Pretorio.*—Exija el prefecto de las annonas el cánon, que á su oficio le pertenece, por medio de sus recaudadores, y quede responsable con su oficio el que no hubiere demostrado la exacción de su cometido para cubrir el cánon.

TIT. LX [LIX]

DE DIVERSIS OFFICIIS ET APPARITORIBUS IUDICUM (5) ET PROBATORIIS EORUM

1. *Imppp.* VALENTINIANUS, VALENS *et* GRATIANUS *AAA.* SEVERO, *Magistro militum* (6). — Si quando praefectus praetorio vel vicarius aut rector provinciae significaverit, eum, qui chartis ac ratiociniis publicis invenitur obnoxius, ad praepositurarn (7) castri ac militum transiisse, retractus illi assignetur officio, a (8) quo ad necessitatem praestandi ratiocinii devocatur; in (9) reiecti vero locum is potissimum destinetur, cui meritorum (10) adstipulentur (11) insignia.

Dat. X. Kal. Ianuar. GRATIANO A. II. et PROBO Conss. (12) [371.]

TÍTULO LX [LIX]

DE LOS DIVERSOS OFICIOS Y DE LOS ALGUACILES DE LOS JUECES Y DE SUS CREDENCIALES

1. *Los Emperadores* VALENTINIANO, VALENTE *y* GRACIANO, *Augustos, á* SEVERO, *Maestre militar.*—Cuando el prefecto del pretorio, ó un vicario ó un gobernador de provincia hubiere manifestado que el que se halla siendo responsable de documentos y de cuentas públicas pasó á la prepositura de un campamento y de los militares, sea, habiendo sido separado, destinado al oficio por el que es llamado para la necesidad de llevar las cuentas; pero en lugar del dimitido sea nombrado preferentemente aquel á quien recomiendan las excelencias de sus méritos.

Dada á 10 de las Calendas de Enero, bajo el segundo consulado de GRACIANO, Augusto, y el de PROBO. [371.]

2. *Impppp.* GRATIANUS, VALENTINIANUS, THEODOSIUS *et* ARCADIUS *AAAA.* (13) EUSIGNIO *P. P.* (14) — Nullus ex his, quos claruerit militia resolutos, indebita denuo sacramenta sine Augusti (15) affatibus suscipiat. Si quis autem id per obreptionem forte meruerit, quinque librarum auri mulctetur incommodo.

Dat. prid. Id. Iul. Mediol. HONORIO NB. P. et EVODIO Conss. (16) [386.]

2. *Los Emperadores* GRACIANO, VALENTINIANO, TEODOSIO *y* ARCADIO, *Augustos, á* EUSIGNIO, *Prefecto del Pretorio.* — Ninguno de aquellos que apareciere que fueron separados de la milicia, vuelva de nuevo indebidamente al servicio sin autorización del Augusto. Mas si alguno hubiere acaso obtenido esto subrepticiamente, sea castigado con la multa de cinco libras de oro.

Dada en Milán á 1 de los Idus de Julio, bajo el consulado del noble joven HONORIO y de EVODIO. [386.]

3. *Iidem AAAA.* (17) EUSIGNIO *P. P.* (18)—Nullus apparitor amplitudinis tuae vel de officiis palatinis ad eam provinciam, ex qua oriundus est, vel in qua collocaverit larem, vel qui iam in huiusmodi officio fuerit commoratus (19), obtentu publicae necessitatis vel exsecutor privati negotii dirigatur. Etenim officii tuae celsitudinis primiscrinius tres libras auri fisci utilitatibus sine dilatione persolvet, si statuta fuerint temerata; apparitor vero, qui huic se muneri passus est deputari, militia spoliabitur. Haec vero poena etiam caeteris irrogata est, ut, si domesticus aut protector aut (20) strator (21) vel agens in rebus vel palatinus utriusque officii

3. *Los mismos Augustos á* EUSIGNIO, *Prefecto del Pretorio.* — No sea enviado, so pretexto de necesidad pública ó como ejecutor de un negocio privado, ningún alguacil de tu excelencia ó de los oficios palatinos á la provincia de que es oriundo, ó en la que hubiere establecido su domicilio, como tampoco el que ya hubiere desempeñado el mismo oficio. Porque el primer oficial de la oficina de tu excelsitud pagará sin dilación tres libras de oro en provecho del fisco, si hubieren sido infringidas estas disposiciones; mas el alguacil que consintió ser designado para este cargo, será despojado de su milicia. Mas esta pena ha sido establecida también

(1) *Esta indicación de la fecha fué puesta por Bk. conforme al C. Theod.*
(2) Imp. Constant. A., *Hal Russ.*
(3) *Cuyacio (ed. Fabrot.), y Bk.;* Messalae P. P., *omitenlas los demás.*
(4) in, *el ms. Hfn., y la ed. Schf.*
(5) iudicum, *omitela el C. Theod. VIII. 4. en la rúbrica.*
(6) Sev. Mag. mil., *omitelas Cont. 62.;* Imp. Constant. A., *inscriben Hal. Russ.*
(7) *Cuyacio, Bk., y el C. Theod.:* praepositum, *los demás; pero también parece que Azo halló* praeposituram.
(8) a, *omitenla el ms Gt., y los códices de Russardo.*
(9) tamen in, *el C. Theod.*
(10) multorum, *la ed. Schf;* memoratorum, *unos, y otros* meritorum, *según Azo.*
(11) *Var. l. en Azo, y el C. Theod.;* stipulentur, *el ms. Hfn.;* assignantur, *la ed. Schf.;* assignentur vel stipulentur, *el ms. Gt.;* adstipulantur, *Hal. y los demás.*
(12) *Hal. Russ. Cont. omiten la indicación de la fecha.*

(13) Imp. Constantius A., *inscribe Hal.;* Impp. Constantinus, A., *inscribe Russ.:* Arcadius, *omitela Cont. 62.;* Gratianus, *omitela Bk. Pero también en el ms. Hfn. se lee* Imp. Grat. A.
(14) Eusignio P. P., *omitenlas Hal. Russ. Cont 62.*
(15) augustis, *el ms. Gt., y Bk., cuya locución es más usada;* sine August. affat., *omitelas el C. Theod.*
(16) *Hal. Russ. Cont. omiten la indicación de la fecha.*
(17) *Cuyacio, y Cont. 66. 76.;* Iid. Augusti, *Cont. 71. Char Pac.;* Iidem AAA., *Sp Bk.;* Idem A. et Iulian. C., *Hal. Russ.* Iidem AAA. et Iulian. C., *Cont. 62.*
(18) Eusignio P. P., *omitelas Hal.;* Eusignio, *omitenla Russ. Cont. 62.*
(19) vel qui - commoratus, *omitelas el C. Theod.; fueron añadidas, según Cuyacio, tomándolas de la ley 8. C. I. 40.*
(20) aut, *omitenla el ms. Gt., y el C. Theod.;* seu, *parece que se halla en el ms. Hfn.*
(21) *El ms. Hfn., todos los libros de Russardo, la ed. Schf., y el C. Theod.;* stator, *Hal. y los demás. Pero cease c. tit. C. XII. 25.*

Digitized by Google

vel ad eandem (1) provinciam, in qua natus est, vel ad eam, in qua collocaverit larem, cum huiusmodi usurpatione perrexerit, matriculis quidem exemtus ipse, qui se voluerit (2) mitti, auri libram unam fisci viribus (3) inferre cogatur (4), adiutores vero officiorum (5) palatinorum ac numerarii comitum illustrium virorum sive actuarii libram (6) fisci viribus (7) solvant (8), nisi statuta fuerint custodita.

Dat. II. (9) Non. Decemb. Mediol. HONORIO NB. P. et EVODIO (10) Conss. [386.]

para los demás, á fin de que si un doméstico ó un protector ó un palafranero ó un agente de cosas ó un palatino del uno y del otro oficio hubiere marchado con tal cargo indebido á la misma provincia en que nació, ó á aquella en que hubiere establecido su domicilio, habiendo sido excluído de las matrículas el mismo que hubiere querido ser enviado, sea obligado á pagar á los recursos del fisco una libra de oro, y paguen los auxiliares de los oficios palatinos y los numerarios de los ilustres varones condes ó los actuarios una libra á los fondos del fisco, si no hubieren sido guardadas estas disposiciones.

Dada en Milán á 2 de las Nonas de Diciembre, bajo el consulado del noble joven HONORIO y de EVODIO. [386.]

4. *Imppp.* THEODOSIUS, ARCADIUS *et* HONORIUS *AAA.* (11) SILVANO, *Duci et Correctori limitis Tripolitani* (12). — Qui vel exiguam (13) rei familiaris substantiam habent, militare in apparitorum numero non vetentur.

Dat. VI. Kal. April. Constantinopoli, THEODOSIO A. III. et ABUNDANTIO Conss. (14) [393.]

4. *Los Emperadores* TEODOSIO, ARCADIO *y* HONORIO, *Augustos, á* SILVANO, *Duque y Corregidor de la frontera Tripolitana.*—No se veda que militen en el número de los alguaciles los que tienen muy pequeña cantidad de bienes familiares.

Dada en Constantinopla á 6 de las Calendas de Abril, bajo el tercer consulado de TEODOSIO, Augusto, y el de ABUNDANCIO. [393.]

5. *Impp.* HONORIUS *et* THEODOSIUS *AA.* GRACCHO *P. U.* (15) — Quicunque apparitores ob culpam vel negligentiam fuerint iudicato discincti (16), ad (17) nullam militiam habeant facultatem adspirandi; nec ex rescripto his ullus aditus reseretur, quos congruit poenae gravissimae subiugari, si contra inhibita quoque sacratissimis constitutis adspirare praesumserint (18).

Dat. VIII. Kal. Aug. Ravenna, HONORIO X. et THEODOSIO VI. AA. Conss. (19) [415.]

5. *Los Emperadores* HONORIO *y* TEODOSIO, *Augustos, á* GRACO, *Prefecto de la Ciudad.*— Cualesquiera alguaciles que hubieren sido privados del cíngulo por sentencia por causa de culpa ó negligencia, no tengan facultad para aspirar á ninguna milicia; y ni aun por rescripto se les deje recurso alguno á éstos, los que es conveniente que sean sometidos á gravísima pena, si hubieren pretendido aspirar á aquélla contra lo prohibido por sacratísimas disposiciones.

Dada en Rávena á 8 de las Calendas de Agosto, bajo el décimo consulado de HONORIO y el sexto de TEODOSIO, Augustos. [415.]

6. *Impp.* THEODOSIUS *et* VALENTINIANUS *AA.* HIERIO *P. P.* (20) — In his officiis, id est virorum spectabilium proconsulis Asiae, comitis Orientis, praefecti augustalis et vicariorum, quos etiam nonuimus sub viginti (21) interminatione librarum auri, nemo aliter admittatur, nisi eum emissa sacri scrinii (22) probatoria consecraverit (23). Quodsi quis talis (24) sub tua fuerit iudicatione (25) convictus, profecto irritis his, quae vetita contrectavit (26), etiam congruam indignationem incurret.

6. *Los Emperadores* TEODOSIO *y* VALENTINIANO, *Augustos, á* HIERIO, *Prefecto del Pretorio.* — En estos oficios, esto es, en los de los respetables varones proconsul del Asia, conde del Oriente, prefecto augustal y vicarios, á los que también les prevenimos con la amenaza de veinte libras de oro, no sea nadie admitido de otro modo, sino si lo hubiere consagrado credencial expedida de la sacra secretaría. Mas si juzgándolo tú alguno hubiere sido convicto de tal cosa, quedando á la verdad invalidado lo que hizo estando vedado, incurrirá también en la pena correspondiente.

(1) eam, *el C. Theod.*
(2) voluit, *la ed. Schf., y el C. Theod.*
(3) *Cuyacio, Bk., y el C. Theod.:* iuribus, *los demás. Véase Cuyacio Obss. XXVIII. 1.*
(4) cogetur, *los mms. Hfn. Gt., todos los libros de Russardo, Hal., Cuyacio, y el C. Theod. ed. Godofr.*
(5) *Los mms. Hfn. Gt., las ed. Schf. Bk., y el C. Theod.;* et, *insertan Hal. y los demás.*
(6) *Los mms. Hfn. Gt., Cuyacio, y el C. Theod.;* auri, *insertan las ed. Schf. Hal. y las demás.*
(7) *El ms. Gt, Cuyacio, Bk., y el C. Theod.;* iuribus, *los demás. Véase la nota 3.*
(8) solvent, *Hal. y Cuyacio.*
(9) III., *el C. Theod., y Bk.*
(10) V. C., *inserta el C. Theod.; Hal. Russ. Cont. omiten la indicación de la fecha.*
(11) Imp. Iulian. A., *inscriben Hal. Russ.*
(12) *Así, según el C. Theod.;* Silum duci, *poniendo un asterisco para indicar una laguna, Cuyacio (ed. Fabrot.). Ningún editor vió que esta ley dimanó de la 133. C. Theod. XII. 1., y de ahí la laguna.*
(13) Vel qui exig., *Cuyacio:* Qui vero nullam, *el C. Theod.*
(14) *La indicación de la fecha fué puesta conforme al C. Theod.*
(15) Gracchо P. U., *omítelas Cont. 62.;* Imppp. Grat. Valent. et Theod. AAA., *inscriben Hal. Russ.*
(16) districti, *los mms. Hfn. Gt., Hal. Russ. Cont. 62., y Azo;* astricti, *la ed. Schf.;* destracti, *el ms. Rg. 1.*
(17) *Los mms. Hfn. Gt., las ed. Schf. Hal. Cuy. Bk., y el C. Theod.;* iam ad, *Russ. Cont. y los demás.*
(18) *Así Bk. conforme al C. Theod., aceptándolo Cuyacio en el comentario;* contempserint, *los demás. Que la lectura fué diversa en los códices se colige de lo que dice Azo, según el cual* contempserint *escriben unos, y otros* tentaverint.
(19) *Hal. Russ. Cont. omiten la indicación de la fecha.*
(20) Hierio P. P., *omítelas Cont. 62.;* Impp. Arcad. et Honor. AA., *inscriben Hal. Russ., pero añadiendo* P. P.
(21) *Los mms. Hfn. Gt., las ed. Schf. Cuy., y el C. Theod.;* triginta, *Hal. y los demás.*
(22) ex sacris scriniis, *el C. Theod.*
(23) consecraret, *el ms. Hfn.;* consecrarit, *el C. Theod., y var. l. en Azo.*
(24) talis, *omítenla todos los libros de Russardo, el ms. Gt., y la ed. Schf.*
(25) *El ms. Hfn., las ed. Schf. Hal. Cuy. Bk., el C. Theod., y la ley 7. C. XII. 50.;* abdicatione, *Russ. Cont. y los demás;* adiudicatione, *el ms. Gt.*
(26) *El ms. Gt., las ed. Schf. Hal. Cuy. Bk., el C. Theod., y la ley 7. C. XII. 50.;* contractavit, *el ms. Hfn.;* contrectaverit, *Russ. Cont. y los demás.*

Digitized by Google

Dat. X. Kal. Iul. Nicomediae, DD. NN. Theodosio XII. et Valentiniano II. AA. Conss. (1) [426.]

Dada en Nicomedia á 10 de las Calendas de Julio, bajo el décimo segundo consulado de Teodesio y el segundo de Valentiniano, señores nuestros, Augustos. [426.]

7. *Iidem AA.* Anatolio, *Magistro militum* (2)— Ad splendidioris privilegia militiae, posteaquam priorem continuo labore compleverint, eos venientes admittemus (3), qui ea voto adipiscendi honoris crediderint expetenda, non eos, qui (4) studio exercendae cupiditatis ambierint (5), ut velut (6) in meliore fortuna positi aut ea scelera, quae prius commisisse doceantur, occultent, aut alia deinceps possint impune committere.

7. *Los mismos Augustos á* Anatolio, *Maestre militar.* — Después que hubieren desempeñado con contínua laboriosidad su anterior empleo, admitiremos á los que acudan á los privilegios de mejor dotada milicia, que hubieren creído haberlos de solicitar con el deseo de alcanzar un honor, no á los que los ambicionaren con el propósito de satisfacer su codicia, para que como colocados en mejor posición, ú oculten los delitos que se demuestre que cometieron antes, ó puedan cometer después otros impunemente.

8. *Impp.* Leo *et* Zeno *AA.* (7) Ioanni (8), *Magistro officiorum.*—Viros spectabiles duces eorumque apparitores, nec non limitaneos castrorumque praepositos tantummodo ex sublimis tui iudicii sententia conveniri, nec aliis subiacere iudicibus praecipimus; illustribus scilicet ac magnificis viris magistris militum consuetudine ac potestate, si qua ad limites aliquos Orientis, Thraciarum et Illyrici ex longo tempore hactenus obtinuit, reservata.

8. *Los Emperadores* Leon *y* Zenon, *Augustos, á* Juan, *Maestre de los Oficios.* — Mandamos que los respetables varones duques, y sus alguaciles, y también los militares de las fronteras y los prepósitos de los campamentos sean citados solamente en virtud de sentencias de tu sublime tribunal, y no estén sujetos á otros jueces; reservándoseles, por supuesto, á los ilustres y magníficos varones maestres militares la costumbre y la potestad, si alguna prevaleció desde largo tiempo hasta ahora en algunas fronteras del Oriente, de la Tracia y de la Iliria.

9. *Iidem AA.* Hilario (9), *Magistro officiorum* (10). — Probatorias memorialium et agentium in rebus, caeterorumque (11) nihilominus apparitorum praetorianae per Orientem amplissimae praefecturae, eorum etiam, qui in diversorum iudicum officiis numerantur, ex sacris probatoriis solito more militiae sacramenta sortiri decernimus, non passim nec licenter solis auctoritatibus vel sacrarum (12) literarum exemplaribus; sed ex authenticis tantum sacris probatoriis manu nostra subscriptis et nostro arbitrio praestandis, ita ut nullus his dolus aut fraus possit annecti, de his etiam, qui sunt verae et catholicae fidei, iubemus admitti. Aliter vero militantes, nisi ex his sint, quos solis auctoritatibus (13) apparitioni aggregari vetusta consuetudo perdocuit, detecta fraude cuiuscunque accusandi studio, non solum mendaci carere militia, sed et proscriptionis stilum subire (14) decernimus, ac bonorum omnium amissione mulctamus (15).

9. *Los mismos Augustos á* Hilario, *Maestre de los Oficios.* — Mandamos que las credenciales de los memorialistas y de los agentes de cosas, y también de los demás alguaciles de la excelentísima prefectura del Pretorio del Oriente, y además de los que se cuentan en las oficinas de los diversos jueces, obtengan en la forma acostumbrada los juramentos de una milicia en virtud de sacras credenciales, no indistinta y libremente por solos testimonios ó copias de las sacras letras; sino que mandamos que sean admitidas solamente en virtud de auténticas sacras credenciales subscritas por nuestra mano y que se hayan de dar por nuestro arbitrio, de suerte que ningún dolo ó fraude pueda introducirse en ellas, y además respecto de aquellos que son de la fe verdadera y católica. Mas los que de otro modo estén en la milicia, á menos que sean aquéllos que una antigua costumbre demostró que eran agregados con solos testimonios al cuerpo de alguaciles, descubierto el fraude por el empeño de acusar á cualquiera, mandamos que no solamente sean privados de su engañosa milicia, sino que sufran también la pena de proscripción, y los multamos con la pérdida de todos los bienes.

10. *Iidem AA.* Erythrio (16) *P. P.* — Hac sanctione decernimus, ut in posterum nemini licentia sit edendi exemplaria his, qui sociandi sunt cui-

10. *Los mismos Augustos á* Eritrio, *Prefecto del Pretorio.*— Mandamos por esta disposición, que en lo sucesivo nadie tenga permiso para presentarles

(1) *Hal. Russ. Cont. omiten la indicación de la fecha.*
(2) *Cuyacio (ed. Fabrot.), y Bk.;* Anatolio mil., *Cuyacio en la primera ed., y Cont. 66. 71. 76. Char. Pac. Sp.;* Anat.—mil., *omitenlas Hal. Russ. Cont. 62.*
(3) admittimus, *los mms. Hfn. Gt., y la ed. Schf.*
(4) in, *insertan los mms. Hfn. Gt., y la ed. Schf.*
(5) abierint, *el ms. Hfn.;* ambigunt, *el ms. Gt., y la ed. Schf.*
(6) vel ut, *omitiendo la anterior* ut, *Hal. y Cuyacio;* veluti, *omitiendo* ut, *la ed. Schf.*
(7) Imp. Theodos. A., *Hal. Russ.;* Imp. Leo A, *Cont. 62. Las leyes 3. C. XII. 5. y 3. C. XII. 26 son atribuídas á León y á Antemio, habiendo sido dirigidas al mismo Juan, y versando sobre el mismo argumento. El nombre de Zenón parece sospechoso. Vease la nota 10.*
(8) Ioanni, *omitenla Hal. Russ. Cont. 62.*
(9) *Se deberia escribir* Hilariano, *como en la ley 6. C. I. 23. y en la 10. C. XII. 19.*
(10) Idem A. et Valentin. Caes., *inscriben Hal. Russ. y Cont 62. Solamente por la glosa es atribuida esta ley á Leon.*
(11) que, *omitenla el ms. Hfn., y la ed. Schf.*
(12) *Los mms. Hfn. Gt., la ed. Schf., y Cuyacio;* militarium, *insertan Hal. y los demás.*
(13) *Los mms. Hfn. Gt., Cuyacio, y Bk.;* auctoribus, *las demás ed.*
(14) stilo subiacere, *las ed. Schf. Hal.*
(15) *Acaso se deba repetir la indicación de la fecha de la ley 6. C. I. 23.*
(16) *Bk.;* Erithrio, *Cuyacio, Cont. 66. y los demás;* Idem Aug., *inscribe Hal.;* Iidem Aug. et C., *inscribe Russ.;* Idem A. et C., *Cont. 62.*

Digitized by Google

cunque militiae, quam sine divinis probatoriis adipisci non possunt, sed periculo primatum uniuscuiusque officii ipsas authenticas sacras (1), quae divinam nostrae pietatis continent adnotationem, cum subscriptione administrantium, sub quorum iurisdictione consistunt, his, qui militare volunt, praestari; exemplaribus videlicet earum (2) cum subscriptione eorundem iudicum apud singula quoque officia, prout convenit, reservandis.

§ 1.—Quamvis autem manifestum sit, de huiusmodi probatoriarum observatione excepta esse certorum (3) iudicum officia, tamen, ne ulla (4) ignorantiae relinquatur occasio, omnium officiorum, quibus necesse est per sacras probatorias militiae sociari, notitiam in sacris apicibus subdendam (5) esse censuimus. Sub hac igitur observatione omnes, qui sive in hoc (6) sacro palatio nostro, sive in aliis quibuscunque officiis deinceps militare cupiunt, qui tamen (ut dictum est) non possunt pro tenore sacrarum constitutionum vel veteri (7) consuetudine, nisi praecedentibus (8) sacris probatoriis, militiae sociari, sicut subnexa (9) notitia demonstrat, adipisci praecipimus; scientibus his, qui ex aliqua parte praesentis nostrae serenitatis legis formam conniventia vel negligentia quadam colludere (10) tentaverint, non tantum amissione bonorum omnium, sed etiam capitis periculo, utpote criminis (11) falsitatis obnoxios semet ipsos (12) esse plectendos.

§ 2.—Et (13) est notitia haec (14). «Scrinii memoriae» probatoriae agentium in rebus, palatinorum (15) largitionum, palatinorum (16) rerum privatarum partis Augustae. Item «scrinii sacrarum epistolarum» sic: officii (17) virorum illustrium praefectorum praetorio (18) Orientis et Illyrici, et urbi (19), officii proconsulis Asiae et Achaiae, officii (20) comitis Orientis, officii (21) praefecti Augustalis, officii comitis divinarum domorum, officii vicariorum Thraciae, Ponti (22), Asiae, Macedoniae, et thesaurensium classis. Item «scrinii sacrorum libellorum» sic: officii virorum illustrium (23) magistrorum militum utriusque militiae in praesenti (24), Orientis et Illyrici, invitatorum, admissionalium (25), memorialium, omniumque paedagogorum (26), cellariorum (27), mensorum, lampadariorum eorum (28), qui (29) sacris scriniis deputati sunt, decanorum partis Augustae (30),

copias á los que han de ser agregados á cualquier milicia, que no pueden alcanzar sin divinas credenciales, sino que bajo la responsabilidad de los primates de cada oficio se les entreguen á los que quieren militar las mismas auténticas sacras, que contienen la divina anotación de nuestra piedad, con la subscripción de los funcionarios, bajo cuya jurisdicción están; debiéndose conservar, por supuesto, copias de ellas con la subscripción de los mismos jueces en cada oficina, según es lo conveniente.

§ 1.—Mas aunque sea manifiesto que de la observancia de tales credenciales están exceptuados los oficios de ciertos jueces, sin embargo, para que no se deje ocasión alguna á ignorancia, hemos creído que se debía poner al pie de estas sacras disposiciones la relación de todos los oficios en los que es necesario ser incorporado en la milicia mediante sacras credenciales. Así, pues, mandamos que la alcancen con esta observancia todos los que ya en este nuestro sacro palacio, ya en otros cualesquiera oficios, deseen militar en lo sucesivo, pero que no pueden, (según se ha dicho), á tenor de las sacras constituciones ó de la antigua costumbre, ser agregados á la milicia, sino precediendo sacras credenciales, según lo demuestra la relación abajo puesta; sabiendo los que con alguna connivencia ó negligencia hubieren intentado burlar sobre algún extremo la disposición de la presente ley de nuestra serenidad, que ellos mismos habrán de ser castigados no solamente con la pérdida de todos sus bienes, sino también con pena capital, como responsables del delito de falsedad.

§ 2.—Y esta es la relación. «En la secretaría de memorias» las credenciales de los agentes de cosas, de los palatinos de las liberalidades, y de los palatinos de los bienes privados de la parte de la Augusta. Además, «en la secretaría de las sacras epistolas», las siguientes: las del oficio de los ilustres varones Prefectos del Pretorio del Oriente y de la Iliria, y de la ciudad, las del oficio del proconsul de Asia y de Acaya, las del oficio del Conde del Oriente, las del oficio del Prefecto Augustal, las del oficio del Conde de las divinas casas, las del oficio de los vicarios de Tracia, del Ponto, de Asia, de Macedonia y las de los tesoreros de la armada. Asimismo «en la secretaría de sacros libelos», las que siguen: las del oficio de los ilustres varones maestres militares de una y otra milicia, presentales, del Oriente y de la Iliria, las de los invitadores, ugieres, memorialistas, y las de todos los pedago-

(1) sacras, *omitela el ms. Hfn.*
(2) *El ms. Hfn., y Cuyacio;* eorum, *las demás ed.*
(3) *El ms. Hfn., y Cuyacio;* ceterorum, *las demás ed.*
(4) *Hal., Cuyacio, y Bk.;* ulle, *el ms. Hfn., y la ed. Schf.;* ulla ei, *Russ. y los demás.*
(5) mittendam, *Azo.*
(6) hoc, *omitela el ms. Hfn.*
(7) tere *(leyéndose* terrae *ó* vetere), *el ms. Hfn.*
(8) praesentibus, *los mms. Hfn. Gt.*
(9) *Los mms. Hfn. Gt., todos los códices de Russardo, y las ed. Schf. Cuy.;* subiecta, *Hal. y los demás.*
(10) aut conludere, *el ms. Hfn.;* vel colludio, *Russ. al márgen.*
(11) *Las ed. Schf. Hal., y Cuyacio, aprobándolo los mms. Hfn. Gt.;* crimini, *Russ. y los demás.*
(12) ipsos, *omitela Cuyacio;* semet scient, *el ms. Hfn.*
(13) *La glosa dice: algunos tienen esta rúbrica:* Et est notitia scrinii memoriae probatoriae, *y comienza la ley* Agentium, *etc.; pero es preferible que todo pertenezca á la ley que precede*
(14) haec, *omitenla los mms. Hfn. Gt., la ed. Schf., y Cuyacio.*
(15) *Los mms. Hfn. Gt., todos los libros de Russardo, y Cuyacio:* sacrarum, *insertan Hal. y los demás;* palatin. largit., *omitelas la ed. Schf.*
(16) *Los mms. Hfn. Gt., todos los libros de Russardo, Cuyacio, y Bk.;* palatin., *omitenla Hal. y los demas.*
(17) *Hal., Cuyacio en la primera ed., y Bk.;* officiis, *Cuyacio (ed. Fabrot.);* in officiis, *los demás.*
(18) *Los mms. Hfn. Gt., todos los libros de Russardo, y las ed. Schf. Cuy. Bk.;* praetoriis, *Hal. y los demas.*
(19) urbis, *los mms. Hfn. Gt., y la ed. Schf.*
(20) officiis, *Cuyacio (ed. Fabrot.) y así siempre; pero* officii, *Cuyacio en la primera ed. Mas* Off. com. Or., *se hallan en el ms. Hfn. y en la ed. Schf. después de* Augustalis.
(21) officio, *el ms. Hfn., y la ed. Schf. Vease la nota anterior.*
(22) Ponticae, *Cuyacio (ed. Fabrot.)*
(23) *Cuyacio, y Bk.;* illustr., *omitenla los demás.*
(24) *Cuyacio, y Bk.;* utriusque praesentis, *el ms. Hfn.;* utriusque praefecturae, *Hal.;* utriusque praefecti, *las ed. Schf. Russ. y las demás.*
(25) amissionalium, *el ms. Hfn., y las ed. Schf. Hal.*
(26) paedagogiorum, *Cuyacio con la ed. Schf.;* pedagogianorum, *el ms. Hfn.*
(27) cellarior., *omitenla el ms. Gt., y la ed. Schf.;* cancellariorum, *el ms. Hfn.*
(28) eorumque, *Cuyacio (ed. Fabrot.)*
(29) *Los mms. Hfn. Gt., las ed. Schf. Hal., y Cuyacio;* in, *insertan Russ. y los demás.*
(30) *Cuyacio, y Bk.:* Augusti, *las demás ed., las cuales continúan* et cursorum, *bien que diciendo* et eversorum, *la ed. Schf En los mms. Hfn. Gt. falta* cursorum.

Digitized by Google

cursorum partis Augustae, officii virorum spectabilium ducum Palaestinae et Mesopotamiae, novi limitis Phoenices (1), Osdroënae (2), Syriae et Augustae Euphratensis, Arabiae et Thebaidis, Libyae, Pentapoleos, utriusque Armeniae, utriusque Ponti, Scythiae, Mysiae primae, secundae, Daciae, Pannoniae, officii (3) virorum spectabilium Comitis Aegypti, Pamphyliae, Isauriae, Lycaoniae et Pisidiae.

gos, las de los despenseros, medidores, encargados de las antorchas de los que están destinados á las sacras secretarías, decanos de la parte de la Augusta, correos de la parte de la Augusta, las del oficio de los respetables varones duques de Palestina y de Mesopotamia, de la nueva frontera de Fenicia, Osdroena, Siria y Augusta del Eufrates, Arabia y Tebaida, Libia, Pentápolis, ambas Armenias, uno y otro Ponto, Escitia, Misia primera y segunda, Dacia, Pannonia, y las del oficio de los respetables varones Condes del Egipto, de Panfilia, de Isauria, de Licaonia y de Pisidia.

TIT. LXI [LX]

DE EXECUTORIBUS ET EXACTORIBUS

1. *Impp.* ARCADIUS *et* HONORIUS *AA. ad Provinciales et ad Proconsules* (4). — Ne per diversas provinciarum partes aut palatinus exactor accederet, aut illustrium virorum apparitor vagaretur, vel militaris terror inferret formidinem, hac lege sancimus, ut omnes memorati intenti sint ad provinciae rectorem (5), cum eo agant, illo insistente (6), disponente et agnoscente (7) suo periculo rem peragendam (8), impleant (9) universa.

Dat. XVII. Kal. Iul. Mediol. OLYBRIO et PROBINO Conss. (10) [395.]

2. *Iidem AA.* ANDROMACHO *P. U.* (11)—Quicunque ex (12) palatio nostro cuiuslibet tituli ad provincias (13) commeaverit compulsor, exactor, admonitor, portitorve praecepti, agens in rebus, vel palatinus, vel apparitor illustrium potestatum, hoc tantum potestatis arripiat, quod mandatum curae (14) suae specialiter approbatur (15), nec, quod iniunctum alteri fuerit (16), collegii iure praesumat (17), ne, dum hoc sibi invicem mutui officii licentia partiuntur (18), agant cuncti, quod singulis credebatur.

Dat. prid. Id. Iul. Mediol. OLYBRIO et PROBINO Conss. (19) [395.]

3. *Impp.* HONORIUS *et* THEODOSIUS *AA.* PALLADIO *P. P.* (20) — Sive ex praetoriano officio, sive illustris comitivae sedis (21) largitionum, nec non et rei privatae nostrae (22), vel ex quacunque apparitione ad quamcunque necessitatem profligandam quis fuerit destinatus, sciat (23), intra anni metas debere collectis ratiociniis ad proprium iudicem remeare, eique suam efficaciam ostendere, et (24)

TÍTULO LXI [LX]

DE LOS EJECUTORES Y DE LOS RECAUDADORES

